ANNOTATIONES
PRO REGIO ÆRARIO
AD SUPREMI REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ
SENATUS REGNI NEAPOLIS

DECISIONES

PER LUCULENTOS TRACTATUS, ET QUÆSTIONES
AD REM FISCALEM ATTINENTES,

EXARATAS,

A præclarissimo J. C. Spectabili DOM. D. ANNIBALE MOLES, ejusdem Regiæ Cameræ Præsidente, postmodùm in Supremo Italiæ Consilio,

Apud Invictissimum, Potentissimumque Hispaniarum Monarcham, PHILIPPUM II. à latere Consiliario, & demum in hoc Regno Regiam Cancellariam dignissimo Regente.

NOSTRA ÆTATE, ANNO 1670. IN LUCEM EDITAS.

Quibus virili spiritu plurima, ad Regalia Jura sustinenda, augenda, atque administranda, luculentissimè elucidantur.

OPUS THESAURARIUM

Magistratibus, Advocatis, Cæterisque in Foro versantibus perutile, & jucundum.

QUATUOR IN PARTES DIVISUM.

Pluribus historico-politicis monitis, variorum I.CC. allegationibus, Causarumque Cameralium novissimis Decisionibus ditatum.

ADDITISQUE undecim Quæstionibus, cum suis Decisionibus, ejusdem amplissimi Regentis D. ANNIBALIS MOLES, in editione præfati anni 1670. non impressis: Cumulatis, enucleatisque pluribus Regiæ Cameræ Ritibus, novissima in eorundem Rituum editione prætermissis.

AUCTORE

NICOLAO CAJETANO AGETA,

I. C. PARTHENOPÆO, ET IN SUPREMIS REGNI NEAP.
Regiis Tribunalibus solertissimo Advocato.

PARS TERTIA.

NEAPOLI, Ex Officina Typographica Jacobi Raillard. CIↃIↃCXCII.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. JO: FRANCISCO

PACECCO GOMEZ

DE SANDOVAL, MENDOZZA, ARAGONIO,

Toleto, Velasco, Tellez, Giron, Duci Vzedæ, Comiti Montisalbani, Marchioni Belmontis, & Mensalvæ, Domino statuum de Galues, & Iumela, Sacræ Catholicæ Majestatis Cubiculario, Thesaurario perpetuo Regiarum Arcarum monetæ Matritensis, ac eximio Siciliæ Proregi.

SIciliam olim Brutiis nostris conterminam fuisse, non ambigitur, PRINCEPS EXCELLENTISSIME, quousque sivè maris æstu, ut plerique volunt, sivè terræmotu divulsa à reliqua Italia interfluo mari in Insulam abscesserit; unde Poet.:

Hæc loca vi quondam, & vasta convulsa ruina
Dissiluisse ferunt - - - - - - - - - Virg. 3 Æneid. v. 414.

Sed frustrà hoc naturæ, vel casus infortunium illam omninò segregare à Neapolitano Regno conatū est; Ità enim utriusque Regni annexa est conjunctio, ut in utramque fortunam pariter incurrant, & ex alterius damno alterum sentiat detrimentum; ex alterius commoditate alterum opes acquirat: Hinc est, EXCELLENTISSIME HEROS, quod Te sapientissimè res Siculas moderante, non solùm indigenæ tui regiminis utilitatem senserint; sed Nos etiam fructum tuæ industriæ, & felicitatis ex parte perceperimus; Enimverò ipse etiam egregiorum tui operum, factorumque laude excitatus ex contiguo Regno multum tibi debere videbar, nec satis me explicare ex ea obligatione putabam, nisi mihi se dedisset occasio operum meorum edendi: Quapropter ne ingrati animi vitium incurrerem, statui potiùs audaciæ, vel temeritatis notam induere, dum pauca hæc in legali studio desudata offerre tibi contendam. Illa porrò etiam, atque

etiam

etiam me confirmavit ratio; ſcilicet tua in omnes homines politiores benevolentia, qua literarum amantes, & ſuſcipis, & foves; quippe qui inter magnarum rerum gerendarum occupationes, non modò te ipſum aſſiduè ſublimioribus eruditionibus, & ſcientiis auges; imò etiam omnes hujus ſtudii, & laborum ſequaces miris officiis, beneficiiſque proſequeris; *Nam ſatis eminet meritis ingenii proprii, qui fuerit fautor alieni*: Majorum tuorum veſtigia imitatus, qui ad inſtar Nili, peramplas Hiſpanicæ Monarchiæ ditiones, & armorum, & literarum gloria felicitèr uberarunt; magna etiam ergà literatos viros propenſione, ſuperarunt Maronis Auguſtos, Flacci Mœcenates, Ciceronis Atticos, Senecæ Lucilios, Plinii Trajanos; ſed nolim ipſe tantæ proſapiæ laudum ingredi mare, qui ad unum Heroem pro dignitate celebrandum par eſſe non valeo. Quare non abſurdè meo huic operi conſultum exiſtimo, ſi benigno oculo (quidquid id eſt) acceperis, meque inter tuos humillimos famulos ſuſceperis, ut in portu judicii publici, poſt voracem lividorum latratuum Charybdim enavigatam, (quam inter Siculos, & Rhegienſes, ultimos Brutiorum, eſſe fertur), te Duce, grati laborum meorum fructus anchora ſedeat. Hoc ambio: hoc ſpero; nec ſecùs ex tua humanitate, magnanimitateque excelſa conjicere licet: Interim tibi Deus incolumitatem, & felicitatem perpetuam donet, quod voveo. Vale, Excellentiſſime Heros, eruditorum columen, ad celſiſſimæ familiæ tuæ gloriam, Iberiæ amplitudinem, ac perenne utriuſque Siciliæ bonum:

Sidon. Apollin. lib. 5. epist. 1.

Excellentiæ veſtræ.

NEAP. ANNO DOM. CIↃIↃCXCII.
Kal. Octobris.

Humillimus Servus
Nicolaus Cajetanus Ageta.

ANNOTATIONES PRO REGIO ÆRARIO

Ad quæstiones examinatas per Spectab. Dom. D. Annibalem Moles, Regiam Cancellariam meritissimum Regentem, & auctas per Dom. D. Thomam Moles eius filium, M.C. Vic. Iudicem, cum suis decisionibus actitatis in Regia Camera Summariæ.

AVCTORE

NICOLAO CAIETANO AGETA,
I. C. PARTHENOPÆO,
Et in Supremis Regni Neapolis Regijs Tribunalibus solertissimo Aduocato.

AD §. XVII.

De Naufragijs.

AD QVÆST. I.

Bona naufragata, qualiter ad Regem spectent.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Maris inconstantia, ac periculum ostenditur, à n. 1. ad 3.
Naufragium, quid sit, n. 4. & 5.
Merces naui vectas, an in mare proijcere liceat. n. 6. & 7.
Naufragantium bona ad fisci beneficium publicari, apud varias gentes increbuit vsus, à n. 8. ad 10.
At barbaricam esse hanc Consuetudinem, ostenditur, à n. 11. ad 17.
Naufragiorum causæ, quomodò summariè decidendæ sint, à n. 18. ad 20.
Naufragantium bona supprimentes, qualitèr puniantur legibus Rom. aliorumq; Principum edictis, à n. 27. ad 29. Et quid ex Bulla Cœnę Dom. *n. 30.*
Declaratur, n. 31.
Bona naufragata, an ad Regem spectent in hoc Regno, si domini ignorentur, vel desint legitimi successores, n. 32. & 33.
Et quid in Hispania, n. 34.

A DE

1 DE eo,qui à mari, & ventis subsidia vitę suæ occessaria expectat,diei potest cum *Tacito 3. Annal.*, quod eius vita perincerta maris, & tempestatum quotidiè voluatur, & quod eidem interdùm vix trium, vel quatuor digitorum interuallũ superfit inter vitam, & mortem; Vnde *Catonem maiorem*, *Plutarchus in eius vita fol.* 106. dixisse, refert; tria se in vita sua admisisse,quorum pœniteret·Primum,si mulieri arcanum commisisset: alterum, si eò nauigasset, quò pedestri licuisset itinere venire: tertium,si qua die nihil feriæ rei egisset. Quod etiam
2 nostri Iurisprudentes non ineptè statuunt,quod, si duplex sit via, vna per mare breuior, & altera per terram longior, citatus venire debeat terra, non mari, etsi illa propinquior sit, idque propter periculum, & incertam maris tempestatem, ex *tex. in l. 2.§.8. vers.quid enim si quis D. si quis caut. in iudic.sistendi caus.fact. non obtemp. Gayll.2. obs.64. num.*13.

3 Nauibus enim, & casibus, nauigantium vita commissa est,*Tacit.lib. 2.Annal.* proptèr sæpènumero increbrescentes tempestates, ac imbres, tantaque tonitrua, & fulgura vt cœlum, terræ,& summa profundis commisceri videantur: Et *Anacharsis Scytha* apud *Dionysium Laertium* percunctanti eudam, quænàm esset securissima nauis; *ea*,inquit,*quæ in portum venerit*, *Plutarch. in Apophthegmat.Terent.in Hec.*3.4.Sed haud vlla carina cosenuit, *fallit portus & ipse fidem*, secundùm *Propert.*3.5.

4 Hinc ex tempestate, vel fortuito casu bona à Naui franguntur, aut leuandæ nauis causa,ne onere prægrauata fluctibus submergatur,vt de *Catullo* nauigante refert *Iuuenalis satyr.* 12. Nec bona solùm, sed *Ionam* in mare miserunt, ijs in periculis existentes, vt patet *Ionæ cap.* 1. Nec abludit naufragium *Pauli Apostoli*, & Sociorum, de quo latè *Actor.cap.*27.

5 Naufragium igitur, est nauis fractio, seù vnà cum mercibus,& hominibus demersio, casu fortuitu facta, *Io. de Heuia in Curia Philippica lib. 3. cap.*13.*nu.*1. à quo plura transcripsit *Cõs.Rocc.in notab.mercat.*post 2.*r.resp.*

6 Etenim licet propria authoritate merces naui vectas in mare proijcere, cum id communis salutis causa, & ob bonum commune totius nauis fiat, prout etiam arcendi ignis causa licet vicinas ædes incidere absq; eo, quod actio in factum,vel legis Aquiliæ detur, *l.*3. *vers.idem D. de incend. ruin.& naufrag. l.si quis fumo* §.1. *D. ad l.Aquil.* Verùm si pereant merces sic iactatæ, huiusmodi damnum est commune totius nauis, & quilibet, qui se, mercesque suas saluas fecit, tenetur Socio pro rata ad contributionem, iuxtà legem Rhodiam, *in l.* 1.*& 3.D.ad l.Rhodiam,l.item* 13. §.1. *l.in nauem* 41. *D. locati, l.si quis fullo* 45.§.1. *D.ad l.Aquil.* Cuius legis historiam, & capita refert *Morisotus lib.*1.*de Orbe maritim. cap.*30.*cit.Roc.*

7 Pro illustratione autem difficilis textus *in l.deprecatio* 9. *D. ad l.Rhod.* vbi supplieiter *Eudæmon* naufragus ab Imperatore petierat, vt bona naufragij à Publicanis direpta sibi restituerentur, & de interpretatione eorum *Antonin. Aug.* verborum: *Ego quidem mundi Dominus, Lex autem maris*, videndi sunt *Alciat. dispunct. lib.2.cap.5. Amaya lib.1. obseru.cap.1.* §.76. *Salsedus ad D. Thom.de Regim. Princip.lib.3.cap.13. dissert.39. Mancinus lib.3.de triplici iuris collat.c.*214. *D.Ioannes Ramos in Analect.ad ipsum textum*, *I. Gothofred. in opusculo ad eundem text. Ioann. Seldenus de Mare clauso lib.1.cap.25. D.Iosephus de Retes lib.8. opuscul.cap.*19.

8 Apud varias autem gentes, præsertìm barbaras in vsu fuit, vel ex eorum Constitutionibus, vel ex veteri corruptela, vt naufragantium bo-

bona, quæ ad eorum litora appellerent, vel in eorum portus colliderentur, fierent fisci, siuè publicarentur, adeòut Rhetores prisci, tam Græci, quàm Latini, dum de forensium quæstionum statibus exempla adducunt, hanc ipsam legem, seù morem de naufragio moribus alijs in Græcia, ac Rom. Imperio vsitatis immisceant, velut id, quod erat receptissimum, vt constat ex *Sopatro, & Syriano in Hermogenem p.* 107. edit. *Venet.* 1509. in hæc: *Lex est, spolia, quæ reperiuntur, ad Ducem exercitus attinere: lex item, Naufragium esse Publicanorum. Mari procelloso spolia in portum inferuntur. Controuersia de eis oritur inter Duces, & Publicanos. Hac in specie non oportet legum lectione frustrà torqueri, sed ipsam rerum naturam introspicere. Curtius* item *Fortunatianus Artis Rhetoricæ Schol. lib.* 1. *p.* 46. ibi: *Quæ est simplex definitio? Cum vnam rem simpliciter definimus, vt Naufragia ad publicanos pertineant.* Et idem *lib.* 3. ibi: *Nulla certior definitio est, quàm naufragantium bona esse publicanorum, idest eorum, qui publica vectigalia, aut portoria conducta habebant.* Quod etiam notat *Fornerius ad Cassiodor. lib.* 4. *epist.* 7.

9 In Stadensi ora, idem viguisse scribit *Albertus Stadensis*; Et in Brutiorum litore idem obseruatum fuisse liquet ex *epist.* 36. *D. Paulini ad Macharium*, vbi *Frontus*, & *Duceus* prauitatem hanc luculenter exagitant. Nec his naufragijs parcebat *Agathensis* Episcopus in ora maritima *Orcitaniæ*, quare Reus postulatus fuit apud *Innoc. III. in cap. cum dilecti, de accusat.*

Et crudele hoc latrocinium soleri ad Rupellam exerceri refert *I. Bielius lib.* 1. *obseru. sacr. cap.* 6. quam immanitatem *Honorius* Papa in rescripto ad *Hildebertum Cenomanensem* (quod est intereius *epistolas* 67.) seuerè corripuit, & quotannis Apostolico fulmine damnari iussit; & hanc putat *Theophilus Raynaud. tom.* 4. *de vitijs lib.* 3. *sect.* 3. *cap.* 6. fuisse primam originem percellendi anniuersario anathemate diripientes naufragorum bona, fortè quod non ad Rupellam tantùm, sed alibi quoq; eadem barbaries locum haberet.

10 Imò apud varias Septentrionales gentes in vsu fuisse, probant *Grotius lib.* 2. *de Iure belli cap.* 7. §. 1. *& in annot. Salmult. ad Pancirol. lib.* 2. *memorabil. tit.* 11. *Rebuff ad leg. Regias gl.* 5. *num.* 74. *Choppin. de Doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 10. *&* 11. *& in Consuet. Andegau. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 2. *Camill. Borrell. de Reg. Cath. præstant. cap.* 75. qui post alios tradit idem seruari in Regnis Neapolis, Siciliæ, Hispaniæ, Angliæ, Aquitaniæ, & Nauarræ. Et apud Britannos idem in vsu fuisse constat, ex *Hildeberto Cenoman. epist.* 95. & post *Choppin. cit. Borrell. d. c.* 75. *num.* 5. In Gallia idem malè seruari, testantur *Bodin. de Republ. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 171. *Petr. Gregor. lib.* 9. *de Republ. cap.* 1. *nu.* 29. Et in Germania vsitatissimum, teste *Kirchnero de Republ. disp.* 17. *coroll.* 7. Quod comprobant, ex *Iuuenale satyr.* 4. qui tamen potiùs taxat tempora, moresq; seculi *Domitiani*, quã propriè loquitur de naufragijs:

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quidquid conspicuum, pulchrumque est æquore toto,
Res fisci est, vbicunq; natat ——

11 Sed eam consuetudinem barbaricam, ac iuri naturali, & æquitati repugnare, vt hęc naufragiorum cōpēdia inter Regalia referãtur, probant præter suprà laudatos, aliosq; *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 92. *Borrell. d. cap.* 75. *à n.* 8. *Mind. de interdict. tit.* 6. *n.* 41. *& seq. Gayll.* 1. *obs.* 18. *Matth. Stephan. de iurisd. Imp. Rom. lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 7. *membr.* 1. *nu.* 173. *Arnisæus de Iure Maiest. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 18. *Autunez Portugal de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 13. *à n.* 97. *ad seqq. Maximilian. Faust. in cons. pro Ærario class.* 4. *ord.* 276. *class.* 6. *ord.* 557. *& class.* 20. *ord.* 1575. *Gasp.*

Klockius de Ærario lib. 2. cap. 114. nu. 6. & seqq. Frid. Pruckman. de regalib. §. soluta potestas cap. 3. à nu. 122. Gutier. lib. 2. canon. qq. c. 9. ex n. 20. Solorzanus lib. 6. Polit. India cap. 6. pag. 963. Io. Marquard. de Iure mercat. lib. 2. cap. 4. à num. 9. D. Eman. Gonzalez in comment. ad c. 3. de raptor. à n. 5. lib. 5. Decretal. Conf. Rocc. de Offic. rubr. 16. §. 1. n. 6. & 7.

12 Æquitatem verò Consuetudinis Galliæ ità confirmat *P. Gregor. de Republ. lib. 9. cap. 1. n. 29. pag.* 578. quod non minùs, quàm in vijs publicis curæ, & refectio portuum, litorumuè ad Principem pertinent; quod item ea sit sollicitudo Principis, vt à pyratis maria circà suam iurisdictionem sint æquè, ac itinera tuta viatoribus, à latronibus, secundùm naturam verò sit, vt qui sentiat onus, sentiat & commodum.

13 Iniquitas tamen ità perspicua est, vt minus *Petr. Gregor.* alijq; eius asseclæ, de æquitate gloriari possint, qui sanè hac in re, licet multæ lectionis vir, minimè verò æquus est, sed Galliæ potiùs Regibus adulatur; adeòq; illam barbaram esse dicit *Bodinus* ipse Gallus *d. lib. 1. cap. 10.* additq; si in ea re, non errore, sed scientia peccetur, scelus esse, quod erroris specie prætendatur.

14 Imò à ratione naturali abhorrere leges ciuiles, quæ naufragorum bona fisco addicunt, quia ius suum alicui auferre sine causa, mera iniuria est, vt docet *HugoGrotius lib. 2. de Iure belli d. cap. 7. §. 1.* adduciteq; locum *Euripidis in Helena: Sum,* inquit, *naufragus, spoliare, quod genus est nefas?* *Dionis* etiam *Prusensis orat. 7. Absit, ò Iuppiter, vt lucrum captemus tale, ex hominum infortunio.* Quibus testimonijs annectit, *l. 1. C. de naufragijs, lib. 11.* vbi *Constantini*, seù verius secundùm alios *Antonini* rescripto (quod etiã extat in *Synopsi Basilic. lib. 53. tit. 8.*) disertis verbis statuitur: *Si quando naufragio nauis expulsa fuerit ad litus, vel si quando aliquã terrã attigerit, ad dominos pertineat; fiscus meus sese non interponat. Quod enim ius habet Fiscus in aliena calamitate, vt de re tàm luctuosa compendium sectetur?* Inæquissimum enim, & absurdissimum est, vt quos nostris opibus subleuare debemus, eis diripere reliquias, quas ad littus eiectas bona fide restitui oporteat, *l. ne quid ex naufragijs, D. de incend. ruin. &c.* Neq; afflicto debemus afflictionem addere, *c. cum percussio 7. q. 1. c. mulier 5. dist. c. at si Clerici, §. fin. de iudic. l. Diuus, D. de off. Præs. l. tàm dementis, C. de Episc. Aud.* quæ summa nascitur, si miseros ad littus eiectos, adhùc superstites etiam ——— *hospitio prohibemus arenę:* Quin insupèr bonis, & facultatibus spoliamus, *Crudelitatis enim genus est, vltrà naufragium velle desæuire,* vt inquit *Cassiodor. var. lib. 4. epist. 7.*

15 Durum itàq; tristibus, ac afflictis se præbere, quos omni ope alleoare par esset, impium est. Hinc *Tiber. Claudius Cæsar*, teste *Tranquillo in eod. lib. 5. cap. 18. in fin. tom. 1. histor. August.*; damna maritimis tempestatibus nautis illata, ipse resarciebat, & naues hac de causa ædificantibus, opem ferebat. Et *Phasiani* populi, naufragium passis, viaticum præbent, & rursus nauigantibus tres minas dant, *Heraclides in Politic.* Aristippus item naufragio facto in littus apud Rhodum nudus eiectus, ob doctrinam inuenit, non modò qui necessaria ad victum, verum etiam, qui vestes ipsi, ac socijs præberet, *Fulgos. lib. 7. cap. 2.* Quis enim securus est, ne tale quid sibi contingat? Qui sanè rerum humanarum inconstantiam experti sunt, ab hoc abhorrere debent; vnde prudenter *Virgilius* in persona *Didonis* inquit:

Haud ignara mali, miseris succurrere disco.

Annibal Scot. lib. 2. comment. in histor: Tacit. n. 24. pag. 808.

16 Siquidem res naufragio amissæ remanent in dominio eius, cuius erant, *L. interdum 21. §. 1. & 2. D. de acquir.*

acquir. possess. d. l. 1. *C. de naufrag. lib.* 11. rationem assignant Iulianus *in l. qui leuanda, D. ad l. Rhod. de iactu*, & Iustinianus *in §. fin. Instit. de rer. diuis.* vbi *Harpprechtus in princip.* quia nempè, qui leuandæ nauis gratia merces proijciunt, non eam mentem habent, vt eas pro derelicto arbitrentur, sed, vt eas sint recuperaturi, non minùs, ac si quis onere pressus in viam res abiecerit, statim reuersurus cum alijs, vt easdem auferat.

17 Ac proinde lege permittente, si opportuna occasio ferat, merces tempestate exorta, & periculi euitandi gratia in mare proiectas per Vrinatores extrahere licet, *l. 1. §. 1. D. ad l. Rhod. de iactu*; qui suprà humanam fidem sub aqua morari consueuerūt, *Boter. lib. 9. de Illustrat. Stat.*, *& Politic. cap. 22. pag.* 700. & tempore illo continent spiritum, ac in ea vrinantur, idest merguntur, *Gothofr. ad cit. l. 1. §. 1.*

18 Et ideò res ità amissæ retineri nequeunt, *l. vlt. D. de incend. ruin. &c.* vbi habetur, facienti naufragium dari actionem in eum, qui naufragiorum bona collegit, & ad sua trāstulit. Quas causas breuitèr, leuatoq; velo esse decidēdas Imperatores Honorius, & Theodosius sanxerunt in *l. de submersis* 5. *C. de naufragijs lib.* 11. quæ est etiam 6. *in C. Theodos. eod. tit. lib.* 13. *tit.* 9. scilicet omissis dilationibus sola facti veritate inspecta; quem *textum* exponit *Hieron. Maggius miscell. lib. 2. cap.* 13. dicens, *Leuato velo*, nil aliud esse, nisi quia solebant Iudices, cum de causa non liquebat, & maiori dilatione opus esset, velum interponere, quandò autem velum amouebatur, negotium clarum erat, quem post *Iac. Menoch. de arbitrar. cas.* 297. *n.* 3. sequitur *Borrell. d. cap.* 75. *n.* 47. Sed rectiùs, *leuato velo*, idest patentibus Iudicij, seù Secretarij foribus, nullo impedimento interiecto, & illicò remoto apparitorum fastidio, qui ingredientes in Secretarium, siuè iudicij locum admittebant, vt probat peritiss. I.C. *Iacob. Gothofred. in comment. ad cit. l.* 6. *C. Theod. lib.* 13. *tit.* 9. *de naufrag. & in l.* 1. *lib.* 1. *tit.* 7. *de offic. Rector. Prouinc.* ex *Lampridio in Alex. Seuero*, vbi, *cum amicis*, inquit, *tàm familiaritèr vixit, vt salutaretur vnus de Senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis, aut solis ijs, qui ministri ad fores fuerant.* Et *Seneca* quoq; alludit *epist.* 80. cum de secessu suo literario sibi gratulans; *non crepuit subinde ostium, non alleuabatur velum.* Ex quo intelligitur *D. Chrysostomus homil.* 5. *in* 2. *ad Timoth.* ibi: *Latrones quandiù in carcere viuunt, absq; metu degunt, vbi verò ad velum sisti cœperint, soluuntur metu &c.* Ad velum sisti hic nil aliud est, quàm coram Iudice in iudicio sisti.

19 Ea igitur Legislatorum mens est, vt illicò admittantur Nauicularij super naufragijs conquerentes, quod iudicium esse summarium, & expediri absq; libello, firmant *Ferrar. de re nauali lib. 8. nu. 39. Gizzius ad Reg. Capyc. latr. decis.* 60. *n.* 6. ac etiam probatur per testes sine citatione partis, *Viuius decis.* 1. *num.* 3. *Borrell. d. cap.* 75. *à n.* 47. *R. Cap. latr. dec.* 60. *n.* 3. peritiss. *Crespi de Valdaura obseru.* 94. *n.* 66.

20 Quod intelligendum est, quando probatio naufragij fit in loco illius, vel viciniori, & intrà annum, ex *l.* 2. *C. de naufrag. D. Crespi d. obs.* 94. *n.* 67. quem sequitur *Portugal de Donat. Reg. d. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 103. Vel nisi pars sit in loco, vbi fit probatio, quia necessariò citanda est, *Reg. Capyc. latr. d. decis.* 60. *num.* 4. *Crespi d. l. num.* 69. Et illud tempus anni præfinitum *in d. l.* 2. aliquandò extenditur ad biennium, si Iudex negligens fuerit, *l. penult. C. de naufrag.* & interpretantur *Glos. Farinac. & Crespi d. loc.* quos refert, & sequitur *cit. Portugal d. cap.* 13. *n.* 104. At pro distātię ratione breuiùs, vel lōgius tēpus indultum arbitratur *Gothofred. in comment. ad l.* 2. *vers. postremò. & ad l.* 2. *vers. secundùm, Cod. Theod.*

Theod.d.lib.13, tit.9.tom.5. edit. Lugd. 1665.

21 Iàm verò apud Romanos in primis *Lege Cornelia de Sicarÿs* pęna ſtatuta fuit aduersùs eum, qui naufragium ſuppreſſerit, *l.3.§.item is 4. D. ad l. Cornel.de Sicarÿs*, & ex reſcripto *Antonini*, teſtante *Vlpiano in l.vlt. D. de incend.ruin.&c.* Et *in l.4. §.1. D. eod. Antonini* aliud reſcriptum proponitur, quo grauiſſimæ pœnæ ſtatutæ ſunt in naufragij, naufragorumque direptores, de cuius legis ſenſu, & lectione agit *Petr.Faber lib.2.ſemeſtr. cap.5.pag.59.* Anterior alia *Hadriani* conſtitutio refertur *à Calliſtrato in l. nec 7. eod.tit.* qua tanquàm latrones puniuntur, qui aliquid ex naufragio ſurripuerint, aut ſuppreſſerint.

22 Edictumq; Prætoris, de quo *in l.1. D.eod.& l.18. C.de furtis*, eos punit in quadruplum, tanquam raptores intrà annum, poſt annum in ſimplũ, vt notant *Farinac.q.168.n.80.Gomez. t.2.cap.7.n.2. Petr.Greg. lib.7.ſyntag. cap.3.* Quod quidem Prætoris edictũ imitatus poſteà fuit Imperator *Leo* Philoſophus, & in ſua *Nouell. 64.* ſanxit, vt in quadruplum ſuppreſſor teneretur; Sed quod ait, olim capitaliter, ſiuè pœna mortis punitum fuiſſe, qui res ex naufragio diripuiſſet, non videtur, vnde collegerit.

23 Sed nullus aſperiùs in direptores naufragij animaduertit, quàm *Andronicus Commenus* Imperator, qui Imperium arripuit ad annum Chriſti M.C.LXXXIII. occubuitq; malè à populo mulctatus ãn.M.C.LXXXV. vt teſtantur *Baronius*, *Gaulterus*, & alij *Hiſtorici*, oratione in Senatu, & coram Proceribus habita in Oriente, ità ſanxit: *Vt autem pęnæ quoq; modum noueritis, quam edicti mei contemptor luet, in malo nauis pendebit; ſi malum marinus fluctus deturbauerit, in alto littore, editaq; ſpecula altiſſima arbori affigetur;* referente *Niceta Coniate lib.2. de vita Andronici Commeni.*

24 Sub idem tempus *Fredericus*, qui imperauit ex anno 1150. vſq; ad 1190, legem tulit in Occidente, quę in corpus iuris redacta eſt, *Auth. nauigia, C.de furtis, & in §.9. in conſtit. de Statut. & conſuetud. contrà libert. Eccleſ. ſub fine lib.5. feudor.* illaq; ſancitur, omnibus conſuetudinibus ſublatis, tàm nauigia ipſa, quàm nauigantium bona dominis reſeruari, niſi eſſent pyratæ, vel Imperij, nominiſq; Chriſtiani hoſtes, & tranſgreſſores, publicationi bonorum, & extraordinariæ ſubiacere pœnæ, prout audacia eſflagitauerit, ideſt arbitrariæ, vt ſenſit *Menoch. de arbitrar. caſ.297.* & ſequuntur *Farinac.3.p.prax.crim.tit.d. furtis q.168.cap.4. Hieronym. Treutlere diſput. ſelect. lib.2. diſp.30. th.2. & 3.* Imò etiam vltimi ſupplicij, per verba *text. modis alÿs*, vt poſt *Thabor* tradit *Brunnemann.in comm.ad l.18. Cod.de furtis.* Ex qua *Auth.* contrà legem, quæ conſuetudinem prohibet, non poſſe induci conſuetudinem, notat *Vaſqu.p.2.controuerſ.lib.1.cap.3.*

25 De *Henrico* Rege Angliæ hæc refert *Gulielmus Neubrig. lib.4. hiſtor. Angliæ cap.26.pag.372.* *Antiquam inhumanam circà naufragos Conſuetudinem in ipſis. Regni ſui initÿs eximia pietate correxit, atq; huiuſmodi hominibus ab æquoreo diſcrimine liberatis, humanitatis officium exhiberi præcipiens, graues in eos pęnas ſanxit, qui fortè illis in aliquo moleſti eſſe, vel de rebus eorũ quidpiã vſurpare præſumerent;* quę recenſet peritiſs. *Gonzal. in comment.ad cit.cap.3.de raptor. n. 8. in fin. lib.5.* & *Chriſtianus* Rex Daniæ lege, de naufragorum bonis confiſcandis abrogata, dicebat ſibi periſſe annua aureorum millia, teſte *Grotio in notis ad cap.7.lib.2. de Iure belli.*

26 Et *Federicum* ſequutum fuiſſe Auguſtiſs. *Carolum V.* Imp. in Germania *in conſtit.criminali art.218. tom.3. conſtit.Imper.p.559.* teſtatur *Maximilian. Fauſt. in conſ. pro ærario claſs.6. ord. 557. verſ. Quare Imperator, & claſs.20.ord.1575.verſ.Vnde Authent.* Quod in cauſa Ciuitatis Lubecenſis contrà Comitem Oldemburgenſem,

&

& Ciuitatis Hamburgensis contrà Duces Holsatiæ factum esse referunt *Gayll. 1. obs. 18. nu. 6. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 3. n. 95.*

27 Et de Gloriosissimis Hispaniæ Regibus idem constat, quos licet taxet *Glosa* incerti Authoris *in c. dispensationis 16. i. q. 7. ver. despicimus*, eamq; sequi videantur *Io. de Platea in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. & Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius ver. vxore nomine Adelasiam n. 374. Borrell. d. cap. 75. n. 1.* Attamen nulla lex inuenitur, quæ ità iusserit, sed potiùs sunt contrariæ vt *in l. 1. tit. vlt. lib. 4. fori legum*, & *in l. 7. tit. 9. p. 5.* aliisque recensitis per *Gonzal. in cõm. ad cit. cap. 3. de raptor. n. 10. tom. 5.* vbi concludit, quod difficile est credere, aliam esse gentem, quæ tàm exactè, benignèque naufragis prouiderit, vt Hispanica; siquid verò contrà fit; contrà leges, & contrà Principum voluntatem fit.

28 Idemque Imperator *Federicus II.* Sueuus (qui in hoc Neapolis, & Siciliæ Regno successit, inuestitus à Pontifice Maximo Innocentio III. de quo plura annotauimus suprà *ad §. 1. de Regijs Fiscal.*) in *Constitutione* eiusdem Regni *in cap. Rapinas eorum*, sub *tit. de Surripient. aliquid de naufrag. vel incend.* statuit, vt committentes rapinas rerum naufragij, vel incendij, capitali sententia plectantur, ac de bonis ipsorum, quæ ad successores peruenerunt, rapta in quadruplũ restitui dominis debeant, & ità seruari testantur *ibidem Isernia, Afflict. Balzaran. & Reg. Tapia lib. 5. Iur. Regni, Borrell. d. cap. 75. num. 19.* & post *Authorem* nostrum *hìc num. 9. Consil. Rocc. de offic. rub. 16. d. §. 1. n. 16.*

29 Romani quoq; *Pontifices* Opt. Max. naufragorum res, Religionis præsidio, sub anathemaris vinculo tutas præstare omni studio contenderunt, *Gregorius VII. lib. 5. epist. 14.* & in *Concilio Roman. can. 5. Paschalis II. in Concilio incerto, can. 9. Honorius II. apud Hildebertum Episcop. Genoman. epist. 65. & 67. Alexander III. in Concilio Lateran. cap. 24.* relato *in cap. excommunicationi 3. de raptor. & in c. ità quorundam, de Iudæis*, vt memorat *Gonzal. in comm. ad d. cap. 3. n. 9. to. 5.* aliasq; SS. Pontificum *Constit.* refert *D. Card. de Laurea* virtutibus, ac dignitate *Eminentissimus in Epitom. Canon. verb. Naufragantes.*

30 Et in *Bulla Cœnæ Domini* §. 4. quotannis excommunicatio (Papæ reseruata) profertur in eos, qui surripiunt Christianorum naufragorum bona, siuè in nauibus existentia, siuè ex eisdem eiecta, siuè in litore inuenta, cuiuscunque generis bona sint, & in quocunque mari inuenta, non obstante quouis priuilegio, & consuetudine; docentque *Duard. in expositione Bullæ lib. 2. cap. 4. Fragos. de Regim. Christ. Reipub. in d. §. Bulla Cœnæ, Castr. Palaus oper. moral. disput. 3. punct. 5. num. 5. P. Gibalinus de censuris in Synopsi verb. naufragantium.*

31 Intelligenda tamen sunt præfata, circà prohibitionem acquisitionis rerum, quæ naufragio fuerunt amissæ, vt non habeant locum, nec incidant illi in excõmunicationem, si ea bona occupent, vt restituant, vel quæ Dominus habuit pro derelictis, amissa omni spe ea recuperandi, vel si diripiantur bona naufragorum infidelium, Turcarum nempè, Iudæorum, hæreticorũ, & similium, vel si Christiani, hostes sint illi populo, quia tunc occupatio iure belli iustificatur, vel si essent Pyratæ, vt concludunt post alios *Camill. Borrell. de Reg. Cath. præst. d. cap. 75. à nu. 23. ad seqq. Episc. Ric. in prax. var. res. t. 2. res. 191. Zerola in praxi Episc. par. 2. verb. Naufragium, Molina to. 2. de Iustitia tr. 2. disp. 694. n. 6. & 7. Quaranta in summa Bullarij 5. v. bona naufragantium fol. 1046. & seq. Nicolaus in Flosculis ver. Naufragium, Barbosa in d. cap. 3. de Raptor. num. 7.* vbi *cit. Gonzalez num. 9. circà fin. Enricus Pirhing. Soc. Iesu in Iur. Can. meth. nou. tom. 4. lib. 5. tit. 17. sect. 1. num. 42.*

32 Imò huiusmodi bona naufragata ad

ad Regem, tanquàm Regalia perueniunt,cum fine Dñis reperiuntur,siuè ipsi ignorãtur, *Klock.de erar.lib.2.cap, 114.num.50.* vel legitimi successores desunt,vt expressè cauetur per *Const.* Regni nostri incip. *Dohana de Secretis, sub tit.de off.Secreti*, quam sanctionem seruari firmant *Marin.Caramanic.super d.Constit. ver.supersunt*, vbi etiam *Andr. ver.hic gl. Afflict. num.21. Reg. Tapia lib.2.Iuris Regni Neap.in d.Cõst. Mastrill.de Magistrat.lib.3. cap.10. n. 393. Author* noster *hic num. 9. & 10.* subdens *num. 11.* quod naufragium non dat titulum acquisitionis, sed causam, & occasionem acquirendi bona vacantia,quem referunt etiam, & sequuntur *Montan. de Regalib. tit. bona vacantia n.6.in fin. Consil.Roccus de offic.rub.16.d.§.1. de bonis naufrag. num.20. & seq.*

33 Quæ Regni *Constitutio* meritò seruanda est, quia supposita domini incertitudine, veluti totali defectu dominij non est iniusta; imo & longi temporis consuetudines, vel leges, hoc Regale inducentes,ex eadem ratione iustas, obseruandasq; esse, censent *Couarr. in cap. peccatum 3.p. §.1. num 5.Suarez de censur. disput.21.sect. 2. num. 34. Duardus ad Bullam Cœna Domini can.4.q.17. Petr.de Gregor.lib. 3.syntagm. cap 14. n.vlt.* quos sequitur *Gonzalez in comment.ad cit.cap.3. de raptor.n.12.* vbi etiam meminit di-

34 ctæ nostræ *Const.* & ait, quod in Hispaniæ Regno non est lex, quæ bona naufragorum fisco applicet, vt suprà *num. 27.* vnde ex iure naturæ cedent occupanti, vel etiam Principi, si naues, vel alia in littus eiecta per suos Ministros occupet.

AD QVÆST. II.

An bona hostium Turcarum, & Pyratarum naufragata,spectent ad Regem, vel concedantur occupanti.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Bona naufragata, ad quem spectent? *Recensetur dissidium transacto seculo agitatum, inter Regium Fiscum, Magnum Admiratum, ac Proregem, à n.1.ad 3.*

Decisio pro Fisco comprobatur, à n.4. ad 9.

Bona, quæ in ipsa naufragij trepidatione capiuntur, an Fisco debeantur, n.10.

Quiduè fuerit per Reg.Cam. determinatum, n.11.

Transcribitur allegatio fiscalis D.Præsid.Iacobi Salutij *in causa naufragij aduersùs Præfectum arcis Brundusij, à n.12. ad 38.*

Naufragium,qualitèr euenisse dicatur, à n.19.cum seqq.

1 IN causa naufragii cuiusdã Nauis Iudæorum in littore Hostunensi,in Prouincia Hydruntina,anno 1575. de qua *Author hic*, fuit hæsitatum in Collat.Conf. ad relationem Reg.Cam. ad quem nàm illorum bona pertinerent? Contendebat Regius Fiscus ad eum, vti bona hostium naufragata spectare,vt mox dicemus. Itemq; Magnus Regni Admiratus, vt latiùs *in seq.quæst.*

2 Ac etiam *Exc.Marchio de Mondexar*, tunc Regni Prorex,prætendebat ad se ipsum bona illa spectare, tùm vti Capitaneum Generalem in hoc Regno,

Regno, tum etiam, quia eius nomine fuerunt ea occupata; Ad quæ de iure fundanda scripserunt insignes Iurisconsulti, ac Regentes *Io: Anton. Lanarius in cons. 84. per tot.* & *Ioan. Franc. de Ponte in cons. 93. lib. 1.* Quo circà nihil determinatum fuit, ex quo Augustissimus Rex noster, tunc Magno Admirato efflagitante, causam respectu prætensionis Proregis ad se auocauit.

3 Vnde causa fuit dumtaxat agitata inter Fiscum, & Magnum Admiratū, Excell. Suessarū Ducē; in qua hāc, & sequentem *decis.* compilauit noster *Author*, & duas alias quoque *decis.* scripsit *Reg. Reuerter. in dec. 76. & dec. 77.* & meminerunt etiam *R. Constant. in l. vnic. n. 135. C. de Classic. lib. 11. Reg. de Marin. in obs. ad cit. Reg. Reuert. decis. 77. lib. 1. Reg. de Ponte decis. 21. n. 12. Reg. Camill. de Curte resolut. feudal. cap. 5. num. 125.* typis impress. post *lib. 1. resol. iur. Reg. de Marin. Consil. Rocc. de offic. rub. 16. §. 1. n. 44.*

4 Et hi DD. omnes pro Fisco concludunt; Et bis per R. C. iudicatum refert hìc noster *Author n. 11. & 26.* qui *n. 12. & seqq.* rationes affert, quia licèt vsus littorum, riparum, portus, ac maris sit communis, nihilominùs quoad protectionem, & iurisdictionem dicitur Principis in eius locis, & consideratur tanquàm de Regalibus, vt *in cap. vnic. quæ sint regal. ver. portus, & ver. Ripa,* quorum custodiam per officiales, quos vocant Portulanos, deputatos in eis, tenet Rex noster Inuictissimus in Regno, ad quorum officium spectat, ne bona prohibita extrahantur, aut immittantur, vt in *l. 1. C. de littor. & itin. Custodia,* cum alijs per Nos annotatis *in §. 15. de Offic. Magist. Portul.* Vnde si potest Rex prohibere, ne quis vtatur suo iure, de iure gentium permisso, multò fortiùs ex vsu, & Consuetudine, vt talia bona naufragorum hostium ad fiscū spectent, admittendū, vt sequuntur *Reg. de Curt. suprà cit. loc. Cons. Rocc. d. rub. 16. §. 1. à num. 39.*

5 Et in puncto hoc ius ad territorij quoque Dominos pertinere, cum flumina pertineant ad Regalia, docent *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 3. n. 91. Petr. Gregor. lib. 3. Syntagm. cap. 14. n. 8. in fin. Besold. disp. polit. 3. clas. 1 th. 41. Faustus pro ærario clas. 6. ord. 557. Gryphiand. de Insul. cap. 31. n. 101. & seqq. Dadinus Altesiera de Ducibus lib. 1. cap. 13.*

6 Vnde cum Cæsaris Legatus coram *Henrico II.* Gallorum Rege anno 1556. questus esset, duas Naues ad littus eiectas, & à *Iordano Vrsino* captas esse, easque restitui postularet: *Annas Mommorantius*, Magister Equitum respondit, ea, quæ ad littus fuissent eiecta, gentium omniū iure ad Principes, qui littoribus imperarent, pertinere, *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10. pag. 267. & 268.*

7 Sed etsi contrà istas rationes acritèr insurgat, *Reg. de Ponte in d. decis. 21. n. 12.* vbi postquam dixit, Admiratum carere actione, vt in suo *cons. 93.* & in causa Proregis noluisse ampliùs contrà fiscum internenire, quia ipse tenuit vanam esse prętensionem Proregis, vti Ducis belli, & paritèr cessionem capientium, inualidam, & simulatam, fuisseq; inuentiones compositas in partibus Hydruntinis, decipiendo Proregem, & fraudando Fiscum, eum verè Portulanus Regius naufragata occuparit, & sic meritò omni Iure Fiscus erat capiens: Cęterum inquit, id, quod ex aduerso prò Fisco, vt suprà allegabatur, scilicet Regem habere proprietatem in portubus, & maritimis Regni, in ripis, quodque Portulani Regij sint in custodia illorum, omnia esse extrauagantia, & nihil ad causam, nec vllam prohibitionem apparere, quod bona hostium, vel naufragata occupentur, & Portulani custodiunt, ne exeant bona, sed quoad bona hostiū, vel naufragata, esse vanitatem, & ius resistere.

8 Concludit tamen idem *Reg. de Pōte ibid. num. 13.*, quod stantibus Prouisio-

uisionibus Reg.Maiest. expeditis anno 1583. de quibus inquit fidem facere *Regentem* nostrum *in sua decis.* & *Reg. Constantium*, vt omnia bona naufragata spectent ad Regium Fiscum, & sic remansisse decisum per viam decisionis generalis, quod nos indubiè credimus, ipsum loquutum fuisse de decisione facta in causa Magni Admirati anno 1577. & in gradu reclamationis anno 1580., in qua declaratum, & sancitum fuit, vt omnia bona, & personæ hostium, etiam naufragata, & naufragatæ spectent ad Regium Fiscum, vt in *Arresto* R.*Cam.* 299.& *Arr.*422. apud *Reg. de Marin. Dom.Reg.*noster *in sequenti q. num.*22. *&* 23. *Reg.Constant.in d.l.vnica n.*73. *C.de Classic. Reg. de Marin. in obs. ad cit. decis.* 77. *R. Reuert. Consil. Rocc.d.* §.1. *num.*85. *&* 86.

9 Validior autem videtur ratio per doctissimum nostrum Antesignanum excogitata *hic num.* 17. *&* 18. nempè quia in hoc Regno aderat Consuetudo occupandi bona naufragata per Regium Fiscum, teste *And. & Afflict. in Const.Rapinas eorum*, quæ licet fuerit sublata per Imp. Federicum in *Auth. nauigia C. de furtis*, attamen quoad bona hostium, & Pyratarum voluit Consuetudines valere. Et Nos addimus, hoc expressè statui per *Constit. Dohana de Secretis*, quam rationabilem, post alios *in fine praced. quæst.* firmauimus.

10 Imò non solùm bona naufragata Fisco debentur, sed etiam ea, quæ in ipsa naufragij trepidatione capiuntur, per text. in *l.*1.§.*ex incendio D. de incend.ruina, & naufrag. & Surd.dec.* 18. & facit apprimè text. *in l.Pedius D.eod.* ibi: *Pedius posse etiam, dicit, ex naufragio rapere eum, qui cum, nondum naufragium fiat, in ipsa trepidatione rapiat*; *Petrus Peckius in commēt. ad rem nauticam in tit. de incend. ruin. &c.l.*4.

11 Et sic fuit iudicatum in causa Arcis Præfecti, seù Castellani Ciuitatis Brundusij *D. Ioannis Ortiz de Mestanza* cum Regio Fisco sub die 18. Nouembris 1605. per Reg. Collater. Consil. ad relationem R. Cam. audito Regij Patrimonij Aduocato, bona, & personas Turcarum, tanquàm naufragata spectauisse, & spectare ad Regium Fiscum, nullumq; Ius in bonis naufragatis spectare ad Capientes, verùm ex causis discussis, darentur dicto Regio Castellano, de pretio dictorum bonorum ducati mille, vt in *Arrest. R. Cam.* 156. apud *Reg. de Marin.*, & in actis penès *Franciscum Salomonem Act.* Vnde *Reg. Constant. in d. l.vnica nu.*137. aduertit, in casu prædicto constare naufragij metum præualuisse, & proindè censendum esse ex naufragio potiùs bona quæsita fuisse, & quia Castellanus diligentèr se gessit, ideò certam partem prędæ ei traditam fuisse; In qua causa adest dicta *dec.*21. *Reg.de Ponte*, vbi *in fine* refert decretum, ac memorant *Reg. de Marin. in obs. ad Reg.Reu. dec.* 422.*tom.*2.*Thor.in compend.decis.ver. bona hostium naufragata fol.*72. *Cons. Rocc.de offic.d.rub.*16. §. 1. *à num.*49. *Reg. de Curte in cit.resol.feud. cap.*5. *n.* 126. vbi sic inquit: R. *Cam. in Collat. Cons. patrocinante doctissimo, & integerrimo fisci patrono Iacobo Salutio, iudicauit bona ad Fiscum spectare, in qua causa multum elaborauit dictus fisci patronus, & doctam confecit allegationem pro Fisco.*

12 Quam allegationem præfati fisci patroni, deindè Reg. Cam. Præsid. *D.Iacobi Salutij* (quem vti virum *circumspectum, religiosissimum, ac eruditissimum se clericasse*, habita prius licentia, testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg.tit.*3.§.7.*num.*15.) hic prò publica vtilitate imprimendam duximus.

IVRA

IVRA
PRO
REGIO FISCO
CONTRA
Castellanum Insulæ Brundusinæ.

Diuino implorato Præsidio.

13 NAVIGIVM Christianorum, de quo agitur, cum mercatoribus Turcis, & eorum mercibus, ex vi ventorum, & maris tempestate diutius per nouem dies agitatum, aquis repletum, velis diminutum, sine cymba, & sine armagijs, proiectis in mare rebus ad mensam præparatis, & mercibus pro certa parte. Tandem durante eadem maris tempestate, applicuit ad litus maris per ictum scoppittæ prope Turrim de Penna, vbi non est portus, nec aliqua maris securitas, sed locus saxosus, & naufragijs expositus, existentibus viatoribus, & nautis penitus defessis, & ferè mortuis ex diuturna tempestate, & ex inedia propter defectum potus per nonnullos dies.

Itaque in euidenti mortis periculo constituti, ad euadendam mortem, quæ est vltimum terribilium, quamprimum innotuit, orto 14 iam sydere, quod in proximo erat locus habitatus Ciuitatis Brundusij, emissis tribus ictibus tormentorum bellicorum, implorabant auxilium ab incolis: quo retardante, transmiserunt vnum ex nautis in tabula alligatum, cum mercede ducatorum triginta (in quibus contribuerunt Turcæ pro tertia parte) auxilium misericordiæ implorando, & sollicitando, vexillum Christianæ Crucis publicè extollendo, & publicè referendo in nauigio adesse mercatores Turcas, & eorum merces: Itaque accedentibus cymbis incolarum, omnes in terram deuenerunt, & in terra extensi, tanquàm penitus debilitati, aquam efflagitantes, & oblatam bibentes, in castro Brundusij fuerunt reclusi, durante adhùc eadem maris tempestate: qua tandem post aliquod interuallum cessante, nauigium fuit translatum (suffragantibus tamen alijs nauigijs) in portum Brundusij, vbi adhùc remanet post tres annos penitùs inutile ad nauigandum. Ita quod dominus eiusdem nauigij nullum exindè potuit percipere pretium, nec aliquem reperit emptorem. Bona verò ex nauigio accepta, in eodem castro noctis tempore fuerunt asportata, & fuit confectum per Castellanum quorundam bonorum inuentarium, & per ipsum fuit prohibitus Regius Portulanus ibidem destinatus ne caperet informationē, nec interueniret in confectione inuentarij. Immò fuerunt laceratæ nonnullæ paginæ ex libro onerum eiusdem nauigij, & deficiunt bona magni valoris in posse eiusdem Castellani peruenta, quæ in eius inuentario descripta non reperiuntur.

Istud factum ita narratum inficiari non potest, & licet pars prætendat, quòd Turcæ 15 sumpserant arma, & quod tandem debellati, ex terrore armorum seipsos dediderunt Castellano, quibus cessantibus, Turcæ cum nauigio facilè recedere potuissent.

Verum aduertant (rogo) quod Turcæ erant numero pauci, conditione viles, ætate senes pro maiori parte, professione mercatores, defessi propter longam maris tempestatem, & diutinam potus inediam, & penitùs inermes, quandoquidem eorum arcus, & enses fuerunt consignati penes nautas ab initio, quo nauigium ascenderunt propter eorum seueritatem ex diuersitate Religionis.

Rursùs pars fatetur, quod nautæ statim deuenerunt in terram cum cymbis Brundusinis, 16 & præsupponit contumaciam Turcarum: Cui obiectioni iam fuit responsum. Sed dicat (quæsò) pars, dato etiam (citra veri præiudicium) quod Turcæ in terram accedere recusarent (prout reuera non fuit) tamen quid inde? Nonnè nauigium erat velis diminutum? nonnè nautę petiebant in terram deduci, & cum effectu volentes, & rogantes descenderant in terram; & maris tempestas adhùc durabat? quæ spes libertatis, vel postliminij remanebat? qui nautæ erant nauigium gubernaturi, & vnde sitis erat temperanda, deficiente aqua per tot dies? verè pars defecit in cogitationibus suis.

Egit tamen Castellanus coram Illustrissimo Regni Prorege pro declaratione, quod Tur- 17 cæ, & eorum bona ad eum spectabant, tanquam per ipsum debellati, & capti in acie campi, & in conflictu belli, & remissa causa instante Fisco, ad Regiam Cameram Summariæ, fuit præfixus terminus in causa, & quod Turcæ transmitterentur ad Regias triremes, & bona venderentur.

Compilato processu dicitur pro parte Regij Fisci, quod ex facti serie euidenter apparet
18 de vanitate prætensorum ex aduerso; quandoquidem illud fuit apertissimum naufragium, & omnia ex naufragio fuerunt erepta, & actori nihil penitùs fuit acquisitum. Immò contrà eum criminaliter est procedendum, & bona occupata sunt exhibenda.

Ad hoc fundãdum suppono, quod omnes actus
19 qui in naufragio occurrere possunt, omnes quidem verè, & realiter oculis inspiciuntur, & manibus tanguntur in casu, de quo agitur, quamuis enim nauigium, nautæ, & mercatores non sint aquis summersi, nihilominus nauigium dicitur passum naufragium, & vecti, & vectores dicuntur naufragium passi, sola aquarum summersione in naufragio deficiente, *tex. in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam de iactu, in c. excommunicatione, extra de raptor.* & *in l. 2. C. de naufr. lib. 11.* Immo actus naufragij æquiparatur, siuè nauigium sit ruptum, siue ad terram perueneri, *tex. in auth. naugia, C. de furt. & in c. 1. § nauigia de stat. cont. liber. eccles. & in d. l. 2. C. de naufr.* quia regulariter sufficit esse deuentum ad actum proximum, & propinquum, *Bart. in l. cætera, §. fin. ff. de legat.* 1. vbi *Ias. n. 19. & Alex. cons. 7. circa fin. lib. 3.* vnde portantes bladum extra territorium puniuntur pæna statuti odiosi, & pænalis, si fuerint reperti in itinere tanquàm si *viagium* perfecissent, *Paul. de Castr. in l. si fugitiui*, vbi *Capolla nu. 65. C. de seru. fugit.* & *Rota Genuensis dec. 25. num. 8.* Et paria sunt quod aliquid tollatur ex naufragio, vel propter naufragium, *l. 1. §. ex incendio, vbi Bar. ff. de incend. ruin. naufr.* & *in l. pedius in princ. ibi: in ipsa trepidatione, eod. tit.* siue de naui, siue de mari, siue de littore rapiatur *d. l. deprecatio* cum alijs superiùs allegatis, & *l. si quis ex naufragio, eod. tit. de incend. ruin. naufrag.*

Immo dato (sine veri præiudicio) quod pars aduersa aliquid fuisset operata in isto casu,
20 nihilominus adhùc non potest iudicari de istis bonis, & persõnis, nisi tanquam de naufragatis, nam quoties aliquid potest referri ad duo; ad vnum per prius, & ad aliud per posteriùs, semper referendum est ad illud quod est per prius, *l. 1. ff. si ager vectigalis petatur, Bar in l. quæritur, ff. de statu homin.* vbi *additio*; Et similiter, quando aliquid potest iudicari secundùm minus potens, & maius potens: semper attenditur maius potens, *Bart. in d. l. quæritur*, prout est causa naufragij, maximè in vltimo die Nouembris vigente adhùc eadem maris tempestate; nam licet semper nauigantes dicuntur esse in mortis periculo constituti, *l. 3. & 4. ff. de donation. causa mortis*, idque eo magis procedit attento anni tempore, siâ Kalendis Octobris vsque ad Kalendas Aprilis mare ascendunt, quia in illis sex mensibus Maria clauduntur, *Menoch. de arbitr. iud. cas. 61. n. 4. 5. & 10.* & id maximè est attendendum data actuali tempestate, postquàm ex sola maris nauigatione, dicitur quod nauigantes, nec inter viuos, nec inter mortuos censentur *Ias. in l. 1. num. 9. ff. si quis caution. Bald. & Salic. in l. 2. C. de nautico fœnore*, & *Rota Genuens. decis. 36.* Et demum quando concurrunt duæ causæ, altera naturalis, & alia accidentalis, attendenda est causa naturalis, vt naufragium, & non accidentalis, vt præsupponitur per occursum partis aduersæ, ad *tex. in l. qui habent in principio, ff. de tutelis.*

Quibus, hoc etiã addendũ videtur, quod actus capturæ nullo modo, nec imaginariè se-
21 parari potest ab actu naufragij, durante adhuc eadem maris tempestate, cum alijs qualitatibus superiùs consideratis, & sic nõ est locus alicui considerationi, vt ista mixta tanquam separabilia considerentur, quo casu quando mixta separari possunt, iudicatur de ipsis tanquàm de quolibet suo simplici, vt in *§ si vero mixto, in auth. de non eligend. secundò nubentes, & in §. & quia pœna, in auth. de nuptijs*, sed potius considerandũ est, quod actus naufragij non est separabilis a captura, & tunc est inspiciendus actus naufragij tanquam prior, potentior, & causa sine qua non; vt superius considerabam; & ita procedit dictum *Angel. in l. 2. in princ. ff. de verb. obligat.* quam sequuntur *Decius in l. rogasti in princ. num. 4. ff. si cert. petat.* & *Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 29.*

Ampliùs, quia in ista causa agitur de bonis magni valoris occupatis, & suo tempore de
22 hoc erit agendum, tàm respectu Fisci, quã ad instantiam aliquarum partium dominorum, qui sunt certi, & Christiani nominis, non erit multum alienum aliqua hic tangere, præsupponendo, quod titulus *de incend. ruin. & naufr.* habet locum in his quæ rapiuntur tempore naufragij, sed in his quæ post naufragium rapiuntur, habet locum, *tex. in d. auth. nauigia, secundum Bar. ibi*, etiam si bona reperta sint in littore maris, nisi fuerint habita pro derelictis, quæ de iure communi occupanti conceduntur, *l falsus, §. qui alienum, & §. si iactum, vbi glos. Bar. et omnes, ff. de furt. & in § fin. Instit. de rerum diuis. & Io. de Platea in l. 1. C. de naufrag. lib. 11.* Id tamen ex coniecturis probatur, si bona in littore reperta fuerunt habita pro derelictis, secundùm *Doct. in locis citatis*, quibus addenda videtur probabilis distinctio, si bona fuerint proiecta in flumine, vel propè littus maris,

matis, aut in alto mari, secundùm opinio-
nem *Franc. Aretin. in l. interdum, §. quod ex
naufragio, ff. de acquir. possess.* quam exornat
Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 5. regul 30. n.
16. Immo inuentores tenentur ad restitu-
tionem rerum, quæ alias erant perituræ,
respectu prioris domini, quamuis inuentor
in hoc passus fuerit laborem, & periculum,
quia ad id quilibet tenetur ex charitate er-
gà proximum, alias retardata restitutione
incidit in excommunicationem, præuia ta-
men monitione, secundùm vnam opinio-
nem; immo nulla requiritur monitio quoad
Deum, *tex. in d. cap. excommunicationi, vbi
glos. & Doct. extra de Rap. Afflict. in constit.
Rapinas, et Syluester. in ver. naufragium*; vltra
quod, de iure ciuili, nedùm Rapiens ex nau-
fragio tenetur ad pœnam quadrupli, tam
respectu partis, quàm Fisci mota lite infra
annum, & ad simplum post annum elapsũ,
sed etiam criminaliter punitur pœna pu-
blicationis bonorum, & alia corporali vsq;
ad deportationem, *l. in eum, C. de furtis*, et *in
d. auth. nauigia.* & reassumit *Menoch. de arbitr.
iudic. casu* 297. Et in Regno est imposita pœ-
na capitalis contra Rapientes, nec non pœ-
na quadrupli contra successores, quatenus
ad eos peruenerint, vt in *d. constit. rapinas*,
vbi Doctores ponunt, si propter pœnam
huius constitutionis tollantur pœnæ impo-
sitæ per antiquas leges, & diuisi sunt in
duas classes, vt ibi per *Afflict. n. 4.*
Modò pro decisione articuli, an bona hostium
naufragata spectent ad Regem, vel occu-
23 panti concedantur, non multum laboran-
dum esse òpinor, nec temporis angustia
patitur; quandoquidem iste articulus pluries
reperitur disputatus, & decisus in Regno,
& signanter tempore Illustrissimi quondam
Marchionis Mondesarentium tunc Prore-
gis, & Locumtenentis in Regno, quo tem-
pore fuit prætensum, quod hostes subditi
Turcarum tyranno, & eorum bona erant
acquisita capientibus, ex deductis per *Reg.
Lanar. cons. 84.* & per *Reg. de Ponte cons. 93.*
in quibus pars aduersa in præsentiarum
fundatur.
Nihilominùs contrarium est dicendum in ca-
24 su, de quo agitur, quoniam portus, littus
maris, & Ripæ Regni, sunt de Regalibus,
& inter regalia connumerantur, *tex. in cap.
1. quæ sint regalia*, vbi *Andr.* & alij, & in
constit. si quando. Nec solum Portus sunt
Regiæ Maiestatis, sed etiam nemini in Re-
gno, siue Baroni, siue Ciuitati licet in lit-
tore maris construere, *Frecc. de subfeud. in tit.
de officio magni admiratus num. 28.* & *Capyc.
in inuest. feud. in ver. portubus*, qui etiam testa-
tur, quod in toto Regno littora custodiun-
tur pro parte Regis, per Regios ministros,
& est *tex. in c. Regni, ita quorundam, cum capi-
tulo sequenti, Loffred. cons. 24.* & *Lanar. cons.
76. num. 30.* & nunquam veniunt in concess.
territoria maritima, vel terræ maritimæ
quantum se protendunt per iactum balistæ,
prout in *d. inuest. feud. in ver. littoribus in fin.*
vnde bona hostium naufragata applicantur
Regiæ Maiestati tanquam fructus iurisdi-
ctionis ad *tex. in l. fin. ff. sol. matr.* vbi *Doct.
et Boer. decis. 182. num. 4. Capyc. dec. 27. n. 15.
Frec. lib. 2. de subfeud. auth. 13.* Et *Molin. de
Hispan. primogen. lib. 1. car. 25 nu. 4. et lib. 4.
cap. 11. n. 19.*
Ex quibus emanauit antiquissima consuetudo
25 immemorabilis in Regno, quod bona ho-
stium naufragata applicantur Regiæ Ma-
iestati, de qua consuetudine, & de decretis
desuper interpositis in beneficium Regiæ
Curiæ, testatur idem *R. de Ponte d. cons. 93.
n. 18. et Reg. Annibal Moles in loco inferius ci-
tando*, & vera est iuris conclusio; quod cre-
dendum est Doctori attestanti de consuetu-
dine, secundùm opinionẽ *Bart. in l. de quibus,
ff. de leg.* quam testatur communem, omis-
sa aliorum Doctorum serie, *Dec. in l. 2. §.
mutui datio in 2. lect. ff. si cert pet. & cons. 694.*
eamque magis communem dicit *Gozadin.
cons. 59. col 4.* & eandem tutiorem affirmat
Franc. Curt. cons. 60. maximè quando Do-
ctor qui de consuetudine testatur, est versa-
tus in illa Curia, *Lup. in rub. de donat. inter
vir, & vxor. §. 21. in princip.*, vel quando
Doctor famosus attestatur de consuetudine,
& eo magis quando plures idem affirmant,
& alij scribentes contrarium non dicunt,
Brun. cons. 66. & Capyc. decis. 176. num. 20.
26 Supposita etiam eiusdem consuetudinis
validitate, ex aperta iuris dispositione,
quæ contrariam consuetudinem annullat
in bonis Christianorum naufragatis; non
autem in bonis hostium, vt in *d. auth. naui-
gia*, & in loco, vnde sumitur, quandoqui-
dem vbi lex voluit, dixit, & omissum pro
omisso habetur, *tex. in l. 1. §. sed & varieta-
tis C. de caduc. toll. & in cap. ad audientiam
ex. de decim. Dec. cons 372 num. 2.* quibus ac-
cedat quod ratio quæ procedit in bonis
Christianorum ex præcepto charitatis, &
iustitiæ, non militat in hostibus, & eorum
bonis, quia sunt ipso iure diffidaei, & possunt
capi cum omnibus bonis; vt notatur in *d.
auth. nauigia*, vnde licet arguere ex ratione
l. cessante *l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron.
& cap. cum cessante, extra de appellat.*
27 Et licet bona hostium capientibus ac-
quirantur, ex regulis generalibus, id tamen
non procedit nisi in actuali conflictu, &
acie belli, nec quando fuerunt capta in ter-
ri-

ritorio alieno, prout sunt portus, & littora maris, quæ sunt de Regalibus, & in Regali Dominio, Custodia, & Iurisdictione, ex deductis per *Angel. de Per. in sua sollemni disp. incip. renouata guerra col. 3. & per DD. in l. 1. ff de acquir. possess.* vbi *Socc. iun. n. 69.* quando bona non capiuntur in conflictu, & acie belli, & ibi *Rip. num. 7.* Quando bona extra bellum sunt capta; & licet in hoc articulo bonorum hostium variæ fuerint Doctorum opiniones in locis citatis, tamen iste articulus reperitur pluriès iam decisus in fauorem Fisci, stante prædicta consuetudine in Regno approbata, quod bona hostium naufragata Regio Fisco applicantur, exclusis penitùs capientibus, & tandem ex prædictis ità reperitur pluriès iudicatum etiam in dicta ardua causa per sententias diffinitiuas in eadem Regia Camera, & in Regio Collaterali Consilio in fauorem Fisci, & signantèr sub die 29. Nouembris 1567. & Rursus sub die 21. Maij 1577. prout *in decisionibus dicti Regentis Moles quæst. 12 fol. mihi 92.* vnde est inducta consuetudo iudicandi in ipso articulo per dictas duas sententias, ex *glos. in l. 3. C. de Episcop. Aud.* com. approbata.

28 Vltimò est considerandum, quod tandem Regia Maiestas in anno 1583. magis specialiter sibi reseruauit omnia bona hostium naufragata ad effugiendam omnem disputationem, prout testatur idem *Regens Moles loc. cit. q. 12. in fin.* vnde stante prædicta reseruatione, sequitur quod bona non dicuntur amplius hostium, quia Dominium ipso iure transit ad Regem, & *text. in d. authent. nauigia* procedit donec bona sunt hostium tempore, quo capiuntur, quia qualitas adiecta verbo, debet adesse tempore verbi, *l. in delictis §. si detracta ff. de noxal. actio, & l. si Titius ff. de milit. testam.* prout firmat in proprijs terminis *Soecin. cons. 262. n. 5. lib. 2.* secus autem quando ex naufragio erant iam applicata Regiæ Curiæ ex noua, & vltima declaratione Regiæ Maiestatis: & amplius adducitur optima iuris conclusio, quod regula, quæ habet, vt ea quæ in nullius bonis sunt, efficiantur capientium, non habet locum quando initium est vitiosum, propter prohibitionem ingrediendi in aliquem locum, accedente maximè ad hoc aliqua consuetudine, vt per *Roland. à Vall. cons. 9. n. 20. et 26. lib. 2.* prout in casu de quo agitur, stante consuetudine in Regno pro Regio Fisco in bonis hostium naufragatis, exclusis capientibus, & stante vltima declaratione anni 1583. in beneficium Regiæ Curiæ, de qua consuetudine cum exclusione capientium, & de prædicta vltima reseruatione testatur prædictus *R. Moles in d. q. 12. & 13.* & fuit oculatim inspectum *in libro secretorum votorum annorum 1567. & 1577.* & in vtraque causa incidit quæstio cum capientibus, nam in anno 1567. officiales Admirati fuerunt capientes, & Fiscus abstulerat personas, & bona hostium a manibus capientium, & propterea Admiratus agebat pro restitutione, verum quia illæ triremes fuerunt naufragatæ, imò fuerunt arenatæ tantùm, prout dicitur in rubrica dicti decreti, idcircò Fiscus obtinuit, & fuit absolutus; & similiter in anno 1577. similiter fuit quæstio cum capientibus nomine eiusdem Magni Admirati, prout latissimè testatur idem *Regens Moles in loco citato*, & similiter Fiscus obtinuit. Quæ conclusio fortius hodie procedit ex dicta declaratione an. 1583. in beneficium Fisci, exclusis capientibus, siue nomine proprio, siue alieno cepisse prætendant.

29 Dum autem dicitur, quod alias fuit iudicatum, personas hostium spectare ad capientes, aduertatur rogo, quod illa exempla nullum supponunt naufragium, nec naufragij suspitionem, quo casu ex consuetudine Regni ex decisionibus diuersarum causarum, & vltima Regia reseruatione, omnia sunt Regi reseruata, & non sunt amplius hostium, vnde ex diuersis non infertur.

30 Quibus omnibus accedant, quod actor ratione originis, ratione incolatus, & ratione officij est vassallus, & stipendiarius Regis, & propter fidelitatem, & assecurationis Iuramentum tenetur obseruare illa sex, incolume, tutum, honestum, vtile, facile, & possibile; vt in *cap. 1. de form. fidelit. & cap. 1. de noua forma fidelit.* ad quæ tenentur nedum vassalli ratione feudi, & specialis iuramenti feudatariorum, sed etiam vassalli burgenses, siue ratione originis, siue incolatus, & præsertim stipendiarij, & alijs muneribus præmuniti, vt in *cap. 1. §. fin. qual. vasal. iur. deb. fidel.* vbi *Andr. Odofred., Anton. de Pratoueteri, & Afflict., & in Constitutione Regni. domini, a vasallis, & Luc. de Penn. in l. deuotum C. de metod. lib. 10.* & sic in ista acquisitione tenebatur actor esse vtilis domino, & omne auxilium præstare Regijs Ministris, prout tenebatur etiam dominum adiuuare in bello campestri, & eidem auxilium, & consilium ferre, etiam contra filium, & contra patrem, vt in *d. cap. 1. de form. fidel. & in cap. 1. in ver. contra omnes, in tit. hic finitur lex.* Ad idem tenebatur actor, propter verbum, *facile*, & *possibile*. Ita vt si sciat subditus viam propter quam dominus posset recuperare feudum, & id non facit, dicatur venire contra iuramentum fidelitatis, *Andr. in*

cap.

tep. Vasallus si feudum vers. aut si alium in tit. si de feud. fuer. controuers. & in ipsis terminis bonorum hostilium captorum per stipendiarium, vt omninò Regi acquirantur, optimè faciunt considerata per *Calder. cons. 95. num. 3. sub titulo de treg. & pace.*

31 Rursus præmissis addendum videtur, quod iure gentium, & naturali per occupationem acquiritur dominium capienti eorum, quæ in nullius bonis sunt, vt in piscatione, aucupio, venatione, captiuitate in bello, & inuentione, quæ æquiparantur, *tex. in l. 3. cum duabus ll. seqq. ff. de acquir. rer. domin. & in § feræ igitur bestiæ, & in § item ea quæ ex hostib. Instit. de rerum diuis.* vbi omnes, & nouissimè *Io. Otnotomus in locis citatis*, & tamen in venatione, licet Princeps regulariter non possit venationem prohibere, itaquod feræ captæ non efficiantur capientium, quia libertas venandi est introducta de iure gentium, & contra ius gentium Princeps non potest venire, *Felyn. in cap. qui in Ecclesiarum, extra de constit. & in cap. 1. extra de probat.* & in terminis firmant *Hostiens. Io. Andr. & Butr. in cap. non est, extra de decimis, Decius cons. 197. Iacobinus in tract. de feudis in verbo, Et cum venationibus, Io. de Plat. in l. 1. vbi Rebuff. C. de venation. ferarum lib. 10. Bertrandus cons. 255. num. 8. lib. 1. Natta cons. 375. lib. 2. & Præsid. de Franch. dec. 258.* nihilominus similiter est verum, quod Princeps habet dispensationem eorum quæ in nullius bonis sunt, & potest circa omnia ea, quæ iure naturali sunt communia, ita disponere, vt in posterum non communia sint, nec occupanti quærantur, sed priuata fiant, vt not. *in § singulorum, instit. de rer. diuis. & in l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* transferendo etiam eorum dominium absque alia corporali occupatione, seu traditione, *l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. l. raptores C. de Episc. & cleric.* & notant DD *in l. traditionibus C. de pact.* vnde magis communis opinio est, quod potest Princeps ex varijs causis venationem prohibere, prout latè firmat *Couar. in reg. peccatum § octauo in princ. & num. 6. extra de regul. iur. lib. 6.* cuius dictis nihil potest addi, & nouissimè loquuntur *Francisc. Viuius in lib. 3. communium opinionum in Reg. 1010. n. 9. & Nicolaus Intrigl. in tract. de casibus conscientiæ casu 47. n. 4.* & ita obseruatur in Regno vbi specialiter per Principem est prohibita venatio in locis de Demanio Regis, & in Regijs defensis, *Andr in l. 1. §. nemo retia, de pace tenenda, Luc. de Penna in l. 2. C. de pascuis publicis lib. 11. Afflict. in constit. scire volumus num. 9. Capyc. in inuest. feud. in verbo, venationibus, Grammat. decis. 67. in princ. et Io. Ant. de Nigris in cap. Regni Magistri forestarum num. 16.*

Modò arguendo à captis in venatione, ad ca-
32 pta in bello, tanquam ab æquiparatis, & à paritate rationis, vt notat *glos. in l. si socer in principio, vbi Bald. et Imol ff. solut. matrim. et Bald. in l. conuenticulam, col. secunda, C. de Episcop. et Cleric.* Est verum, quod feræ captæ per venationem, non acquiruntur capientibus, siue data consuetudine, vt capientes feras excludantur, ex quo in talibus consuetudo omninò seruanda est, siue præsupposita prohibitione, & reseruatione, nam licet secundùm aliquos prohibita venatione adhuc capta fiunt capientium, id tamen non procedit, quando per Principem dominium ferarum per venationem captarum, est alteri applicatum, vel quando Principe, vel etiã Iudice prohibente feræ sunt captæ, quia non fiunt capientium, sed restituendæ sunt, prout notant omnes in locis superius allegatis, tàm respectu consuetudinis in hoc seruandæ, quàm respectu reseruationis, & prohibitionis, & signanter plenè *Couarr. in d. regul. peccatum, §. 8. num. 4. 6. et 10. Roland. à Vall. d. cons. 9. num. 24. 25. et 26. lib. 2. Andr. Gayl. in tract. obseruat. Imperialium lib. 2. obseruatione 66. n. 3. et Intrigliol. in d. causa 47. num. 13.*

Vnde ex vi huius argumentationis, sequitur,
33 quod stante immemorabili consuetudine, quæ viget in Regno, vt personæ, & bona hostium naufragata Regi acquirantur exclusis capientibus, nec non accedente eadẽ expressa reseruatione anni 1583. in beneficium Fisci. In præsentiarum non est locus dubitationi, quod omnia capta in isto naufragio Regi sunt acquisita, exclusis penitus assertis, & figuratis capientibus. Illud etiam in terminis proprijs in consideratione reuocando, quod ea quæ ex hostibus capiuntur, & per Principem aliquo modo fuerunt sibi reseruata, non capientibus, sed principi sunt acquisita, *Couarr. in d. reg. peccatum. §. 11. num. 6. in fin.*

Ampliùs non discedendo ab æquiparatione
34 venationis, & captiuitatis, verum est in facto, quod isti Turcæ inciderant quasi in laqueum propter naufragium, & naufragij periculum, & dato sine veri præiudicio, quod exinde erepti fuerint, non tamen capientibus acquiruntur, prout dicitur in fera in aliquo loco illaqueata, vel per aliquem vulnerata, & per alium capta ex dispositione *textus in l. in laqueum, et in l. naturalem, §. illud, ff. de acquir. rerum dom. et in § illud instit. de rerum diuisione*, nam in terminis *d. l. in laqueum*, non requiritur actualis captura, sed sufficit ocularis inspectio, & affectio possidentis secundùm vnam opinionem, vel saltem

tem fera illaqueata acquiritur apponenti laqueum, si fera diu luctando se expedire non posset, vt notat *in d.l.in laqueum in verbo in meam potestatem*; & demum in fera illaqueata, vel vulnerata attenditur consuetudo, vt acquiratur illaqueanti, vel vulneranti, quamuis alius de laqueo eripuisset, *Cepoll.in d cap.21.num.4.* & *Couarr. in d. §. 8.num.16.* prout in casu nostro præsupponitur immemorabilis posses. pro Fisco, vt bona naufragata Fisco, & non capientibus acquirantur, vt superius est fundatum.

Et similiter in terminis *d. §.illud*, quamuis dicatur, quod sola vulneratio non facit feram
35 esse vulnerantis, nisi capiatur, tamen *Trebatius Iurisconsultus* in ea fuit opinione, quod fiat vulnerantis, donec eam prosequitur, quo tempore si alius eam cœpisset furtum commisisse videtur; Et est verum, quod opinio *Trebatij* obseruatur de consuetudine, vt non requiratur captura; & amplius idem clarius est inductum secundum legem *Longobardam*, vt alteri fera non quæratur, sed vulnerans expectatur per 24. horas, vt per *glos.fin.in d.l.naturales, §. illud*, vbi *DD.* & sic aliud est de iure, aliud de consuetudine secundum legem *Longobardam*, quæ principaliter obseruatur in Regno, vt in *constit. puritatem*, vbi omnes.

Tandem reminiscantur (quæso) peritissimi Iu-
36 dicantes, quod in ista materia millies fuit iudicatum secundum diuersos casus, & minimè sunt mutanda, quę certam interpretationem receperunt, præsertim in iudicando, ex notissimis iuris principijs.

37 Quando merces naufragatæ sunt extractæ ex Regno cum debitis expeditionibus, vel à partibus exteris applicuerunt in Regno, & domini sunt certi, restituuntur dominis, qui sunt Christiani nominis.

Quando domini mercium, seù nauigiorum sunt incerti, licet Christiani, capiuntur per Regni Admiratum, assignata tamen quarta parte Regio Fisco.

Quando merces naufragatæ fuerunt ex Regno extractæ absque debitis expeditionibus, acquisitæ sunt Fisco, tanquam in causam intercepti, propter vectigal defraudatum.

Quando merces, nauigia, & personæ naufragatæ sunt hostium, acquiruntur Regio Fisco ex Regni consuetudine, ex pluribus decretis, & sententijs, & ex vltima reseruatione Regiæ Maiestatis.

38 Quando nullum interuenit naufragium, nec naufragij suspicio, & hostes in terram applicuerunt, vel ad deprædandum, vel aliter fugientes, tunc eorum personæ acquiruntur illis, qui debellando ceperunt.

Ex quibus omnibus in causa, de qua agitur pro Regio Fisco iudicandum esse concludimus. Cætera suppleant sapientissimi Iudicantes.

Iacobus Salutius.

AD QVÆST. III.

An bona prædicta spectent ad Magnum Admiratum Regni.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

B*ona naufragata, an spectent ad Magnum Regni Admiratum? Expenditur Capitulum illius officij, à num.1. ad 4.*

Referuntur decretum generale, ac ordines Cath. Maiest. n.5. & 6.

Hostium nomine, quinam comprehendantur, n.7. & 8.

Bona Hostium, an in mari Adriatico deprædari, ac eorundem personæ captiuæ fieri queant, n.9.

1 Concurrebat quoque in præfata causa naufragij Magnus Admiratus, Excell. *Dux Suessæ*, qui ex priuilegio, in *Capitulis* tempore collationis Officij cõcessis, prætendebat, naufragata omnia ad se spectare, vbi habetur hæc: *Naues verò, & Vaxella, & cætera, quæ in Regni partibus naufragia patiuntur, ex quibus Regia Curia ius consuetum, & debitum consequitur; habeat Admiratus suis commodis applicanda*, quæ etiam posuit *R.Tap. lib. 2.Iur.Regn.rubr.31.de Off.Magn.Admir.fol.393.in cap.29.*

2 Vnde si dicimus de iure ad Fiscum spe-

spectare, & Rex concessit Magno Admirato, mediante suo priuilegio, omne ius, quod R. Curiæ competit, seu percipere solet de naufragijs, sequitur necessariò, quod si pertinet ad Regem, virtute suæ concessionis, pertinebit ad Magnum Admiratum; transtulit enim in eum omne ius sibi competens super naufragijs, *Afflict. in Constit. Regni rapinas n. 13. Reg. Constant. in l. vnica num. 73. C. de Classic. lib. 11.*

3 Suadebatur etiam, bona infideliũ naufragata concessisse Magno Admirato, quia in priuilegio non sunt excepta, & priuilegia Principum, latissimè sunt interpretanda, *l. fin. D. de Const. Princip.* eò magis, quia per plures testes examinatos, & prouisiones ad instantiã ipsius M. Admirati expeditas, apparebat cõsuetudo probata, ex qua priuilegium interpretari videbatur etiam de bonis hostium naufragatis, & sic fuit bis pro Magno Admirato iudicatum in possessorio, teste *Authore nostro hic n. 11.* quem refert *de Mari in add. ad Gizzarell. dec. 73. n. 2.*

4 Contrarium tamen concludit idem noster *Author hic n. 12. & seq.* quod licet Magnus Admiratus, in possessorio, & petitorio habeat intentionem fundatam, quoad naufragia simpliciter, non tamen id procedere in bonis hostiũ naufragatis, nàm fiscus de iure ciuili nõ habet intẽtionẽ fundatã, nisi quando bona sint vacantia, in quibus terminis loquitur *cit. Afflict.* & in cõcessione de naufragijs, non veniunt bona illa, quæ alio titulo iuris gentium ad Regem spectant, cumq; bona prædicta spectent ad fiscum iure hostilitatis, quod ius nunquam venit in concessione per *Constit. ea quæ ad decus*, proindè, nec Magno Admirato, neq; capientibus ius aliquod super illis competit, & sequitur *Consil. Rocc. de offic. rub. 16. §. 1. n. 61. & seqq.*

5 Et ità sub die 22. Maij 1577. fuit generaliter iudicatum, omnia bona, & omnia naufragata, & quæ in posterum naufragari contigerint, quorum Domini sunt, & erunt incerti, spectare ad perceptionem, ac cognitionem Magni Admirati; Omnia verò Vaxella, bona, & personas hostiũ, & diffidatorum S.C. Maiestatis, etiã quod sint naufragata, non spectare, neq; ad perceptionem, neq; ad cognitionem d. Ill. Magni Admirati, & proinde quoad Hebræos, & eorum bona capta in maritima Hostuni occasione naufragij, Regium fiscum esse absoluendum ab impetitione dicti Ill. Magni Admirati, vt in *Arrest. R. Cam. 299. Arrest. 355. Arrest. 422.* apud *Reg. de Marin.* & testantur *Author noster hic n. 22. Reg. Reuerter. dec. 77. lib. 1. ubi Reg. de Marin. in obs. post Reg. Constant. in d. l. vnica num. 73. & 135. C. de Classicis, & Tasson. de antef. vers. 3. obs. 3. nu. 228. in fine, cit. Cons. Rocc. d. §. 1. n. 45. & seqq.*

6 Subdit demum, idem noster *Author n. 23.* quod ipso curante, vti Regente in Supremo Italiæ Consilio, anno 1583. per Regias Prouisiones S.C. Maiestas declarauit, nunquàm fuisse suæ mentis, vt bona hostium naufragata concederentur Magno Admirato, & sic in concessione posteà dicti officij facta, expressè id Rex noster sibi reseruauit; memorantq; etiã *Reg. Constant. ibid. Reg. de Marin. in cit. obs. 77. n. 2. Reg. de Ponte decis. 21. num. 13. Reg. Camill. de Curt. in suis resolut. feudal.* editis post *lib. 1. resol. Reg. de Marin. in cap. 5. num. 125. circa med. Cons. Rocc. d. rub. 16. §. 1. de bon. naufragat. n. 46. n. 68. 86. 87. & 126.*

7 Hostium autem nomine, qui nàm comprehendantur, latè explanat *Cons. Rocc. de offic. rub. 16. §. 2. de preda bonor. host. per tot.* Hinc bona Iudæorum, vel Hebræorum, sicut alia bona hostium nostri Regis, possunt deprædari, & confiscari, *Reg. Reuerter. decis. 76. Mastrill. decis. 254. t. 3. Castill. decis. 107. t. 2. Borrell. de Reg. Cath. præst. cap. 75. n. 26. cit. Cons. Rocc. d. §. 2. à n. 57. ad seqq.*

8 Verùm si Iudæi vasalli, & subditi sint alicui Christiano Principi, prout

ſunt nonnulli, qui ſubſunt Romano Pontifici, Reip. Venetiarum, & alijs, qui naufragium patientur, nec ſerui efficiuntur, nec eorum bonis priuari poſſunt, *Molfeſ.ad Conſuet. Neap.to.2. conſ.17.per tot. Maſtrill. d.deciſ.254. & caſtill.d.l.Reg.de Marin.in obſer.ad* R.Reuert.*dec.545.t.2. Conſ.*Rocc.*reſp. 33.tom.1.& de offic. d.§.2. à nu.92. ad ſeqq.Ceſ.Nicol.Piſan. in add.ad Goffr. ſuper* Ritib.Reg.*Cam. rub.22. num.22. & 23.*

9 Imò in Mari Adriatico, poſſe bona Turcarum, ſiuè Iudæorum, vel aliorum diffidatorum S.M. prædari, illorumque perſonas captiuas fieri, latè oſtendunt, & comprobant *Iul. Cęſar Capacius in libro nuncupato, il Foraſtiero, fol.* 523. *Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.11.de triremib. & nauig.Conſ.*Rocc.*d.§.2.à n.137. ad ſeqq.*

AD QVÆST. IV.

An bona hoſtium capta in Regno ſpectent ad Excell. Proregem, vti Ducem Generalem.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Bona hoſtium in Regno capta, an ſpectent ad Excell. Proregem, vti Ducem generalem, vel ad Fiſcum, aut capientes, à n.1. ad 4.

Conſ.Franc. Roccus *pro Fiſco decertat, à n.5.ad 8.*

Bona hoſtium, quæ capiuntur ab exeuntibus mare, an debeantur capientibus, n.9.

Et alia ad materiam, à n.10.ad 12.

1 EX quo Excellentiſſimus *Dux de Alcalà*, huius Regni Prorex, per lapſum duodecim annorum, quo Regni clauum ſuſtinuit, ſolitus fuit Turcas captos ſibi ipſi applicare, indè in vltimo conſtitutus elogio anno 1571. ſcrupulo conſciētiæ ductus, mandauit, vt articulus iſte decidereretur de iure; Et ſi determinaretur illos ad ſe non ſpectare, pro quolibet mancipio, domino ſolueretur pretium ducatorum centum.

Quamobrem per executores teſtamentarios fuerunt ad id tanquàm arbitri electi Domini *Vincentius de Franchis*, & *Iacobus Anellus de Bottis*, tunc Regij Conſiliarij, *Franciſcus Antonius de Dauid*, & noſter *Author*, tunc Præſidentes R.C.ac duo Theologi adiuncti, qui pronunciauerunt prædam, ſeù Turcas ſpectare ad capientes, excluſis Prorege, & Fiſco, idemq; fuit iudicatum die 18. Nouembris 1573. tempore tunc Proregis Cardin. de Granuela, vt refert *Dom. Regens* noſter *hic*, quod etiam teſtatur *Reg.Camill.de Curte in ſuis reſolut.feudal.in cap.5. n.127. & 128.* & poſt noſtrum *Authorem* memorant *Taſſon. de anteſ. verſ. 2. obſeru.2.nu. 141.Reg.Galeota reſp.fiſc.13. num.14. Conſil.*Rocc.*in tract.de Offic.rub.16.§. 1.n.75.76. & 77. Hieron. de Roſis ſelect.obſ.p.2.cap.61.de Luca in animaduerſ.ad Gratian.tom.5.cap.1.n.4.*

2 Iure namq; gentium attento, ſerui, cum capiuntur, ſtatim capientium efficiuntur, *l.naturalem, D.de acquir. rer.domin. §.item ea, quæ ab hoſtibus, Inſtit.de rer.diuiſ.§.Ius autem gentium Inſtit.de iur.natur.gent. & ciu.* Idemque eſt de Iure ciuili quoad bona mobilia, *l.ſi captiuus, §. ſi expulſis, D. de captiu.& poſtlim. reuerſ. l.in agris, & l.transfugam, D.de acq. rer.dom.* Et præcipuè, quando abſq; prælio ab ali-

aliquibus particularibus caperentur, tunc ad capientes illa spectare, tenuit *Salycet. in l. ab hostibus col. 1. in fin. C. de captiu. & postlim. reuers.* sequitur post alios *Marcellus Berlinguttus in repet. d. l. 1. D. de acqu. poss.* quem eorum præceptorem vocant *Author hic nu. 14.* ac *Praes. de Franch. decis. 104. n. 2. & decis. 268. n. 3.*

3 Et prædicta quoque confirmant *Reg. de Curte in d. resol. feudal. cap. 5. n. 122. & 123. Reg. de Ponte in decis. 21. in primo artic.* & *Reg. Reuerter. decis. 421. l. 2.* vbi ità refert iudicatum; Cũ enim in Prouincia Hydruntina ab aliquibus particularibus quadraginta Turcæ capti essent, sicq; in seruitutem redacti, ad prædam consequẽdam concurrebant Regius Fiscus, Excell. Prorex, vti Generalis Capitaneus, & *Franciscus*, seù *Ciccus Loffredus* illius Prouinciæ Gubernator, qui allegabat pro se consuetudinem, & facta relatione per R. Cam. in Coll. Conf. cum tribus Reg. Consiliarijs adiunctis, omnium consensu decisum extitit, Turcas, seù mancipia prædicta, neq; ad Regiam Curiam, neque ad Regni Proregem, neque ad Gubernatorem Prouinciæ, sed solùm ad illos particulares capientes spectare, teste eodem *R. Reuert. ibid.* Et hæc est decisio relata ab *Authore* nostro *hic n. 20.* de qua etiam adest eiusdem R. Cam. decretum sub die 18. Nouembris 1573. vt in *Arrest. 366.* ex collectis per *Reg. de Marin.* vbi etiam decernitur, pretium ipsorum mancipiorum, ad rationem duc. centum pro quolibet, iuxtà dispositionem ipsius *Ill. Ducis de Alcalà* deponi debere per Exequutores testamenti, liberandum dictis capientibus.

4 Idemq; fuit decisum sub die 17. Martij 1575. in causa *Iulij Spina*, *Io. Andreæ de Riso*, & *Cæsaris Conchę* militum grauis armaturæ cum R. Fisco, & Magno Admirato, in qua per R. Cam. ad relationem Præsid. *Fabritij Villani* fuit prouisum, mancipia capta in maritima *Vbriatici*, seù pretium ipsorum, spectare ad præfatos capiẽtes, vt habetur in *Arresto R.C. 377. apud Reg. de Marin.* Quod decretum fuit in gradu reclamationis confirmatum per eandem R. Cam. ad relationem nostri *Authoris* sub die 6. Februar. 1579. vt in *Arrest. 411.*

5 Contrariam verò sententiam acerrimè probat *Consil. Francisc. Rocc. in tract. de offic. rub. 16. §. 1. de bonis naufrag. à nu. 78. ad seqq.* vbi subdit ità fuisse sæpius iudicatũ, prout in duobus casibus relatis per *Capiblanc. de Baron. cap. 41. n. 3.* idemq; obseruatũ fuisse testatur anno 1662.

6 Confirmat id quoq; idẽ *Consil. Rocc. ibid. n. 85. & 86.* ex prouisionibus de anno 1583. S.C. Maiestatis, vbi declaratum fuit, omnia bona, & personas hostium, & diffidatorum Suæ Catholicæ Maiestatis, etiam quod sint naufragata, spectare ad Reg. Fiscum, de quibus mentionem fecimus in *præced. quæst. n. 6.*

7 Sed aduertendum est, istas Prouisiones loqui de bonis naufragatis, & sic ait *Reg. de Ponte in d. dec. 21. n. 13.* quod quando bona non sunt naufragata, prout in casu *supracit. decisionũ*, prouisiones prædictæ nullius sunt ponderis, & momenti, & remanet articulus, an bona hostium efficiantur capientium, in quo testatur, maiorem votantium partem in affirmatiuam sententiam concurrisse; sequitur *Reg. de Marin. in obs. ad* R. *Reuert. d. decis. 421. n. 4.* Prout iudicatum fuit ad beneficium Commendatoris *della Rosa* capientis, saluo quinto Regiæ Curię debito, teste *Reg. Reuerter. decis. 545. p. 2.*

8 Verumtamen adhùc in sua opinione tenaciter persistit *cit. Consil. Rocc.* qui tradit, quod licet in dictis Prouisionibus ratiocinetur de bonis naufragatis, loquitur tamen de illis augmentatiuè, ex dictione, *etiam*; principaliter verò de bonis hostium, vt illa generaliter sint Fisci, & deinde sit mentio etiam de naufragatis.

C 2 Idemq;

Idemq; conſtare ait *nu.*80. ex Regijs literis tranſmiſſis Proregi Regni Siciliæ, quas inſerit *Caſtill. deciſ.Sicil.* 107.*n.*54. quibus S.M. demandauit, vt quæcunq; bona Turcarum, Iudæorum, aliorumq; Regalis Coronæ inimicorum, quomodocunq; deprædata applicentur Regio Fiſco; Ex quibus concludit *ibid.n.*89. deciſiones ſuprà in contrarium relatas, aut eſſe nullas, vel in illis caſibus alias qualitates concurriſſe.

9 Et bona hoſtium, quæ capiuntur ab aliquibus, qui mare excurrunt, vulgò *vanno in curſo*, licet efficiantur capientium, per *text.in auth.nauigia, C.de furtis*, non tamen id obſeruari in Regno noſtro, niſi quando præuia licentia Regis, vel Proregis hoc fiet, teſtatur *Reg. de Curte in cit.cap.*5. *nu.* 129. *ſuar. reſol. feud. poſt lib.* 1. *reſol. Reg.de Marin.*

10 Et capientibus, nunquam prædam acquiri, niſi in bello, eiuſq; conflictu capta fuiſſet, alioquin ſemper Fiſco deberi, probat *Caſtill.d.dec.*107.*n.*46. *cum ſeqq.* dicens, quod bona hoſtium debent Regio Fiſco applicari, nec poſſunt à quocunq; deprædari, maximè in dominijs Suæ Cath. Maieſtatis, in quibus confiſcatio bonorum pertinet ad eius Regium Fiſcũ, quem ſequitur *Conſ.Rocc. d.*§.1. *num.*131. *& ſeqq.* vbi poſt *Capiblanc.* neque Duci Claſsis aliquod ius ſuper illis acquiri fundar, contrà *Maſtrill. deciſ.* 180. ſed vide *Reg.Reuert.dec.*24.

11 Quid ſi bona ab hoſtibus ſint capta, & deinde ab illis recuperata eſſent, nunquid iure poſtliminij bona huiuſmodi ſint prioribus Dominis reſtituenda, vel capientibus acquirantur? In hac quæſtione latè, & accuratè ſcripſerunt *Reg.Capyc. Galeota reſponſ.fiſc.*13. *& Reg.Capyc. latro conſult.*97.*lib.*2. *Conſ.Rocc.d.*§.1.*à n.*150. *ad n.*165. *de Luca ad Praſ.de Franch. dec.*268.*lib.*2.

12 Ac ſanè res immobiles, hoſtibus deuictis receptas, in præda non eſſe, ſed poſtliminio ad ſuos Dominos redire liquet ex *l.ſi captiuus* 20. §.1. *D. de captiu. & poſtlim.reuerſ.* Quin & ſeruos ex hoſtibus receptos, iure poſtliminij ad priſtinos Dominos non reuerti, ſed in præda eſſe, & ſic ad milites capientes pertinere, probatur ex *l.ſi quid bello* 28. *D.eod.* quam legem de re mobili accipiendam eſſe, rectè poſt *Gloſ.& Iacob.Cuiacium lib.*19.*obſ. cap.*7. ſenrit *Bocerus lib.*1. *de bello cap.* 15. *numer.* 7. *edit.* 3. *Harppreckt. ſuper Inſtit. in* §.*Ius autem ciuile n.*14. *de iure nat. gent. & ciu. lib.*1. *& in* §. *Item ea* 17. *de rer.diuiſ. lib.*2. & qualitèr de iure Romanorum, non ad milites, ſed ad populum ſpectabant, latè *Klock de ærario lib.*2. *cap.*87. *à num.*9. omnium optimè, ac latiſsimè conſulendus eſt *D.Ignatius Gaſtone in eruditis diſceptation.fiſcal. lib.*1. vbi luculentèr probat, poſſe à Principe publicum bellum indici contrà ſubditos rebelles, ac proinde iure belli Fiſco publicari potuiſſe omnia bona Meſſanenſium tùm Rebellium, tùm etiam commorantium, nec ea bello finito eſſe reſtituenda, quinimò bona iure belli capta tranſire in plenum dominium victoris, abſq; vlla ſpe reuerſionis, *à diſcept.*5. *ad* 8. *per tot.*

AD QVAEST. V.

An, & quando Officialis poterit percipere præmium de interceptis, ſi de natura ſui officij ad id tenebatur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

P*Ræmio, ac pæna* Reſpublica *regenda eſt n.*1.

*Et an Edictum dicatur fauorabile, ſi concedat premium capienti facinoroſos, n.*2.

Officiales Regij, *qui capiunt facinoroſos, vel intercipiunt merces fraudatas, an lucrentur donarium, ſeù præmium ſtatu-*

statutum, à n. 3. ad 5.
Et quid in Officialibus Baronum, n. 6. & 7.
Inspicienda sunt verba Edicti, vel statuti, an in illis comprehendantur Officiales, n. 8.
Præmium statutum, an ex gratia, aut consuetudine detur quoq; Regijs Ministris, qui ex debito officij ad factum tenentur, n. 9.

1 Cicero (cuius ingenium par Imperio Romano fuisse, *Seneca* testatur) *lib. 1. de natura Deorum* prudentèr aduertit, nec domum, nec Rempublicam stare posse, si in ea, nec rectè factis præmia extant vlla, nec supplicia peccatis; Et *Aristoteles* in eadem est sententia, legemq; à *Platone* traditam, quam idem à *Solone* desumpserat, voto suo in *Ethicis* authorauit. *Democritus* gemino dumtaxat Numini locum fecit in rerum Vniuersi moderamine, *Præmio* scilicet, & *Supplicio*, *Plin. lib. 2. nat. histor. cap. 7.* Et *Socrates* interrogatus, *quæ nàm Ciuitas ritè gubernari possit?* respōdit, *cum boni inuitātur præmijs, iniusti dant pœnas*, ex *Plutar.* Sicuti autem perniciosum est Reipublicæ, bonos præmijs non honorare, ità & pessimas personas relinquere impunes, *l. 1. D. de iust. & iur. Christoph. Besold. discurs. politic. differt. 2. cap. 3. p. 4. Solorzan. de parricidij crimine lib. 1. cap. 1.*

2 Hinc Edictum, vel Statutum, donarium, siuè præmium concedens, exules, seù malefactorem capienti, fauorabile est ob bonum publicum, vt à viris iniquis, viarum depopulatoribus Prouincia liberetur, *Soccin. cons. 157. nu. 1. vol. 2. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 29. sub nu. 2. Farinac. in pract. crim. q. 103. ampl. 1. n. 6.*

3 Non tamen locum habet in Regijs Officialibus, siuè Ministris loci statuentium, illum capientibus, qui ex debito officij tenentur; officialium enim est facinorosos apprehendere, vt Prouincia expurgetur, *l. congruit, D. de off. Præsid.* & negligentes, in dolo esse præsumuntur, vbi ex officij necessitate ad id cogebantur, ad *text. in l. dolus, D. de mand.* Sed benè intel-
4 ligitur in his, qui spōtè, & nō necessitate officij compulsi id agunt, quibus promissum præmium debetur, vt cōcludunt *Peguera decis. Cathal. 67. Antonin. decis. Macerat. siuè resol. 24. lib. 3. Giurba cons. crim. 11. Petr. Caball. resol. crim. cas. 279. Velascus de priuil. pauper. p. 1. q. 2. n. 7. Camill. Borrell. de magistr. Edict. lib. 3. cap. 6. n. 15. Episc. Riccius collect. 2617. p. 7. Nouar. in collect. 5. super pragm. 5. de exulib. n. 2. Pasqualinus in commentar. ad Pragm. 17. de exulib. n. 20.*

5 Qua ratione decisum refert noster *Author hìc n. 1. & 2.* Officiales, qui tenentur intercipere merces fraudatas, vel aliud exigere, non posse percipere præmium, nempè quartam, vel sextam partem, secundùm *Banna* statutam; Idemq; iudicatum testatur in
6 Officiali Baronis, vt teneatur intercipere merces, ac si esset Officialis Regius, nàm iurisdictio Baroni concessa, adhùc à Suprema Regis dirigitur, quia omnia nostra facimus, quibus à nobis impartitur authoritas, *l. 1. §. omnia enim, C. de veter. iure enucl. & c. 1. 94. dist. & Auth.* nostrum refert, & sequitur *Horat. Montan. de Regalib. tit. Potestas constit. magistrat. n. 18. vers. hac ratione.* Et statutum loquens de Officiali Regio procedit etiam in Officiali Baronis, *Afflict. in c. 1. verb. Potestas n. tit. qua sint regalia, & in Const. Capitaneorum n. 15.* post alios *Mastrill. de Indulto cap. 36. n. 14. & seq. Cons. Petra super Rit. M. C. 264. n. 7. t. 2.*

7 Imò *Farinac. d. q. 103. limit. 39. nu. 356.* exemplificat in Potestatibus, & Gubernatoribus Terrarum, vel Exequutoribus, aut alijs, qui ratione eo-

rum

rum officij tenentur capere facinorosos homines; & *Boss. in pract. crim. tit. de captura n. 76.* inquit sic vidisse seruari sub Rege Christianissimo Gallorum, quando *Manfredus Pallauicinus* subditus Regis, & Rebellis, dum veniret contrà Ciuitatem Nouocomensem, fuit captus à Barone, qui præerat dictæ Ciuitati, & iustitiæ traditus, ac sæuissimæ morti damnatus.

8 Verùm vbicunq; Statutum, vel Bannum de Officiali, siuè Ministris Curiæ expressè loqueretur, tunc, quia sumus in claris, illis præmium non denegandum; *Caualcan. decis. 23. p. 5.* & sic totum pendet ex inspectione verborum Edicti, vel Statuti, vt comprehendantur etiam Officiales, vt aduertit *cit. Borrell. d. cap. 6. nu. 17.* Vnde decisum tradit *Author* noster *hic num. 5.* quod si in Arrendamentis adesset pactum, quod detur quartum de interceptis, etiam si fiant per Officiales Regios, tunc stante pacto potest illud percipi per Officialem.

9 Annotandum deniquè est, quod in hoc Regno Neapolitano, per viam gratiæ aliquibus Regijs Officialibus dictum præmium concedi solet, quod paritèr in Regio Consilio Cathaloniæ seruari testatur *cit. Peguera d. dec. 67. in fine*, & in Magno Ducatu Hetruriæ de consuetudine Officialibus præmium concedi, fidem adstringit *Caball. d. cas. 279. n. 11.* cuius obseruantiæ rationem putat, quia huiusmodi statutum dans præmium capienti bannitum, est fauorabile, & tendit ad vtilitatem publicam.

AD §. XVIII.

De Thesauro inuento, qualitèr, & quando, & quæ pars debeatur Regiæ Curiæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Thesaurus, quid sit, n. 1.
Et quomodò acquiratur, n. 2.
An malis artibus unquàm inuctus, n. 3.
Thesaurus inuentus, cui acquiratur?
Distinguuntur plures locorum species, à n. 4. ad 8.
Et quid in Regno, n. 9.
Referitur praxis procedendi in his causis, n. 10. Et memoratur recens casus cum instantia R. Fisci, n. 11.
Thesauri inuenti materiam, qui nam Doctores tractarint, remissiuè, n. 12.

1 THesaurorum materiam elucidat noster *Author hic*, de cuius vocabuli deriuatione, ac varia significatione fusè disserit *Gasp. Birschius in tract. de Thesauris par. 1. cap. 1. th. 4. cum seqq.* Est autem vetus quædam pecuniæ depositio, cuius nõ extat memoria, vt iam dominum non habeat, *l. numquam 31. §. 1. D. de acq. rer. dom.* & verbo pecuniæ, non solum significantur nummi, sed & alię opes abditæ, *l. vnic. C. de Thesaur. lib. 10.* Hinc ea pecunia, quam quis, vel lucri, vel metus, vel custodiæ causa cõdidit sub terra, thesauri iure non censetur, sed manet pristino domino, adeòut qui eam inuenit, si restituere nolit, furti actione teneatur, *d. l. nunquam 31. §. 1. D. de acq. rer. dom. l. à tutore 67. D. de rei vindic. l. peregrè 44. D. de acquir. vel amitt. poss. §. 1. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.*

2 Huiusmodi porò acquisitionis vis posita est in duobus; Inuentione scilicet, & loco. Inuentione quidem, quia inuentio quædam occupationis species est, & vel licita, vel illicita, vt quæ fit arte magica, sed quod ità inuenitur etiam in suo fundo, id omne fisco applicatur, *d. l. vnic. C. de Thesaur. lib. 10. l. nemo 5. C. de malefic. & mathem.* quia nolumus lucra quæri; quæ per funesta possunt scelera repetiri, vt ait *Cassiodor. lib. 4. epist. 18. 22. & 34.* dùm ex actu illicito, & superstitioso, non est commodum reportandum.

Quam-

3 Quamuis nullum thesaurum malis artibus consequutum inuenies vnquàm, sed est vna ex turpioribus illusionibus, quas Dæmon homini faciat, quia Deus non permittit, nec vult Dæmonem posse thesaurizare, aliàs isti Magici, Necromantici, ac cæteri diabolicæ fidei professores, essent cæteris Christi fidelibus ditiores, quinimò videmus istos Sortilegos, esse pauperiores, sordidiores, & viliores, & in hoc mundo calamitosam vitam agere, & demùm infelici morte perire, & æterno igne cruciari, vt in *c. firmissimè extr: de hæretic. c. nec mirum* 26. *qu.* 5. Sed non decipiunt, nisi aliquos, qui sunt simplicis cognitionis, & carent intellectu, aut nimiùm creduli, & curiosi, *d. cap. nec mirum* §. *arguitia*, vt per eadem ferè verba, tradit *Paul. Grilland. de sortileg. qu.* 3. *n.* 12. ac etiam *Andr. Cæsalpin. de inuestig. Dæmon. cap.* 12. *Martinus del Rio disquisit. magicar. lib.* 2. *q.* 12. *Torreblanca de Magia lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 94. *&* 95. Et Nero thesauros lybicos, animo suo incerti authoris, vana persuasione conceptos, neutiquàm inuenit, imò perpetuam notã infamiæ, & leuitatis contraxit, *Corn. Tacit. lib.* 16. *Annal.*

4 Licita inuentio, vel sit data opera, & studio, vel casu fortuito, & vtriusq; idem ius est in loco suo, in quo si quis thesaurum inuenit, suus efficitur, vt censuit *Adrianus* Imperator, naturalem quandam rationem sequutus, & subsequitur *Iustinianus in* §. *Thesauros* 39. *Instit. de rer. diuis. & acqu. ipsf. dom. l.* 2. *C. Theod. de Thesaur. tit.* 18. *lib.* 10. quia thesaurus, loci quodammodò pars esse videtur, & cum non habeat dominum cum effectu, proinde ex mera æquitate inuentori acquiritur; Est enim donum fortunæ, *l. si quis, D. de acqu. rer. dom.* idest beneficium Dei, *d. l. vnic. C. de thesaur.* quod suadente Deo obtingit, *l. fin. C. Theod. eod. Libanius declam.* 11. *pag.* 378. & *Tacitus* initio *vlt. Annal. Deos obuias opes offerre.*

5 Vnde sic, & *Neruam* Imp. respondisse *Attico* Herodis patri scribitur, cum enim is ingenti thesauro inuento, hanc ad Imperatorem epistolam misisset: *Thesaurum domi meæ, Imperator, reperi, quid de eo faciendum iubes? Nerua* rescripsit, *Vtere ijs, quæ inuenisti*. Cumq; *Atticus* non acquiesceret, ac se magnitudine inuenti superari rescriberet, etiam hoc addidit; *abutere igitur inuento, quod tuum est*, referente *Philostrato lib.* 2. *de Vitis Sophystar. in vita Herodis, damn. mem. Arnisæus de iur. Maiest. minor. c.* 6. *n.* 22. *P. Diana p* 9. *tract.* 5. *resol.* 18. *in fin.*

6 Cæterum alienus locus, est, vel priuatorum, vel publicus, vt Cæsaris, fisci, aut Ciuitatis, & tunc thesaurus in eo inuentus fortuitò, puta arando, vel terram colendo ex dimidia parte est inuentoris, ex altera est Domini loci, si verò industria, & data opera sit adinuentus, ignorantibus, vel inuitis Dominis, est totus Domini loci, *d l. vnica, & d.* §. *thesauros.*

7 De loco suo, aut eo, qui est nullius, idest sacro, vel religioso, thesaurus in eo inuentus totus est inuentoris, in suo quidem, siuè fortuitò, siuè industria; In sacro verò, & religioso, si casu fortuito inuentus fuerit, *d.* §. *Thesauros, l. si is qui* 63. *D. de acq. rer. dom. l. fructus* 7. §. *si fundum, D. sol. matr.* Et Constitutio *Federici Imp. in c. vnic. quæ sint regalia*, intelligi debet, quod nimitùm Imperator, ibi loquatur, non de thesauro in quouis loco religioso inuento, sed in loco religioso fiscali, iuxtà *l.* 3. §. *pen. D. de iure Fisci.*

8 Ideò autem in dictis iuribus additur, *casu fortuito*, ne detur hominibus auaris occasio violandorum sepulchrorum, si etiam studiosè quæsitus thesaurus cederet inuentori, docente *Hunnio in d.* §. *thesauros*: Quare *Cassiodor. lib.* 4. *var. epist.* 18. meritò damnat *Laurentij presbyteri* scelus, quod effossis cineribus, funestas diuitias inter hominum cadauera perscrutatus es-

esset. At apud *Quintil.declam.369.* sepulchri violati reus ità excipit: *Sed quid sustuli? Æquiùs tamen est licere pecunias in monumentis obstrusas impunè perscrutari*; Et estò in eos extet edictũ apud eundem *Cassiod.lib.4.ep.34.* conceditur tamen *ibidem*, diuitias publica fide extrahere, & compendijs publicis applicari, modò manus à cineribus mortuorum abstineant; *Aurum enim* (inquit) *Sepulchris iustè detrahitur, vbi dominus non habetur, imò culpæ genus est, inutiliter abditis relinquere mortuorum, vnde se vita potest sustentare viuentium; non est enim cupiditas eripere, quæ nullus se dominus ingemiscat amisisse*, videndi sunt peritissimi I.C. *D.Io.Solorzan. tom.2.lib.5.de Indiar.Gubern.cap.vnic.n.39.& seqq.* & *D. Eman. Gonzalez in comm. ad lib.5.Decretal.in c.9.de Iudęis n.3. & 4.*

9 De Iure demum Regni nostri Neap. habemus *Constit. Dohanæ de secretis*, & *Constit. Pecuniam*, editas tempore Regis *Gulielmi I.* sub *Mali* appellatione, & *cap. Caroli I. incip. Prædicti Magistri*, quibus res omnes inuentas fisco applicandas esse, statuitur: Quod cum visum fuerit tempore religiosissimi Regis *Caroli II.* contrà omnem æquitatem auferre à subditis thesaurum, donum à fortuna eis elargitum, ius cõmune seruari iussit, prout in *cap.quia non decet 160.* sicuti etiam statuitur in *cap.Papæ Honorij incip. Circà personas*, & sic præfatæ leges Regni generales per hæc posteriora *Capitula* correctæ fuere, omnia reducendo, prout à iure communi, vt suprà, dispositum reperitur.

10 Debent tamen inuentores esse multùm cauti, ne illud fortunæ donum, magnum fit infortunium, nàm si ex opera sunt inueniendi, præuenire debent, & se eum Regio Fisco conuenire, iuxtà concordias aliàs factas, vt in *Arrest.R.Cam.609.& 644.* ex recollectis per *Reg. de Marin.* Si verò fortuitò reperiantur, Reg. Fisco denuncient, secùs rigorosissimè fiscales procedent, carcerando inuentores, ac sequestrando pecunias inuentas, teste *Reg. de Ponte de potest. Proreg.tit.de Thesauris nu.9.circà fin.* Et in quo fundetur praxis hæc inquirendi, & carcerandi, docet *Montan. de Regal. ver. Et dimidium thes. nu.4. fol.309.* Imò *Sebast.de Neap. in d.cap.160.* testatur, vidisse plures thesaurorum inuentores carceratos, tortos, & post ossa confracta in tortura, thesaurum restituisse, & proprium patrimonium prò excarceratione erogasse, itaquod non beneficium fortunæ, sed infortunium inuentoris erit.

11 Sed abhorret à tempore nostro, eos, qui suadente Numine, vel ducente fortuna thesaurũ repererint, inquietari; dum *R. Consil. Dom. Franciscus de Andrea*, meritissimus Regij Fisci patronus, ac scientiarum thesaurus, illa vera lucta dijudicat, quæ integritate suffragante percipiuntur: & nupèr mirabili omnium plausu inuentores repertis lætari rebus, sine aliquo terrore permisit; cum enim ex demolitione cuiusdam domus D. Io. Baptistæ Morano in Terra Mõtisfortis Prouinciæ Montisfuscoli reperti essent varij nummi monetæ aureæ, & argenteæ, in muro absconditi, capta informatione, hanc formauit instantiam, aureis planè literis scribendam, ac posteris imitandam.

Fiscus, visa informatione capta ordine Reg. Audientiæ; Quandoquidem ex ea constat agi de pecunia signata, antiquitùs abscondita, et casu reperta in domo priuata, et non magnę quantitatis, non inuidet donum fortunæ, aut Domino loci, aut Inuentori, iuxtà Constitutionem inclyti nostri Regis Caroli II. in cap quia non decet, de thesauris; *Quæ fuit correcta constitutio Regis Gulielmi, quæ generalitèr pecuniam absconditam, cuius domini sciri non possunt, fisco adiudicabat*, in Constit. Dohanæ de secretis, de officio secreti; *Ad tradita per Iserniam* in ead.constit.& in tit.quæ sint regal. n.97. Afflict.decis.321.n.10. & D.Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.de thesauris n.3. *qui ait in nostro Regno fuisse decisum iuxtà dictum capitulum; Vt hinc de contraria Consuetudine* non

non sit curandum; Instat ideò, pecuniam inuentam, pro medietate consignari Domino domus dirutæ, iuxtà dispositionem dicti capituli. Et cum inuentioni interfuerit vniuersus Populus, adiudicari pro alia medietate in beneficiũ Vniuersitatis pro publicis oneribus; Et signantèr pro aperienda via, quæ ducit ad Ecclesiam S. Martini, cuius occasione fuit diruta domus, et reperta pecunia, saluis iuribus tàm Regio Fisco, quàm alijs interesse habentibus respectu quantitatis, quæ prætenditur surrepta. Et citrà præiudicium iurium R. Fisci in alijs casibus, in quibus ageretur de maiori quantitate, in quibus ex generali Cõsuetudine totius Orbis, thesauri adiudicantur Ærario Principis, vt ex illis possit occurrere publicis necessitatibus, pro manutentione sui Status, nè teneatur grauare subditos nouis impositionibus, ad tradita per DD. citatos à P. Diana p. 9. tract. 5. tit. de thesauris tom. 6. suorum operum resol. 19. n. 5. & 6. *Die 28. Aprilis 1692.*

Quare per Regiam Cameram Summariæ, die 5. Maij 1692. ad relationem *Dom. D. Adriani de Lanzina, y Vlloa* integerrimi eiusdem Regiæ Cameræ Præsidentis, decretum fuit, quod *fiat consignatio pecuniæ inuentæ in actis deductæ, iuxtà instantiam Regij Fisci, etiam ex causis in ea contentis, & discussis, factis apochis de recepto in actis. Apud Io. Bapt. Mangum Act.*

12 In præfatis autem omnibus, ac alijs ad materiam thesauri inuenti, plenè consulendi sunt DD. omnes in *d. §. thesauros, instit. de rer. diuis.* præcipuè *Pichard. & Harpprecht. à n. 1. ad seqq. D. Franc. Amaya in d. l. vnic. C. de thesaur. lib. 10. Matth. Berlich. conclus. 66. tom. 2. Gasp. Klock. in tract. de ærar. lib. 2. cap. 116. Maximil. Faust. in consil. pro ærario class. 6. ord. 564. class. 9. ordin. 746. & class. 10. ord. 790. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 21. Castill. controu. iur. to. 7. de tertijs lib. 6. cap. 41. à n. 104. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. ex nu. 316. Antonell. de loco legali lib. 2. cap. 30. Calvin. de æquitate lib. 2. cap. 196. P. Diana resol. moral. p. 9. tract. 5. per tot. Antunez Portugal tom. 2. de Donation. Reg. lib. 3. cap. 13. Card. de Luca de Regalib. discurs. 147. à num. 9. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 4. rub. 70.* vbi *Romaguera in add.* allegat Nos *in tract. de feudis fol. 270. vers. circa autem.*

Et ex nostris Regnicolis, *Camill. Borrel. de Reg. Cath. præstantia cap. 27. per tot. Gallupp. de feud. p. 1. cap. 3. à n. 95. Laratha in theatr. feud. p. 11. diluc. 34. & diluc. 69. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de diuers. prouis. cap. de thesauris,* vbi *Thor. in add. Reg. Sanfel. decis. 394. lib. 3. Barra controuers. 10. à numer. 6. de Luca in animadu. ad Gratian. cap. 453. tom. 3.* & post *Authorem* nostrum relatum, *Montan. de regal. tit. & dimidium thesauri, à fol. 307. Tasson. de antefat. vers. 5. obseru. 3. num. 26. & seq. Reg. Tapia lib. 6. Iur. Regni Neap. tit. 8. de thesaur. à fol. 37. Io. Bapt. Mucci in diluc. ad Reg. Sanfel. decis. 38. per tot. Cæs. Nicol. Pisanus in add. ad Goffred. de Gaeta supèr Rit. R. Cam. rub. 20. de Iure salis, à num. 62. vsq; ad n. 88.*

AD §. XIX.

De concessione pensionis ad vitam, quæ concurrere debeant, vt soluatur.

AD QVAEST. VNICAM.

An Officialis mandatarius, debeat soluere concessionario sine liquida probatione eius vitæ, & nouo præcedente mandato.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vita concessionarij, qualitèr probanda sit, pro soluẽda pensione ad vitã, n. 1.

Et quid circa functiones fiscales venditas ad vitam, commorantibus extrà Regnum, n. 2.

Hominis vita quomodò computanda, n. 3.

Pensio annua ad vitam, an possit à concessionario alijs renunciari, n. 4.

Et an eius assignatio, possit supèr alijs redditibus commutari, à n. 5. ad 7.

D BRE-

BReuitèr noster
Author hic tra-
1 dit, quod Ar-
rendatores Do-
hanaiũ soluunt
Cõcessionarijs,
& Consignata-
rijs Curiæ eo-
rũ pensionẽ; & similitèr Perceptores
Prouinciaiũ, qui vtplurimùm sunt di-
ctorum Concessionariorum Procura-
tores, dummodò constet de vita Cõ-
cessionarij, cuius prætexru soluriones
differunt; Hinc decisũ refert, sufficere
aliqualẽ coniecturã de concessionarij
vita; & mandatum ad exigendum,
etiam post exactionem, & solutionem
factum satis esse, tanquàm inducens
ratificationem.

2 Verùm sciendum est, quod circà
diligentias adhibendas per Regiam
Curiam in functionibus fiscalibus
venditis ad vitam multis Ianuẽsibus,
qui viuunt extrà Regnum, die 5. Iu-
nij 1555. referente R. Camera in R.
Coll. Consilio, fuit ordinatum, quod
*Reg. Camera prouideat, quod impedia-
tur exactio dictarum functionum fisca-
lium, donec illi, qui ad eorum vitam
illas emerunt, produxerint testimoniale
in forma probante de eorum vita, & in
quibuslibet sex mensibus producant di-
ctum testimoniale*, vt habetur in *Ar-
rest.* 163. seù 164. in alia edit. ex col-
lectis per *R. de Marinis.*

3 Longissimum verò tempus vitæ
humanæ, estò sit vsq; ad cẽtũ annos,
vt sic præsumatur, hominem non vi-
uere vltrà dictum tempus; Attamen
transfertur onus probandi in eũ, qui
pro fundamento suæ intentionis vi-
tam allegat, *Fulu. Pacian. lib. 2. de pro-
bat. cap.* 8. *Narbona de ætate quæst. vlt.
nu.* 11. Et quomodò fiat computatio
vitæ in annuis legatis, iuxtà *l. cum Ti-
tio* 55. *D. ad l. falcid.* aut in alimentis
legatis, ex *l. hæreditatum* 68. *D. eod.*
disquirit *Perez de Lara in comp. vitæ
hom. cap. 16. à n. 95. ad* 110. & an pro-
cedat in omnibus dispositionibus, *de
Luca in animaduers. ad Gratian. c.* 55.
& in his terminis *Exc. D. Christophor.
Crespi de Valdaura p. 2. obseru.* 110. *n.* 5.
& 10. vbi latè examinat, an renũcia-
4 tio officij, vel dominicæ largitionis in
fauorem alterius, ob æqualitatem
incertitudinis vitæ, possit admitti,
ignorante, vel inuito futuro succes-
sore, & quid in censu vitalitio, *Ro-
uit. sup. pragm. 2. de censibus numer.* 5.
Sed si annua pensio sit concessa
à Rege alicui, ad vitam ob seruitia, ac
deinde velit Concessionarius in Re-
ligionem ingredi, an possit in alterius
beneficium illam renunciare, eius vi-
ta naturali durante? affirmatiuè re-
spondet *Reg. de Ponte cons.* 159. *lib.* 2.
quem sequitur *Reg. de Marin. ad Reg.
Reuerter. decis.* 492. *t.* 2. Et an veniant
in cõcessione feudi functiones fisca-
les, ad vitam super illo concessæ? ne-
gatiuè scripsit *idem Reg. de Ponte cons.*
71. *vol.* 2.

5 Vtilitèr ad hæc quæritur, an Princeps
de potestate ordinaria, possit inuitis
pensionarijs commutare assignationẽ
pẽsionis supèr alijs reditibus regijs?

6 Qui punctus pendet ab alia quæ-
stione, vtrum obligatio pensionis sit
realis, vel personalis in rem scripta,
vel merè personalis? Si enim realis
sit, non potest his inuitis commuta-
ri, sed facta alienatione, transit res cũ
sua causa, *l. 2. & l. fin. C. sine cens. vel
reliq. l. si conuenerit, §. si fundus, D. de
pign. act.* Item si esset in rem scripta;
Sed si obligatio sit personalis mera,
non obligat singularem rei successo-
rem, prout ità esse cõstat; Primò, quia
pẽsionarius ab alio pẽsionẽ expectare
debet; Secundò, quia concedens, cer-
tam quantitatem expressit: Tertiò,
quia annua, & temporalis pensio du-
rante eorum vita constituta est, prop-
tereà obligatio est personalis, vt
probat *Francisc. de Clapper. in cen-
tur. causar. ration. caus. 24. q.* 2. vbi *in
7 quæst.* 3. agit, an res, supèr quibus as-
signatur pensio, sint pro illa tacitè
hypothecatæ, & *in caus. 31. q. vnic.* fun-
dat, assignationes per Principes de-
bitores factas, causa solutionis, habe-

re

re vim adiudicationis, saltem ad effectum, vt donatio Principis posteà facta de rebus, quarum reditus solutioni pensionis fuerant assignati, non præiudicet assignationi.

AD §. XX.

De Iuribus, quæ habet Rex in hoc Regno.

De Iure Serici.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Sericij diuisio, & origo, n.1. 2.5.& 6.
Vermiculi Serici, an à bombycibus distinguantur, eorumq; virtus, n.3. & 4.
Serici impositiones in hoc Regno, quando ordinatæ, & quot sint, à n.7. ad 17.
Consignatarij supèr Sericis Bisiniani, qualitèr discriminentur, n.13.& 14.
Serici gabellæ augmentum, aut intercepta in Calabria, an spectent ad Ill. Principem Bisiniani, n.18.& 19.
Impositiones supèr extractione Serici, an sint etiam soluendæ pro serico cõtexto, seù manibus laborato, à n.20. ad 22.
Serici extractio, an omnibus prohibita sit, n.23.
Croci impositio, quæ sit, n.24.& 25.
Cucullus, an Serici impositioni subiaceat, n.26.
Serici ius, quanti valeat pro Reg. Curia, n.27.

Hoc serificij, lanificij, & linificij genus in duas partes distinguit *Plato in sophista pag.226* & *lib.4. de Rep. pag.428. Discretoriam* scilicet, quæ carminationem continet, & diductionem, seù in longum, & latum protractionem; Et *Concretoriam*, quæ textura opus habet, implicatione staminis, & subtegminis, *Pancirol. lib.2. memorab.t.24. Bayfius de re vestiaria*. In Italia autem, ac Hispania valdè lucrosum est, vbi copia vermiculorum nutriri potest, vnde ad alias regiones perfertur varia merces serica magni pretij, vulgò *taffettà, ormisino, damascho, velluto, Marsil.Cognat. lib.4. var.obs. cap. 11.* commendanturq; in Italia hoc quæstuoso artificio, præ cæteris Neapolis, Genua, & Florentia, vt tradunt *Gasp.Klock.lib.2.de erar. cap. 6.n.3.& 4. Maximilian.Faust.in cons. pro erario class.16.ord.1153.*

(margin: 1 at "ficij genus"; 2 at "gum")

3 Præfatorum verò vermiculorum, seù insecti, mira est generatio, natura, vita, operatio, & mors, quæ analogiam quandam corporum resurrectionis repræsentant; sepulchrum enim sibi concinnant ex suis visceribus, lanigera vteri fertilitate materiam suppeditante, quo inclusi, veluti morte functi, tandè alia forma emersi, & in lucem prodeuntes, palingenesiam æmulantur, metamorphosi stupenda, ex *Leonardo Lessio de prouidentia diuina lib.1.fol.651.n.91.* & ex *D.Basilio* admonet *cit.Klotk.d.c.6.nu. 8.vbi n.9.ex cit. Mars.Cogn.* vermicu-

4 los serici, à bombycibus distinguit, hosce desijsse, illos existere hodiè; comprobatq; ex *Vlpiano in l. vestis 25.§.1.D.de aur. & arg. leg.* & *Paulo lib.3.sent.tit.6.* sericas vestes à bombycinis discriminantibus, *Alciat. lib. Parerg.6.cap.25.*

Et licet in nostris regionibus bombyces domi alantur, ac folliculos texant, tamen sui natura, & origine quodammodò fructificant in arboribus, seù moris, qui ad hunc præcipuum effectum educandi bombyces plantantur, antequàm enim cognitũ esset in Europa, apud *Seres* populos Persiæ, seù Scythiæ (vnde *sericum* dictum) bombyces sine vlla industria nutriebantur super arboribus, ibiq; texebant folliculos, ac deducebatur sericum, vt ex *Hieron.Vida lib.1.bom-*

byc. & *Aldrouando de animal. insectis* ostendit *Cyriacus controu.for.468.à n. 17. ad 20. Polydor. Virgil. de* Rer. *Inuentor.lib.3. cap.6.*

5 Et à Romanis *Iustiniani Imp.* ætate texi cœpta, quæ priùs à Persicis mercatoribus tantùm afferebantur, cum ignorarent, quomodò fierent, ac nescirent, fila esse vermium; ac duos Monachos ex India *Bizantium* profectos declarasse, fœtum illorum vermium, oua nimirùm perexigua in fimo collocata, in vermes transformari, ac mori folijs ali; Indèq; magistra natura ipsis filum reddentibus, sericum confecerunt, vt ex *Zonar. 3. ann. tom.3. pag.95.* & alijsq; memorat *idem* Klock.*d.c.6.n.1.* ibiq; post alios *in annot.christophor.Pellerus*, qui *n.6.* scribit *Rogerium* Siculum, *Corintho*, *Thebis*, *Athenis* expugnatis, opifices sericos pannos texentes inde deductos, in Panormo collocasse, artemq; illam texendi suos edocere præcepisse, indeq; priùs à Græcis solis inter Christianos habitam, Romanis paruisse ingenijs, ex *Ottone Frisingensi lib.1. de gestis Feder. III. Imper.* Alij tamen vetustiora incunabula serici in Italia narrãt, vt videre est apud *Garzonum*, siuè eius interpretem latinum, *in emporio emporiorum, lib.4.c.1.*

6 Quam nobilem artem serici in hãc Neapolis Ciuitatem introduxit Ser. Rex *Ferdinandus* I. Aragonensis, instituendo Consules, cum iurisdictione, ac immunitate à gabellis, vt testatur *Io. Ant. Summont. par.3.histor. Neap.lib.5.pag.480.in nouiss.edit.* vbi subdit, ex hac arte magnoperè auctã esse hanc Ciuitatem; De quo Tribunali nobilis artis serici, agit *Tasson. de antef.vers.3.obs.3. n.300.*

7 Inter alia verò Regia Iura in hoc Regno Neap. adest impositio granorum decem pro qualibet libra serici, quod in hoc Regnum immittitur ab extrà causa commercij; De quo iure loquitur *Ritus R.Cam. sub rubr. 12. de Iure seta*, vbi &si in titulo nuncupetur ius *nouum*, iuxtà descriptionem factam ab *Andr. de Isernia in Constit. Regni, quantò cæteris*, & *in Rit. R.C. de decimis*; vbi *Goffr. de Gaeta nu.* 10. ait, quod distinguuntur noua iura ab *Imp.Federico* introducta, ab antiquis,

8 veluti illicita à licitis; Attamen attento temporis lapsu, hoc ius appellatur *antiquum* per nostrum *Authorem hìc n.1. & 2.* quem referr, & sequitur *Cesar. Nicol.Pisanus in add.ad cit.Rit.de Iure seta, à n.1. ad 6.*

9 Est autem aliud Ius antiquum super serico granorum quinque pro qualibet serici libra, quod extrahitur à locis, vbi nascitur tã per infrà, quã per extrà Regnum; vndè *Ritus 19. de Iure Fundici*, vbi dicitur, quod ius fundici de sera non soluitur, quia habet ius speciale, intelligendus est de hoc iure granorum quinque pro libra, nam aliud ius dict. gr.10. pro libra, est de serico, quod immittitur ab extrà, vt tradit noster *Author hìc num.5. & 6.*& *Goffred.de Gaeta super d.Rit.19.n.349.*concludit, his verbis: *Ad hoc facit ratio, quæ ponitur in præsenti Ritu, vbi dicitur, quod non soluitur pro seta, quia habet ius speciale; quasi velis dicere, ne duplici onere grauetur, & semper hoc tempore meo practicatum fuit, quod ius fundici, & dohanæ non fuit pro seta solutum, & hoc de seta, quæ venit ab extrà Regnum, sed quando venit à partibus infrà, vt puta à Calabria, tunc solitum est soluere grana quinque pro libra*, quem sequuntur *Præs. Petrus Mastursius in notis ad cit. Rit.de Iure Setæ lit. A. & Reg. Salernitan.decis.36. n.6. vers. & illud.*

10 Quod ius gr.5. anno 1386.per Regem *Carolum III.* mediante persona Reginæ *Margarithæ* eius vxoris, vti Regiæ Curiæ deuolutum per obitum Ioãnæ de Sanseuerino fuit in feudum concessum *Beatrici de Ponciaco*, sed ob rebellionem illorum de *Zurulo* eius successorum, Ferdinandus I. dictam gabellam in demanium redegit, vt ex *Capit.Ciuit.Neap.*testatur noster *Author hìc num.* 7. quem refert *Pisanus d. loc. num.* 10.

Et

11 Et deindè idem Rex Ferdinandus anno 1483. dictam gabellam serici, quod in Prouincijs Calabriæ nascitur, vendidit *Illustr. Lucæ Sanseuerino* Principi Bisiniani pro duc. decem, & octo mille; & anno 1541. ab Augustiss. Carolo V. Cęsare, adhibita R. Cameræ consultatione, aucta fuit exactio pro alijs duobus granis in singulas libras; eaq; attributa eidem Principi Bisiniani in satisfactionem, seù in locum Comitatus *Mileti*, quem sibi Regius Fiscus vindicauerat, vt scribit noster *Author hic num.* 8. quem recensent *cit. Pisan. n.* 9. *&* 10. *Consil. Ioseph de Rosa lib.* 1. *consult.* 26. *num.* 2. memorantq; *Tasson. de antef. d. vers.* 3. *obseru.* 3. *num.* 303. *Reg. Reuert. dec.* 28. *&* 258. *Paul. Staib. sen. in consil.* 65. vbi fundat, ex d. concessionibus desumi qualitatem allodialem dictæ gabellæ.

12 Et iuxtà hanc rationem granorum septem exactum est, vsque ad annum 1648. quo tempore ex decreto Reg. Coll. Consilij redacta fuit ea gabella ad grana sex; Et similitèr in alia gabella serici earundem Prouinciarum Calabriæ, quæ est Regiæ Curiæ (vt infrà) eamq; vocant, *la gabella grande*, exactio redacta fuit ad medietatem antiquæ impositionis; sed anno 1653. per idem Coll. Cons. mandatum fuit, quod exactio diritiuum dictæ gabellæ serici Bisiniani, fieret pro granis septem pro qualibet libra serici, proùt per priùs, vt testatur *Cons. de Rosa d. consult.* 26.

13 Quæ gabella à creditoribus, seù Consignatarijs hodiè exigitur, quorum tres sunt classes; & primum locum obtinent creditores *participantes*, qui scilicet remanserunt de antiqua summa participantium supèr redditibus dictæ gabellæ; Secundum locum occupant ij, qui post contractum initum anno 1578. à Principe Nicolao Berardino Sanseuerino cum participantibus, contraxerunt cum eodem supèr augumento, seù excessu, quem sibi reseruauerat, & appellati sunt creditores *dell'auanzo*; Tertius denique locus occupatus à *transactarijs*, mediante transactione inita anno 1622. inter Reg. Fiscum, & D. Aloysium Sanseuerino, aliosque prædecessores, vt latiùs refert *Cons. Ioseph de Rosa d. consult.* 26. *num.* 11. *&* 12. vbi

14 fundat, ac refert decretum R. Coll. Cons. anno 1653. prolatum, quod taxa annuorum duc. 4500. supèr gabella serici Bisiniani pro eius rata, ducatorum tercentum mille pro dote Regiæ arcæ militaris, cedat in dãnum omnium assignatariorum tam primi loci, dicti, *li participanti*, quàm secundi loci, dicti, *dell'auanzo*, quàm etiam tertij loci, dicti, *li transigenti*, diuidenda per æs, & libram, respectu annuæ quantitatis vnicuiq; ipsorum debitæ.

15 Prætereà eodẽ præfato anno 1541. tempore regiminis Excell. *D. Petri de Toleto*, præcedẽti S. M. ordine, fuit ad Regis beneficium indictum aliud ius granorum quinq; pro qualibet libra serici, quod extrahitur à Prouincijs Calabriæ, tam per infrà, quàm per extrà Regnum, pro constructione Castri Ciuitatis *Cutroni*, *Auth. hic num.* 9. *Reg. Reuerter. d. dec.* 258. *in princip.* quos refert *Pisanus in d. rubr.* 12. *de Iure seta num.* 12. *Scipio Mazzella in descript. Regni Neap. lib.* 2. *fol.* 336. *Reg. Tap. in rub. de Consil. Princ. c.* 4. *n.* 84.

16 Anno rursùs 1555. Exc. *D. Berardinus de Mẽdozza*, tunc Regni Prorex, aliũ carolenũ pro qualibet libra serici per extrà Regnum extrahendi exigendum mandauit; Et deindè anno 1557. per Excell. *D. Franciscum Pacceccum* alius carol. pro libra serici extrahendi à Regno in omnibus Prouincijs, præter Calabriam, impositus fuit; Item mandatum fuit, vt Ius istud extractionis per infrà Regnum ipso ortus serici tempore, ad fraudes euitandas, exigeretur, noster *Auth. hic n.* 11. *&* 12. relatus quoque à *Pisan. vbi suprà*.

17 Et anno 1580. Exc. *D. Ioã Zunica* præcedente Regiæ Cameræ consultatione mandauit, vt queadmodũ in

in Prouincijs Calabriæ exigebantur gr.15.diuersis tamen temporibus, ità in alijs Prouincijs, in quibus duo carolenl, & ortus, & extractionis tempore soluebantur, ipso ortus serici tempore exigerentur, etiam si non extrahatur à Regno sericum, vnde fuerunt regales reditus aucti, vt testātur *Mazzella d.loc.* & *Reg.Tap.d.c.4. num.85.*

18 Veruntamèn dubitatum fuit, an Cęs. Maiestas, tūc potuisset pro Reg. Ærario dicta alia gr. 5. imponere super gabella serici, iàm Principi Bisiniani concessa? Et affirmatiuè per R. Cameram in Coll. Conf. fuit decisum; cum augmentum, seù superindictum spectet ad Regem, præsertim stante prima concessione in septem granis limitata, vt in *decis.258.Reg.Reuerter.* vbi *Reg.de Marin. in obs.* & fundat in terminis *Larrea alleg. fisc.30. lib.1.* & *alleg.89.lib.2.*

19 . Prout controuersum fuit, ad quēnàm spectarent pænæ fraudantium dirictus, ad d. Principem, scilicet primum concessionarium, vel ad Regē, vel pro rata? Et per R.Cam. in Reg. Coll. Conf. decretum fuit, vt intercepta in Principis beneficium cederent; si verò gabella R.Curiæ tantùm fraudaretur, tenerentur fraudantes soluere R.Curiæ ęstimationem serici, vt in *Arrest.192.* apud *Reg. de Marin.* & in *decis.28. R. Reuerter.* quem post *Cons.Rocc.* refert *Pisanus in d. rubr. 12.n.19.*

20 An verò istæ impositiones, quæ soluuntur pro extractione serici, sint quoq; soluendæ pro serico contexto, seù manibus laborato?

Affirmatiuè fundauit *Camill. de Medicis conf.97.per tot.* quem simpliciter referendo sequuntur *Conf. Hodierna in add.ad Surd. decis.139.nu.6. Cyriac.controu.468.n.30. Cons.Altim. in obseru.ad Rouit. conf.42. nu.5. lib.2. Episc.Rocca disp.iur.lib.1.cap.81.nu.11. de Luca in Scholijs ad decis. Gratiani sch.184.in fine*; vbi exponunt, qualitèr gabella de simplici, sit soluenda de materiato.

21 Sed contrarium in eadem causa defendit *Horatius Theodorus in alleg. 13.* post *decis.Salernit.* vbi singulatim respōdet obiectionibus aduersantiū, ac etiam *decis.36. Reg.Salernitani*, in qua prouisum legitur, deberi ius fundici pro serico conuerso in *tortam*, seù *manganam*; quod etiam memorat *Præs. Petr. Masturtius in notis ad cit. Rit.de Iure setę, vers. la seta torta*; Et *in fine d. alleg.* notatur, quod die 10. Martij 1579. fuit prouisum, impositionem super extractione serici, non includere extrahentem vernilia, passamanos, caligas, & cætera opera manibus laborata, & intexta de serico.

22 Cumq; anno 1578. Augustissimus Rex Philippus II. inter multa, quæ scripsit suo Proregi *D.Innico de Mendozza Marchioni de Mondexar*, ad Regale Patrimonium attinentia, intenderet, imponendum esse alium catolenum pro qualibet libra sericorum laboratorum, quæ à Regno extrahuntur, vt fit de serico crudo; dum dicta impositio, licet ascendisset plusquàm ad annuos duc.12000. non tamen Regnum, sed exteros onerabat; Ideò executioni mandandum iussit, dummodò non obstarent particularia priuilegia; Quare præuio eiusdem Proregis ordine, fuit per R. Cam. facta relatio; sed oportuit audire Consules artis serici, ac Regium Fiscum, recognitisq; libris intitulatis, totius pecuniæ Dohanæ Neapolis anni 1575. & 1576. ex quibus apparebat quantitas extracta sericarum mercium, vulgò *velluti, cremosini, teletta, damaschi, dobletti, taffettà*, calculatisq; dirictibus, quos ad eam rationem vnius caroleni pro singulis libris perciperet R. Curia, efficiebant annuam summam duc.3248. & tanti pluris, minorisuè, quanti deinceps extraherentur; Et in ius vocatis dictis Consulibus, datoq; termino die 10. Iulij 1578. produxerunt copias priuilegiorum artis serici Serenis. Re-

Regis *Ferdinandi I.* in quibus licet ꝑ dictâ extractione nulla immunitas concessa videretur; Attamen prætenderunt, dictam artem fuisse in quasi possessione extrahendi, absq; solutione; quod propter Arrendatorum incuriã euenisse dicebatur; prius enim, matriculati, seu in albo dictæ artis adscripti, solebant à Dohana Neap. extrahere quotannis cum immunitate pro vsu artis serici quinquaginta *ballas*, vel circitèr.

23 Pluribus insupèr Regijs Bãdis prohibita est serici extractio, absq; diriclauum solutione, eorumq; forma legitur in *pragm.25.pragm.32.& seqq. de extract.* Et respectu Clericorum videndæ pro vtraq; parte allegationes apud *Iul.Capon.lib.1.disc.50.& 51.*

24 Huic gabellæ serici coniuncta est etiam indictio vnius caroleni pro qualibet libra croci exigendi, *Mazzella*, *& Tapia*, *vbi suprà*; quod ius impositũ fuisse anno 1554. ꝑ Ill. *Cardin.Paceccum* per annos duos, & deinde continuatum, testatur noster *Author hic n.* 14.

25 Ius verò fundici supèr croco in Dohana Ciuitatis Aquilæ, nouitèr quoq; ad R. Curiam peruenit; cum enim Ciuitas prædicta prætendisset immunitatem à dicto iure, ex priuilegio Serenifs.Regis Alphonsi I. anni 1456. prout erat in quasi possessione; Fuit tamen anno 1555. per Reg. Cameram ius prædictum Regiæ Curiæ reintegratum, vt testantur *Author hic n.* 15. & suprà *in quæst.vnic.memb. 2.§.6.de Iure Dohan.* duplicata *in qu. 5. §.14.* & *Reg.Reverter. decis.313.* & vide *Consul[illegible]onem R.Cam.sub die 19. Ian.1573.in Reg.Consult.Car.4.f.102.* pro solutione iuris plateæ, seu dohanæ gran. 18. pro croco à Ciuibus Comitatus Aquilæ; Et an debeat dari cautio, vide *Arrest.298. seu 299.*

26 Pro cucullo verò, est medietas exactionis serici, in illis Terris, in quibus dictum ius serici spectat ad Reg.Curiam, teste *Pref.Petro Masturtio in notis ad cit.Rit.de Iure seta, vers.Ius seta, fol.411.*& in suo *Repertorio m.5.lit.C. fol.247.* tradit, quod de cucullo Calabriæ non soluitur dirictus aliquis gabellæ serici, ex *Reg.comm.2.1467. fol.152.*

27 Deniq; noster *Author hic n.* 17. inquit, summam iuris serici cum iure croci ascendisse ad annuos ducatos 90050.& secundùm *Klock.d.lib.2.c.6. num.11.* ad ducatos 100000. & iuxtà *Mazzell. & Tap.in cit.loc.* ad summã duc.148003. Sed hodiè ex *noua situatione Regni anni 1669.fol.455.& 456.* ex contributione generali creditorũ, per Reg.Curiam percipiũtur tantùm supèr sericis Calabriæ duc. 20000. sericis, & crocis Aprutij duc. 1000. supèr granis tribus pro qualibet serici libra duc.2000. supèr sericis aliarum Prouinciarum duc.6000. super nouis impositionibus in solutum vẽditis, idest duobus granis quinq; pro qualibet libra serici duc.600.& sericis Bisiniani duc.4510.

De Iure Olei.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Olei utilitas commendatur, à num.1. ad 3.

Olei impositiones, quanàm sint, à n.4. ad 9.

Oleorũ dirictus cõsistũt in extractione, n.10.

Gabella olei, an exigenda quoq; ex saponibus, pro rata olei in saponẽ conuersi, n.11. & 12.

Impositio, vulgò dicta salis, olei, & aceti, *siuè granorum* 48. *prò qualibet foculari, qua nam fuerit, n.13.& 14.*

1 OLei, vti condimenti necessarij, & suauis, ratio cõficiendi, & exprimendi non posthabenda, cuius vsus frequẽs in cibis, tùm medelis, *Faust. in Cons.pro Aerario clas.* 16.

16. ord. 1135. qui verò plura de oleo,
& olea scire velit, virtutibus nempè,
plantatione, & alijs, adeat *Laurent.*
Beyerlinck in Theatr. vitæ hum. tom. 5.
Pacichel in tract. de distantia cap. 10.
memb. 1. Prosp. Rendell. in opusc. de olea,
et oleo, post *tract. de pascuis, Romaguer.*
ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 42.

2 A *Iulio Cæsare* trices centenis millibus pondo olei in annos singulos
Africa mulctata est, *Hirtius de Bello*
Africo; & ex *Africa* rediens iactauit
tantùm se telluris subegisse, vnde
quotannis in publicum ducenta millia Atticorum medimnorum frumenti essent reditura, & olei libræ millies
millenæ, *Plutarch. in Cæs. pag.* 548.

3 Oleum est de præcipuis huius florentissimi Regni Neap. industrijs,
conficiturq; copiosè in omnibus Prouincijs, vt in Regionibus Aprutij, Barij, Hydrunti, Calabriæ, Principatus,
ac Terræ laboris; & cum extrahitur
per infrà, aut extrà Regnum, soluun-
4 tur ordinarij dirictus Dohanis, ac
etiam antiquum ius exituræ, de quo
loquitur *Ritus R.C. 2. sub rubr. 6. de*
Iure Exituræ, cuius meminit noster
Author hic num. 1. & videndæ literæ
declaratoriæ pro exitura olei, transcriptæ per *Præs. Masturtium in notis*
ad Rit. 1. in fin. d. rubr. 6.

5 Et prætcrito seculo fuit ordinata
exactio duorum granorum pro quolibet sextario olei, quod extrahebatur, & sic tareni vnius pro salma; ac
deindè anno 1554. Ill. *Card. Paceccus*
Regni Locumtenens, ob vrgētes Regni necessitates, imposuit carolenum
vnum pro quolibet sextario, & sic ducatum vnum pro salma olei, incluso
dicto tareno, dummodò impositio
hæc per biennium esset duratura, teste *Authore nostro hic n. 2. & 3.* vbi tamen inquit, quod durauit, & durabit
in æternum, iuxtà *ritus* dictum *sub d.*
rubr. 6. de iure exitur. incip. Hic Rex liberalissimus; cuius gabellæ meminerūt *Scipio Mazzella in descript. Regni*
Neap. lib. 2. fol. 338. *R. Tapia in rubr.*
de Const. Princ. cap. 4. num. 90. Reg. de
Curte 2. par. de feudis cap. 3. ex n. 95. &
Reg. Reuerter. decis. 537. in fine, vbi ait,
6 hanc gabellam exactam fuisse, etiam
in terris Baronum, qui supèr ea ius
aliquod habere non poterant, sed
tantùm Rex, qui illam imposuit.

7 Rursùs anno 1635. & 1639. fuit
addita exactio alterius tareni pro
quolibet sextario olei, quod introducitur in Ciuitatem, teste *R. Galeota*
respons. fisc. 10. n. 66. vers. Sicut etiam,
prout in *pragm. 22. de vectigal. & gabell. in cap. 4. instruction.* dicitur, quod
gabella trium carol. pro sextario olei,
idest primi caroleni impositi per hanc
fidelis. Ciuitatem in mense Ianuarij
1635. & duorum aliorum carol. duabus vicibus impositorum ex ordine
Exc. Ducis Medinæ, fuit anno 1648.
redacta ad medietatem, siuè ad grana
quindecim.

8 Et in mense Decembris præfati
anni 1639. fuit additum superindictum taren. trium pro qualibet salma olei extrahēdi ex Prouincijs Apuliæ, vltrà duc. tres, tarenum vnum, &
gr. 18. qui soluebantur tàm Arrendamento Dohanarum Apuliæ, quàm
Arrendamento olei, & saponis pro
dirictu nouæ impositionis, & alijs, vt
scribit *cit. Reg. Galeota*; & idem *Exc.*
Dux Medinæ alios carolenos triginta septem pro qualibet salma olei superimposuit, vt testatur *Præs. de Ganauerro dec. 21.* Et in *d. prag. 22. cap. 15.*
9 in Arrendamēto olei, & saponis enumerātur sex impositiones; prima, car.
4.; secunda, carol. 6.; tertia, carol. 4.;
quarta, carol. 10.; quinta, carol. 10.;
sexta, carol. 17. Sed omnes impositiones olei, dicto anno 16[illegible] fuerunt ad
medietatem redactæ, vt in *pragm. 21.*
cap. 1. & pragm. 22. de vectigal.

10 Dirictus igitur oleorum, in extractione, vt suprà consistunt, quæ si impediatur, vectigal nècessariò cessat,
vt patet ex *Reg. de Ponte cons. 88. & 89.*
lib. 2.

11 Similitèr gabella olei exigitur etiā
ex saponibus, pro rata olei in saponē
conuersi, teste *Camill. de Medicis cons.*

97.

97. *sub num.* 9. quem referunt *Cons. Hodiern.ad Surd.dec.* 139. *num.*5. *Cyriac.controu.*468. *n.*28. *Cons. Altimar. ad R.Rouit.cons.*42.*n.*4.*lib.*2. & tradit etiam *Horat.Theodorus in alleg.*13. *n.* 22. post *decis.* R.*Salernitan.* & sic gabellam deberi pro rata olei, non autem cineris,& aquæ, ex quibus con-
12 ficitur sapo, tanquàm rerũ nõ gabellabiliũ,post *Card de Luca indisc.*25.*n.* 10. *de Regal.* scribit alter *de Luca in Schol. ad dec.Grat.sch.*184.*n.*6. & latè *Ep.*Rocca *lib.*1. *disp.iur.cap.*81. *per tot.*

13 Notanda etiam est ea impositio, quæ vulgò dicebatur, *salis*, *olei*, & *aceti*, idest granorum quatuor pro quolibet foculari singulis mensibus, siuè granorum 48. quolibet anno, in Regno indicta pro sustinendis Hispanorum peditum hospitijs, siuè pro acetario, vulgò *insalata* militum: Et cum in generali Regni Parlamento die 1. Decembris 1540. fuisset Exc. *D. Petro de Toleto* Proregi supplicatum pro huius impositionis abrogatione, responsum fuit, dictam impositionem fuisse summa vrgẽte necessitate indictam, ne duplici onere grauarentur populi, qui sustinebant peditum hospitia ad eorum, ac Regni custodiam, vt in *cap.*1. *d. Parlam.* inter *Cap.Ciu.Neap. fol.*138. & cum pluries id quoq; Regiæ Maiestati fuerit supplicatum, nunquàm fuit concessum, vt in *cap.*2.*Cas.M.fol.*147. *at.* & *cap.*31.*fol.*156. & *cap.*10. *fol.*152. *at.* inter *d. cap. Neap. edit. anni* 1588. Fuitq; illa in perpetuum prorogata, vt testantur *Auth.noster* suprà §.2.*q.*5. *n.*21.R.*Capyc.latro dec.*116.*n.*12. *Scipio Mazzella in descript.* Regni *lib.*2. *fol.* 333. Verùm ex munificentia Cath.
14 Reg. pijssimi Philippi IV. anno 1648. reductæ fuere functiones fiscales ad quadraginta duos carol. pro quolibet foculari, cæteris impositionibus sublatis, exceptis iuribus prohibendi, ac medietate nonnullarum gabellarum, vt ex *pragm. xxi.* & *xxij. de Vectigal.* & *gabell.* diximus suprà in *annot.ad* §.1. *tit.de collectis n.*78. *p.*1.

De Iure Ferri.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Metallorum utilitas, ac genera, quæ sint, num.*1. & 2.

*Ferri commoda extolluntur, num.*3.

*Vectigal metallorum apud Romanos num.*4.

*Tertiaria ferri, quartaria chalybis, & quintaria picis, quæ sint, & de quo ferro intelligenda, à num.*5. *ad* 7.

Iura ferri,chalybis,et picis Ciuitatis Neap. quare fuerint tribus Monasterijs cõcessa,ac denuò Reg. *Curia reintegrata, num.*8. & 9.

*Ferri gabella, an sit de Regalibus, & in generali concessione veniat, num.*10. & 11.

*Iurisdictio gabella ferri Ciuit. Neap. quæ sit, num.*12.

*Ius mallei, & Ius ferri, an differant, n.*13.

*Immunes,an sint,à Iure ferri,*Regia *Curia, Aug.Imperator, SS.Pontifex, Secretarius* Regni, *Magnus Admiratus, Veneti, Florentini, Threste, aliæque Vniuersitates, à num.*14. *ad* 21.

*Alumen quid sit, eiusque utilitas, num.*22.

*Aluminis fodinæ in Insulis Ischia,& Liparis, in Agnano, & in Statu Ecclesiastico ad Tolfam, in quo consistant, à num.*23. *ad* 28.

Aluminis fodina, an sit de Regalibus *cum iure prohibendi, num.*29. & 30.

Lapidicina, an sint de Regalibus? *negatiuè respondit* De Luca,*cum* Batta,*n.*31. *sed in dubium reuocatur, n.*32.

Syla in Calabria describitur, & an ibi pix effici, ac arbores incidi possint, & quomodò locetur per R. *Curiam, à n.* 33. *ad* 37.

*Et quid de niue, & manna, n.*38.

1 DE Metallorum fodinis, cum Rupello in tract. de Monet. lib. 1. cap. 21. n. 27. dici fas est, quod felix, & fortunata sit Respublica, quæ ijs abundat. Hinc apud *Cassiodor. lib. 9. epist. 3.* Athalaricus Rex singularitèr studium inueniendi, & eruendi metalla commendans, inter alia profert: *Decet, vt inter tanta bona, nec illa desint, quæ putantur esse præcipua; Cur enim iacebit sine cultu, quod honestum potest esse compendium. Aurum siquidem per bella quærere nefas est, per maria periculum, per falsitates opprobrium, in sua verò natura iustitia.*

2 Metallorum verò, quæ ex terræ venis fodiuntur, genera sunt varia, non tantùm aurum, argentum, æs, stannum, & plumbum, verùm etiam antimonium, bismutum, argentum viuum, sulphur, auripigmentum, vitriolum, alumen, nitrum, sal fossile, de quibus prætèr *Fabric.*, *Agricol.*, *Auicen.* aliosque *de re metall.* DD. omnes *in cap. vnic. ver. argentariæ, quæ sint regal.* & in *cap. Regni, quia non decet,* latissimè *Faust. in Cons. pro ærario clas. 6. ord. 562. & clas. 16. ord. 1110. 1118. & seqq. Çamil. Borrel. de Reg. Cath. præst. cap. 28. per tot. Klock de ærario lib. 2. cap. 27. et 33. Bornit. de ærario lib. 1. cap. 5. et in tract. de Nummis cap. 8. Besold. de ærario publ. cap. 3. n. 8. Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 12.*

3 Vsus verò metalli Ferri vix enarrari posse videtur, quippè quod ad opera pacis, & belli, & in quouis statu se extendat; hinc defensio Patriæ venit; hinc agrorum vtilitas procuratur, & in vsus humanæ vitæ multiplici commoditate porrigitur: Auro ipsi imperat, & seruire cogit locupletes, pauperibus constantèr armatis. Conuenit itàque, hanc speciem diligenti indagatione rimari, per quam & nobis lucra generantur, & hostibus procurantur exitia, vt *Cassiodori* verbis vtamur *in epist. 25. lib. 3.* vbi de ferrarijs *Dalmatiæ* agit. De Ferri nomine, vsu, ac alijs *Georg. Fabric. cap. 8. obs. metall. Agric. lib. 2. de metall. cap. 14. et 15. Faust. in cons. pro ærario d. clas. 16. ord. 1115. Anton. Le Grand histor. natur. par. 5. art. 7.* Et de varijs metallorum venis in hoc Regno Neapolitano memor est *Scipio Mazzella in descript. eiusdem Regni lib. 2. fol. 383.*

4 Metalla quoq; in vectigalibus fuere, quæ & Publicanis locabantur, *Plin. lib. 33. cap. 4.* Vsos autem Publicanos, ad fodienda metalla, metallarijs, qui in opus metalli damnati essent, ostendit *Cassiodor. epist. 3. lib. 9. et I.C. in l. 1. §. 1. D. de requir. reis, vel absent. damnand. Iul. Cæsar. Bulenger. de Imper. Rom. lib. 9. de vectigal. cap. 22.* à quo transcripsit *Faust. in cons. pro ærario clas. 1. ord. 35. Gibalin. de varijs commerc. lib. 2. cap. 2. de vectig. art. 8. à n. 4.* & *d. m. Henning. Arnisæus de Iuribus Maiest. lib. 3. cap. 5. num. 6.* dicit, quod illa portio, quæ ex metallis effosis Fisco Principis infertur, iuxtà *l. 1. et 2. C. de metall. lib. 11.* dicitur ab *Vlpiano,* vectigal metallorum, in *l. inter publica D. de verb. signific.* Si enim vectigal, ibi, intelligeretur de eo, quod soluitur pro emptione, & venditione metallorũ, vt interpretatur *Brachæus in d. l. inter publica nu. 4.* sequeretur absurdũ, quod nempè Imperator posuerit eandem rem diuersis nominibus, cum etiam metalla numero rerum venalium comprehendantur: Itaquè hoc, quod *Vlpianus* vocat vectigal metallorum, appellatur ab Imper. Canon *in l. 2. C. de metall. lib. 11.*

5 In hoc Regno habet etiam Rex, aliud Ius super Ferro, Chalybe, & Pice, quod Imperatoris *Federici* tempore fuit institutum, & inter noua iura refert *Andr. in Const. Regni quantò cæteris num. 70.* & in *Ritib. Reg. Cam. sub rubr. 31. de Decimis etc. et rubr. de*

Iure

Iure Decini. Immißionem enim fer-
ri in Regnum, omnibus alijs, prætèr-
quàm Arrendatoribus Regijs, prohi-
buit, pretio statuto in omnibus Re-
gni Prouincijs (fit autē, vt plurimùm
hæc constitutio in Reg. Cam., dili-
genti informatione præcedente, sin-
gulis annis, præsertim Neapoli) su-
pèr qua venditione Reg. Curia suum
directum indixit, ferro scilicet medie-
tatem pretij, quod est tertia pars eius,
quod venditur, nempè ferrum, quod
valet ducatis sex, venditur per Do-
minum duc. nouem, & illi duc. tres
cedunt in beneficium R.Curiæ, ideò-
que hoc Ius vocatur, *Tertiaria Ferri*;
6 Sic etiam procedit Quartaria Chaly-
bis, siuè *azzarij*, quia quarta pars
iusti pretij Regi debetur; Et Quinta-
ria Picis, quæ si emitur duc. quatuor
pro cātario, venditur duc. quinque, il-
leq; vnus additus debetur Regi, proùt
tradunt noster *Author hic à n.2. ad 5.
Goffred. de Gaeta in Rit. Reg. Cam. sub
rubr. 13. de Iure Decini num. 5. & seqq.
Scipio Mazzella in descrip. Regni Neap.
lib. 2. fol. 337. Reg. Tapia in rubr. de
Const. Princ. cap. 5. num.* 88. & constat
ex *Capitulatione huius Arrendamenti
cap. 1. & cap. 41.*
7 Admonet insupèr noster *Author
hic num.* 8. *& seqq.* quod supradi-
cta procedunt in ferro rustico, quia
pro ferro elaborato soluuntur tareni
tres pro qualibet vncia, & vide *rit.
21. incip. Ferrum sub rubr. de Iure Fun-
dici*; & sic de *azzario*, & vomeralibus
laboratis; non tamen procedit in fer-
ro elaborato, lima, mola, vel stanno,
vt in ensibus, hastis, & similibus; Idē-
que dici de ferro veteri, sicut de la-
borato; quia tunc ferrum soluit Ius
fundici, & Dohanæ, proùt aliæ mer-
ces; & hodiè cum nouis impositis, &
medietate duc. quinque pro cente-
nario pro immißione, ac extractione
mercium; Instructiones verò huius
Arrendamenti leguntur *in prag. 46. de
vectigal.*
8 Anno deinde 1302. Rex *Carolus
II.* concessionem fecit vnciarum 150.
siuè duc. 900. supèr iuribus tertiariæ,
azzarij, ferri, & picis Ciuitatis Nea-
polis, tribus Monasterijs, nempè Mo-
nasterio S. Dominici vncias octua-
ginta, S. Laurentij quadraginta, & S.
Augustini triginta, teste *Reg. Reuert.
decis. 245. p. 1.* ea tamen conditione,
quod aucta, vel diminuta venditione
dictæ gabellæ, augerentur quoq; vel
diminuerentur dicti reditus pro dicta
rata, vt studium diuinarum scientia-
rum in eadem Ciuitate conserua-
rent; sed anno 1543. cum Regia Cu-
ria notitiam habuisset, quod dicta
Monasteria non habebant dominiū,
sed tantùm hypothecam pro dictis
annnis reditibus, vt scribit quoq; *R.
Reuert. ibid.* Ideò per Reg. Cam. man-
9 datum fuit, vt priuilegia exhiberent,
& tandem ad transactionem deuene-
runt, vt ea iura remanerent ad bene-
ficium R.Curię, & ijsdem Monasterijs
soluerentur ex reditibus in d. Ciuita-
te duc. 1200. in quindecim partes di-
stributi, quarum octo Monasterio S.
Dominici, quatuor S. Laurentij, ac
tres S. Augustini assignatæ fuere.
10 Hæc gabella ferri in Regno repe-
riebatur quoq; diuersis personis con-
cessa, & circà annum 1469. fuit à Re-
ge *Ferdinando I.* Regię Curiæ reinte-
grata, prout etiam contrà *Ill. Comi-
tem Policastri* per Reg. Cam. iudica-
tum fuit, quia absq; titulo speciali
11 possidebat hanc gabellam tertiariæ,
quę vti de Regalibus, non poterat ad
Regem spectare, vti dominum dictæ
Ciuitatis, sed vti dominum vniuersa-
lem Regni, vt scribit *Reg. Reuerter.
decis. 344. p. 2.* & facit eiusdem *decis.
239. p. 1.* conferuntq; tradita per *Ca-
strens. cons. 353. lib. 1. Montan. de Re-
gal. ver. argentarię n. 5. & 6. Henning.
Goden cons. 3. Portugal d. lib. 3. cap. 12.
n. 21. & 22.* Imò concessio argentarię
Longobucchi facta *Galeatio Caracciolo*
per Cæs. Maiest. fuit deinde limita-
ta, vt potuisset R. Curia eam redime-
re, pro feudo reditus annuorum duc.
500. vt ex Consult. expedita die 17.
Apr. 1540. *in Reg. Consult. Car. 1. fol. 16.*

12 De iurisdictione Dohanæ, seù gabellæ ferri Ciuitatis Neap. inter cætera contenta in quodam instrumento reintegrationis factæ per *Dom. Mazzeum de Afflicto V.I.D. & Præsidentem R. Cam. Commiss.* deputatum per Serenifs. Regem *Federicum*, ad instantiam dicti Monast. S. Dominici die 21. Augusti 1483. per manus egregij Notarij *Cæsaris Amalphitani*, Nicolaus Castagnola ad bandum emanatum comparuit, & declarauit, per triginta annos continuatis temporibus arrendasse dictam gabellam ferri, & quod se extendit vsq; ad Insulam *Prochyta*, vsq; ad Terram *Sebafati*, vsq; ad Terram *Atripaldæ*, vsq; ad Ciuitatem *Capuæ*, & vsq; ad Ciuitatem *Cayatiæ*. Vide *in Reg. seù quinterno Notam. ferri, fol.* 99.

13 Ius verò mallei, & Ius tertiariæ ferri differunt, vt ex literis Regis *Ferdinandi* declarari videtur, vbi mandatur, vt *Guidonis* Caputatij Comitis declaretur Capitulum gratiæ supèr ferrarijs sui status, *in Reg. liter. Reg. 3. fol.* 13. & aliæ consimiles literæ sub die 25. Aprilis 1470. *in d. Reg. fol.* 89. *et fol.* 91. Et de isto iure mallei, vide exequutoriales Cameræ cum inserto tenore priuilegij concessi per Regem *Alphonsum I.* Gaspari de Sanseuerino Comiti Caputatij, expediti 27. Iulij 1457. *in Reg. exequ. Cam.* 17. *fol.* 329. *& fol.* 403. Et alias literas de iure *mallei, & forgiarum*, expeditas ad instantiam *Ill. Ducis S. Marci*, sub die 23. Sept. 1457. *in d. Reg. fol.* 449. *& fol.* 460. Et de ferrarijs Comitis Auellini cum iure mallei, *in d. Reg. fol.* 474.

14 Regia Curia potest capere ferrum, & chalybem pro vsu triremium, Castrorum, & Nauium, cum immunitate dirictus *Tertiariæ*, tantùm soluendo effectiuum pretium, & expensas in immissione erogatas; Imò in *Notament. Cam. fol.* 225. *àt.* adest decretum sub die 2. Decembris 1578. quod Augustissima Imperatrix tractaretur immunis pro ferris extractis pro suo vsu, ac etiam pro nouo imposito; Et aliud R. Cam. decretum, quod ferrum debet esse francum à tertiaria, pro conficiendis tormentis bellicis R. Curiæ; licet tunc ferri Arrẽdatori soluta esset tertiaria pro ferris in Præsidio Turrium *Aulectæ*, & *Tuneti*.

15 Die 14. Octobris 1587. prouisum fuit quoq; per R. Cam., quod ferrum necessarium pro vsu, & seruitio Triremium Suæ Sanctitatis, sit immune à tertiaria, vt in *Notam. fol.* 335. Proute Secretarius Regni est quoq; immunis, vt ex *Arrest.* 28. seù 29. apud *R. de Marinis*. Et Arrendatores debent tenere sũdicum paratum pro vsu eorum, qui sunt immunes à tertiaria, aliàs sit prouisio, quod liceat immittere.

16 Et anno 1584. die 29. Octobris orta differentia in R. Cam. inter Magnum Regni Admiratum, cum Arrẽdatore ferri Apuliæ, supèr tertiaria ferri, pro quarto Curiæ pro ferris naufragatis, ac supèr petitione, quod de ferro veteri, pro tribus partibus Admirati, solueret tãtùm tarenos tres pro vncia; fuit decretum, quod de quarto Curiæ sit immunis, & pro alijs tribus partibus spectantibus ad Magnum Admiratum, soluatur Arrendatori id, quod pro similibus ferris veteribus solent alij soluere, vt in *Notam. fol.* 1057. & in *Arrest.* 443.

17 Insupèr die 27. Martij 1594. relato in R. Cam. negotio contrà Venetos, circà exactionem gabellæ ferri, quod conducitur à *Thrieste*, per Arrendatorem dicti Arrendamenti, circà quod fuit expedita iàm consultatio S. E. quod fierent repræsaliæ contrà Venetos; Fuit tandem per R. Cam. prouisum, quod exequatur dicta Consultatio, vt *fol.* 113.

Inter alias gratias autem, & Capitula Venetis mercatoribus, in hoc Regno morantibus, concessa, est illud Regis *Ferdinandi I.* subsequentis tenoris.

Item hauemo per Capitulo, che tutto lo ferro, che sarà condotto per Venetiani

ni in Trani, pagata la Terziaria, si possa portare per tutto lo Reame, senza pagarsi altra Terziaria, tanto da Venetiani, che lo fanno condurre, quanto da quelli, che lo compreranno da detti Venetiani; hora è innouato, che lo ferro, che si conduce per li detti Venetiani in Trani, quantunq; habbiano pagata la Terziaria, nō si ponno portare da Prouincia in Prouincia, ne anche per quello, che non comprano dalli detti Venetiani contro la forma del Priuilegio; si domanda sia osseruato lo detto Priuilegio. Placet Regiæ Maiestati, quod durante tempore arrendationis de gabella ferri Prouinciarum *Calabriæ, Basilicatæ, & Terræ Hydrunti, de ferro immittendo in dictas* Prouincias, *deferendo ad fundicos ipsarum* Prouinciarum, *non exigatur gabella, aut tertiaria pro caricatura, quoad fundicos ipsarum Prouinciarum deferatur, vt inde ferrum ipsum Venetorum deferri possit per* Pro*uincias ipsas, & tertiaria ibidem soluatur, vbi venditur, in fundicis scilicet ipsarum* Prouinciarum, *nec exigatur eo casu in* Prouincia *Terræ Bary, sic de ferro delato inde ad dictas* Prouincias, *alia tertiaria per gabellotos inde soluatur, finito vero tempore arrendationis ipsius, seruentur Capitula, & Priuilegia Venetis concessa.*

18 Idemq; concessum fuit, per dictum Regem *Ferdin. I.* Mercatoribus Florentinis in Priuilegio sub data Castri Noui Neap. 8. Iunij 1484. cum hoc Capitulo: *Che di tutti ferri, & acciari, che loro, ò altri per loro nome portaranno in lo Reame, paghino solamente la terziaria in quello loco, doue prima si scaricauano, e poi le possino portare liberamente da vna Prouincia ad vn'altra, per tutto lo Reame, senza essere tenuti à pagare alcuna altra terziaria, & in caso di quello li auanzasse, passato l'anno, non siano tenuti pagare terziaria, hauendolo pagato vno quando entrano in lo Reame. Placet Regiæ Maiestati.*

19 Quæ Capitula Florentinis concessa, fuerunt etiam posteà elargita, & confirmata Mercatoribus Ciuitatis *Thrieste.*

20 In causa deniq; Regij Fisci cum Vniuersitatibus Ciuitatis *Regij, Tropea, Scilla, Brundusii, Balnearia, Seminaria, Paula, & Gallipolis,* super forma seruanda, circà immissiones ferri, azzarij, & picis, siue solutione diricttuū tertiariæ, quartariæ, & quintariæ pro earum vsu, vide decretum R. Cam. latum sub die 26. Ian. 1543. *in Arrest. 70. apud Reg. de Marinis.*

21 Adsunt literæ expeditæ ad instantiam Terræ *Spinazola,* in quibus legitur Capitulum 73. *Item supplica, che attento li tempi passati, sempre detta Vniuersità, & huomini di quella, haueno liberè comprato ferro lauorato pertinente all'agricultura, come sono vommari, tallari, zappe, & altri ferri, al presente per le Commiss. de V. M. ne è stato prohibito, e vietato, non debbiano comprar, nisi da quelli, che vendono lo ferro della Prouincia di Basilicata, & attento in detta Prouincia non ci sono maestri, che lauorano tal'opera à tali ferri, se degna gratiosè, farci trattare, secondo che per li tempi passati sono stati trattati. Placet Reg. Maiestati,* cum insertis literis R. Cam. sub die vlt. Iulij 1477. *in comm. 25. fol. 116.* vt refert *Præs. Mastursius in Repertorio num. 5. lit. S. fol. 255. à ter.*

22 QVæ autem sit vtilitas Aluminis, opificibus patet, vt docet *Agric. cap.* 14. cuius genera *cap. 13. Lonic.* refert *pag. 362. Turnh. lib. 3. cap. 5. in Pisone,* putà longum, & scissile, rotundum, petrosum, plumosum, & vulgò generatim definitur, quod sit salsus sudor terræ ex aqua, limoque concrescens, *Faust. cit. loc.* eòque in externis frequentiùs Chirurgi vtuntur, *Plin. lib. 35. cap. 15.* & conficiendi aluminis rationē ex *Bellonio* explicat *Capac. lib. 2. hist. Neap. cap. 24. pag. 755.*

23 In hoc Regno Neap. aluminis fodinæ fuere, quemadmodùm in Insula *Ischia,* antiquitùs *Ænaria* dicta, in qua *Bartholomæus Perdix* negotiator Genuensis Neapolim petens, alumen in-

inuenit, vt testantur *Mazzella in descript.* Regni *Neap.lib.2.pag.283.Kloth de erario lib.2.cap.34. num.17. & 18.* eaque in feudum Ill. Marchioni Vasti concessa à Serenis. Rege *Ferdinando Catholico* anno 1504. tandem materiæ defectu fuit extincta, licet
24 *Reg.Reuerter.* testetur, decisum fuisse anno 1562. contrà Ill.Marchionem vt solueret adoham, ex quo non fuerat probatū, quod locus, vbi alumen cōficiebatur, esset penitùs destructus, itàut neque tunc, neque in futurum posset confici alumen, vt ex *decis.* 501.iuxtà *ord.Reg.de Marin.* ac etiam typis edita per *Capan.* post *tract.de Iure Adoha fol. mihi* 361. & ex *Arrest.* R.C. 262. apud *R.de Marin.* A qua aluminis fodina, se immunem prætendebat Monasterium S.Spiritus, vt in *Reg.literar. Regiar.3.fol.*28.

25 De alumine Liparis in *Reg.Comm.* 2.1466.*fol.*5.apparet computum presentatum in Reg.Cam. de introitu,& exitu aluminis laborati in ea aluminis mina, atque tunc fuit venditum tarenis 28. pro quolibet (vt aiunt) *cantario* monetæ Siculæ, & ad vendēdum mittebatur,in aqua mortua in portu *Pisaris*.

26 Similitèr in *Agnano* propè Puteolim, alumeria possessa fuit à *Iacobo Sannazario* celebri Poeta, & *Marco Antonio* fratre, ex Priuilegio Serenissim. Regum *Ferdinandi II.*anni 1495. & *Federici* anni 1497. *Afflict.dec*321. Et deindè ad *Cæsarem Mormilem*, & *Ioannem Camillum Mormilem* eius filium deuenit; Ne verò aluminis reditus diminutio fieret, qui per Romanam Curiam percipitur in Statu Ecclesiastico ad *Tolfam* (inuentus vt historici ferunt, tempore *Pij II.* qui fuit Pontifex ab anno 1458.vsque ad 1464. à *Francipanis* Dominis *Tolfæ* veteris S.R.E. feudatarijs, ex quibus *Tolfæ* familia nomen sumpsit, vt scribit *Montan. de Regal. ver. argentaria num.*4.) Opificibus interdixit R. Curia, ne ad ea loca accederent, & anno 1539. se conuenit cum dicto *Cæsare Mormile*,vt quatuordecim annorum spatio clausam habetet aluminis fodinā *Agnani*,neue ex ea alumen eliceretur, cum pacto etiam soluendi aureos mille annuos, quo tempore completo anno 1552.pro alijs 15.annis renouata fuit conuentio. Sed *Io: Camillo* dicti *Cæsaris* hæredi, à Reu.
27 Camera Apostolica mandatum fuit, vt desisteret, cumque ille continuauerit, processit contra illum etiam ad censuram, sub prætextu iurisdictionis in personas Terrarum mediatè Sedi Apostolicæ subiectarum, de quo fuit facta consultatio Cath. Maiestati *Philippi II.* immortalis memoriæ ab Exc. *D. Parafan de Ribera* tunc Prorege, eiusq; Coll. Consilio sub die 5. Nouembris 1567. vt Sua Maiestas huic præiudicio remedium præbere dignaretur; Quam difficultatem superatam fuisse credimus, dum anno 1568. noua inita fuit conuentio à dicto *Mormile* cum Camera Apostolica clausam tenendi dictam fodinam pro alijs quindecim annis, cum solutione annuorum duc. mille & centum. Et in principio *Regesti Consult. Cur.* 5. notatur manu Secretarij, quod Consultatio super alumine Puteolorum est registrata *in lib. notam.anni* 1574. *fol.*539.

28 Tandem anno 1584. die 14.Maij, vt solutionē annuā abrogaret, eidem Mormili, *Gregorius XIII.* Pontifex Max., XXIII. millia, & quingentum soluit,vt etiam memorat *Capac.d.lib. 2. hist.Neap.cap.*24. *pag.*754. licet ibi dicat viginti quinque millia soluisse, Idque omne constat ex instrumentis productis in duobus *Processibus* litis agitatæ inter dictum *Mormilem*, cum hæredibus, & Creditoribus *Petri de Stephano*, qui ad se spectare prætendebāt pretium à Camera Apostolica receptum; Imò deducta etiam fuit venditionis nullitas ex defectu assen-
29 sus;cum aluminis fodina sit de regalibus; ex *Const.*Regni, *inter multas*, & ità decisum in R.C. testatur *Capyc. in inuest.feud.ver.cum fodinis fol.* 129. in

ca-

eadem causa alumeriæ *Agnani* contrà *Sannazarios*, de qua agit *Afflict. d. decis.* 321. & declarant *Montan. cit. loc. Borrell. d. cap.* 28. *num.* 25. & 26. & à *n.* 51. *ad* 54. meminitque *Thor. in comp. dec. ver. ius conficiendi alumen, tom.* 1. *fol.* 298.

30 Et pleniùs habetur in *Consultatione Regiæ Cameræ Summariæ Exc. huius Regni Proregi expedita sub die* 12. *Ianuarij* 1680. in qua concluditur, Reu. Cameram Apostolicam, nunquàm in Regno habuisse Ius prohibendi emptionis aluminis, imò Regnicolas, exterosuè liberè sempèr vendidisse, ac emisse alumen Oriẽtale, Flandriæ, aliarumque Regionum pro libito: & solùm in alumine *Tolfa* Cam. Apostolicæ, solitum fuisse, ex Proregum beneplacito, non permitti venditionem, aut emptionem, nisi à Conductoribus, siuè *Partitarijs* ipsius Reu. Cam. Apostolicæ, ex pluribus rationibus in *d. Consultatione* expositis.

31 Lapidicinas verò non esse de Regalibus, tradit *Montan. vbi sup. n.* 3. sed cum in territorio Vniuersitatis Terræ *Pali* Prouinciæ Barensis, fuerint inuentæ lapidicinæ marmorum varij coloris, per Reg. Cam. processum fuit ad sequestrum, & pro Vniuersitate scripsit *Ant. Barra lib.* 1. *controu.* 10. quem sequitur *De Luca in animaduers. ad Gratian. cap.* 453. *n.* 10. ex eo, quia *Const. Regni, pecuniam,* disponit, lapides pretiosos repertos in via publica esse Regiæ Curiæ, nec loquitur de marmoribus in territorijs priuatis.

32 At in hoc cogitandum esse putamus, cũ DD. omnes, asserant lapidicinas, alteriusuè vilioris metalli fodinas, de consuetudine à Regnantibus plerũq; fuisse quæsitas, & in hoc Regno omnes inuentiones ad Fiscum specialitèr pertinent, ex *d. Const.* Et in *cap. Regni, quia non decet,* Rex *Carolus II.* thesauri adeptionem ad ius commune reducendo, excepit auri, argẽti, cæterorumque metallorum fodinas, aut salinas; & necessitas metallorum in Regnantibus, ob quam eæ effectæ sunt de Regalibus, nescimus, quare deficiat in lapidicinis, secundùm *cit. Montan.* imò lapidicinæ, iuxtà metallorum iura, regulantur, *Larrea decis. Granat.* 44. *num.* 3. præsertìm ex *l. quosdam Cod. de metall.* vbi saxa, dicuntur metalla.

33 IN Calabria denique adest Regia Syla, (de qua *Mazzella in descript. Regn. fol.* 383.) saltus Rheginorum à *Solino* vocata, Sylua Brutiorũ maxima ad 200. mill. pass. patens, vbi ingens arborum procerorum varietas, & mira picis copia, eiusq; meminit *Virgil. lib.* 12. *Aeneid.*

Ac velut ingenti Syla, summoq; Taburno.

Et *Nicol. Salernus,* quem refert *Rendella de pasc. et forest. cap.* 20. *vers. Brutiorum Sylam,* ità cecinit:

Est locus in Calabris: Sylam dixere priores,
Vbere felici, naturę dote superbũ &c.

34 Cuius Regiæ Sylæ curam habet Regiæ Cameræ Tribunal, eamq; locat præcedentibus Bandis, ac instructionibus, cum expressa prohibitione, vt nemo possit picem albam efficere in d. R. Syla, neq; arbores incidere, absq; eiusdem R. Cameræ, aut conductoris licentia; Vnde quotannis per Arrendatores publicantur Banda, vigore *pragm.* 2. *de incision. arbor.* de anno 1614. aliorumq; Regior. ordinum.

35 Cumq; die 20. Iunij 1685. ad relationem *D. Reg. de Risis,* tunc R. C. Præsidentis, præcedenti informatione capta ab omni laude dignissimo *D. Præsidente Zanica,* tunc Consentię Præside, ord. Excellentiss. Proregis, per R. Cam. decretum fuit, quod *Dom. Iudex Ignatius de Amico,* tunc ibidem Reg. Auditor, nomine eiusdẽ R. C. licentiam daret personis sibi meliùs visis efficiendi picem naualẽ, siuè nigram in d. Regia Syla, vsq; ad quantitatem *cantariorum* 8000. & ob dictam licentiam exigeret carolenos quinque pro quolibet *cantario* d. picis,

cis, præter alios solitos dirictus, etiã Arrendamenti ferri, & faciendi tabulas 30.m.ac trabes 20.m.

36 Ideò subconductores Arrendamẽti ferri Calabriæ Citerioris institerunt pro mercedis excompũto, sub prætextu, quod tacitè prohibita fuerit constructio picis albæ in d. R. Syla; sed Gubernatores nedùm petitorum absolui ab impetitis (ex quo d. Arrendamentum consistit in exactione iuris quintariæ picis, quę immittitur, aut extrahitur à Prouincia, non autem se extendere potest ad R. Sylam, quæ vti Patrimonium Regium diuisim locatur, præsertim cum instructione, ne fiat pix alba, ad *text. in l. qui tabernas 32. D. de cõtr. empt.*) Verùm etiam pensionis augmentum, stante nouo, & insolito terręmotus euentu sub die 5. Iunij 1688. propter facilem venditionem ferri, quod cũ maximo Arrendatorum lucro ascendit ad duc. 10. mille circitèr, vendendo duc. 17. pro quolibet *cantario*, (sed anteà duc. 10.) pluris, minorisuè.

37 Vnde die 20. Apr. 1690. ad relationem R. *Conf. D. Petri Ant. Chauarri* Delegati, cum interuentu S.R.C. Pręsidis, per S.R.C. declaratum fuit, benè prouisum per Dom. tunc Delegatum sub die 11. Augusti 1685. (ordinãtem extalei solutionem) & Subarrendatores soluere debere in beneficium Arrẽdatorum generaliũ *Magn. Grutter, Guidetti*, & *Goudi*, integrum extalcum sexennij, saluis iuribus in iudicio ordinario. Quod decretum in gradu nullitatum confirmatum fuit die 15. Iunij 1690. in *Banca Act. Iannarij Cecere*; sub patrocinio *Dom. Saluatoris Ciauarella*, insignis causatum patroni.

38 In Montibus eiusdem Sylæ, & alijs adesse foueas ad niues conseruandas, easq; cum iure prohibendi vendendi niuem Arrendatoribus concedi, scribit *Reg. Galeota resp. fisc.* 10. *nu.* 74. vbi *num.* 73. ait, quod antiquum est vectigal fisci, vulgò *Manna forzata*, quæ colligitur tempore æstiuo in Prouincia Capitanatæ propè Montem S. Angeli: Et vide *pragm. sub tit. de Manna colligenda*, vbi *in prag.* 2. *adest* Bandum circà administrationem dicti Arrendamenti Mannæ, anno 1669. emanatum.

De Iure Salis, & Salinarum Regni.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Salis præstantia commendatur, n. 1.

Salium varia species dilucidantur, à *n.* 2. *ad* 5.

Salis vectigal, quomodò Romæ, ac Athenis fuerit impositum, ac Salinę de Regalibus cum iure prohibendi ordinatæ, à n. 6. *ad* 13.

Salinarum donationes, cur ab Inuictissimo Rege Philippo II. reuocatæ, n. 14. *& sub n.* 33.

Salinas, ac Salinarium vectigal in hoc Regno Neap. esse de Regalibus cum iure prohibendi, ostenditur, à n. 15. *ad* 19.

Salis pretium in hoc Regno, quomodò fuerit varijs temporibus auctum, n. 20. *&* 21. *Illudq; vocari superindictum; & cuius naturæ sit, n.* 22.

Salis venditionem, etiam ad minutum prohiberi posse tempore noui Arrendatoris, ad fraudes euitandas, ex Ritu 6. de Iure Salis, *indicatur, à n.* 23. *ad* 25.

Quidue fuerit nupèr obseruatum, num. 26. *&* 27.

Ius prohibendi tabacci, in quo consistat, n. 28.

Salinæ, an possint per vasallos possideri, n. 29. *Et quid in concessione feudi*, cum salinis, *vel* cum mero, ac mixto imperio, *alijsq; clausulis generalibus, n.* 30. *&* 31.

Salium noua impositiones, an soluendæ sint à dominis particularibus Salinarum? Examinatur latè in causa Ill. Marchionis

chionis Rugiani, *pro puteo salis in Terra* Gryptæ Castanearum, *à n. 32. ad seqq.*

Salis confectio generalitèr in Regno prohibita in prag. 2. de sale vendendo, *an comprehendat Salinas alijs concessas, à num. 38. ad 44.*

1 SVbtilissimus ille intimarum animi facultatum indagator. *Pythagoras*, salem, tanquam præstantissimum quoddam naturæ bonum, à Deo concessum mortalibus, & quo humanus gustus cęlestibus paulatim assuesceret, obsoniorum primum in mensa iubebat apponi; Vt hinc plane, quanta sit Salis maiestas, & præstantia inter sapores, quantaque ipsiuscum gustu affinitas, & coniunctio videatur; quibus etiam admiscetur sal, si viuentia sint, ab omni ferè morbo vindicat, si verò mortua, à corruptione tuetur. Et Sale, ac Sole nil vtiliùs veteres dixere, *Plin. nat. hist. lib. 31. cap. 9.* illum vitæ, hunc amicitię symbolum existimantes, vt enim sal cibi condimentum, ità amor vitæ lenimentum; Nàm & olim sal, vt sacrum quoddam concordiæ numen componendis litibus, & conseruandis amicitijs adhibebatur; Salis autem vires, facultates, ac vtilitates fusa excogitatione enarrant *Berardin. Gomesius in quinque Commentar. libris de Sale*, & *Auisseuus in tract. de Sale, & lege Salica, Ioseph. Laurentius in Polymathia var. erudit. lib. 3. synops. 24. Ant. Le Grand. histor. natur. par. 5. art. 3. Philipp. Finellus in soliloquio salium disp. 3.*

2 Variæ autem sunt salium species, quidam fossilis est, qui vel cum arena educitur, vel è rupibus euellitur; Sunt enim multis in locis montes salis natiui, in quibus lapidicinarum modo sal ferro excinditur, & arborum ad instar repullulat, prout sunt Sales quatuor Montium Calabriæ in hoc Regno. Qui rursùs extrà terram natiuus est sal, aut reperitur in fontibus, aut in flouijs, aut in lacunis, aut ad mare. Fons omnis calidus salem fert, quoniam è nitrosis, sulphureisuè terræ venis erumpit, vt in balneis natiuis, quales sunt *Puteolis* in nostra Campania, & alij, *Gomes. in d. tract. de Sale lib. 2. num. 72.* Et Puteales sales, quos in pluribus Regni locis habemus, ab educta aqua salsa è puteis, & in areas diffusa, quæ adueniente rore cęli condensatur; & in candidissimum salem concrescit.

3 Porrò post Putealem, Lacustris Sal sequitur, qui è lacubus variè egeritur, & concrescit, dum lacus aqua in salem mutatur; ardore Solis salsuginosam terræ naturam ad saliendas aquas excitante; Quorum aiunt omnium Europæ celeberrimũ in Apulia *Tarentinum* (dictum à *Tarento*, Vrbe antiquissima, ac suprà modum inclyta, ob huiusmodi salis copiam, quæ tot innumerabilibus alendis pecudibus sufficit) qui maximè laudatur à *Plinio lib. 31. nat. hist. cap. 7.* ad vsum medicinæ, & ad gustum, cũ idem suauissimus omnium, & candidissimus habeatur, *Author* noster *hic n. 21.* quem post *Nouar. in prag. 2. num. 2. de sale vend.* refert, & sequitur *Cæsar Nicol. Pisan. in add. ad Goffred. de Gaeta super rit. R.C. rubr: 20. de Iure Salis num. 16.* traduntque *Gomesius in d. tract. de Sale lib. 2. n. 74. Borrell. de Reg. Cath. præst. cap. 25. nu. 47. Barthol. Morisot. in Orbe maritimo lib. 2. cap. 43. fol. 668. Antunez Portugal. tom. 2. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 11. num. 3.*

4 Conficiturque etiam sal in maritima Castellanetæ, Sypontina, & Baruli, *Author hic num. 21. in fin. Mele ad Gizzarell. decis. 34. num. 69.* & cũ propè Baruli Salinas adesset stannum, eius fauces in mensibus Maij, Iunij, Iulij, & Augusti clausas teneri Fisco instante ordinatum fuit, vt sal commodiùs confici potuisset; *Reg.*

Reuert. decis. 445. *par.* 2.

5 Alius est *Marinus*, qui ex mari deriuatur, dum aqua in alueos deducta, Solis calore excoquitur. Varias autem species constituit *cit. Gomes. d. lib.* 2. *num.* 76. & 77. Et qui interspontaneus gignitur, tunc concrescit, cum mare feruens æstu spumas agit, easq; ad litora, scopulosque appellit, quæ abscisæ, ac in scopulis dimissæ pro Solis vi, pro aeris, atque loci temperie in electissimum salem coguntur; Vel qui ex mari etiam, & aqua dulci spontaneus sal gignitur, dum mare feruet, atque excrescentibus fluctibus in adiacentes litori lacus effunditur, quorum aquæ dulces marina conditæ salē emittunt; Ea sola inter fossilem, & alios adest differentia, quod prior, quia ex terræ visceribus effossus, in albedine, & salsedine nō est æqualis alteri; qui ex aqua maris in foueas reducta, solaribusq; radijs exsiccata concrescit, *Reg. Rouit. super pragm.* 2. *de Sale vendendo n.* 4. & 5. ibique *Nouar. num.* 1. & 2. qui sequitur *Barbat. de diuis. fruct. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 52. & 53. & post *Auth.* nostrum, aliosque notat *Pisan. d. rubr.* 20. *num.* 18. & 19.

6 Hæc verò tàm eximia, ac plusquàm aurea vis salis, aliæque præcellentes eius virtutes, satis notæ Principibus, effecerunt, vt vectigalia, siuè tributa salis eisdem fierent præ cæteris catiora; *Gomes. de Sale d. lib.* 2. *num.* 8. quem sequitur *Larrea alleg. fisc.* 77. *num.* 33. *lib.* 2.

7 Et in primis constat, *Ancum Martium* Regem sex millia modia salis populo in congiarium dedisse, & primum Salinas instituisse, vt refert *Plinius lib.* 31. *natur. histor. cap.* 7. Sed ex *Dionysio lib.* 2. *antiquit. cap.* 88. *ex partit. Syluurgij*, dicere velimus, Salinas has fuisse, quas ad Ostia fluminis *Veientes* habuere, quasque victis ademit *Romulus* pater Gentis, vnà cum agro *Tiberij* contiguo, qui vocabatur *Septempagus*; cum quibus item rebellantibus, *Ancus* cōflixit, & easdem salinas, & oppida cæpit, retinuitq; vt idem est *author lib.* 3. *cap.* 134. *in fin.* Tributum verò salis, fuisse sub Regibus, & sub nascente libertate, disertè probatur ex *Liuio lib.* 2. *ab V.C. cap.* 9. vbi mouente pro *Tarquinijs* bello *Larte Porsena*, Rege *Clusino*, Romamq; infesto exercitu veniente, ex quo terrore inter alia blandimenta data plebi à Senatu, placuit etiam eam tributo, portorijsq; liberari, & salis vendendi arbitrium, ademptum priuatis; Et *Publio Valerio* iterum, & *T. Lucretio Coss.* monopolion salis primùm Romæ institutum fuisse liquet, non compendij causa, sed in plebis vtilitatem. Postèa *M. Cornel.* & *P. Sempronio Coss.* exhausto ærario bello Carthaginensi, quo *Annibal* Italiam pressit, alter ex Censoribus *M. Liuius*, cui inde *Salinatoris* inditum cognomen fuit, vectigal etiam nouum ex Salinaria annona statuit, quo vectigali valdè oneratæ fuerunt, tribus præsertim rusticæ, ex eodem *Liuio lib.* 29. *ad fin.* siuè *cap.* 37. Durauit forsan *Liuij Salinatoris* commentum vsq; ad *Iulij Cesaris* tempora, qui *lege Agraria* omnia tributa remisit, præter vicesimam rerum venalium, vt ex *Cicerone* repetit *D. Emanuel Gonzalez in comment. ad lib.* 5. *Decret. in cap. super quibusdam* 26. *nu.* 4. *de v. signif.*

8 Et *Athenis* hoc vectigal, primò instituisse *Lysimachum* Regem Thraciæ, natura tamen id quasi refugiente, statim exaruisse Salinas, & remisso vectigali rursùs prodijsse, ex *Athenæo lib.* 3. *Dipnosoph. c.* 1. refert *Cuiac.* 3. *obs. c.* 31. *Choppin. de doman. c.* 15. *nu.* 75. *lib.* 1. quam causam fictam, & simulatam putat *Borrel. de Reg. Cath. præst. c.* 25. *n.* 3.

9 Superuenit deinde Christianorum Principum tēpus, sub quo *Arcadius*, & *Honorius AA.* relati *in l. si quis* 11. *C. de vectig. & Commiss.* monopolium salis instituere, & sibi reseruarunt hoc regale, vt nemo priuatus emendi, vendendiuè salis facultatem habe-

beret, nisi mancipes Salinarum, idest publici salis conductores, pæna pretij,& salis amissione imposita contrafacienti,vt censuit *Pancirol.lib.3.var. cap.31.tit.de Vectigal.Salin.*distinctiùs quàm *Bulenger. de Imper. Rom. lib.9. de vectig.cap.21.* & *Cuiac. d.lib.3.obs. cap. 31.* Quod etiam in Italia valuisse probare videtur *Symmachus lib. 10. epist.58.* vbi queritur, quod publici salis mancipes ad paucos redacti, necessitatis publicæ molem ferre nõ possent, & consultatio est de Vrbis, Italiæq; mancipibus:Publicani enim, qui ex publico nomen habent, siuè Fisco vectigal pendunt, vel quid à Fisco conducunt, ex *l.1. & 13.D.de publican.*dicebantur etiam mancipes, vt *in d.l.11.* quia,vt ait *Festus*, manu sublata demonstrabant,se esse auctores emptionis, *l.5.C.de vectig.& cõm.*

10 Istud autem Ius emendi, & vendendi salem priuatiuè quoad alios, quod Interpretes *monopolium salis* appellant, antiquissimum est;Etenim licet salinas de iure communi in priuatis locis natas,posse ad priuatos iure dominij spectare doceamur, ex *l. magis puto 5.§.1.D.de reb.eorum, l.generali 32.§.vxori 2. D.de vsufr.legat. l.forma 4.§.salina 7. D.de cens.* Et Salinas in locis publicis, vel fiscalibus existentes, esse de Regalibus Principis, de quo iure loqui Imp. Federicum *in cap. vnic. quæ sint regal.vers. Salinarum*, secundùm aliquos, vocaturq; vectigal salis *in l. inter publica 17.§.1.D.de v.signif.cum concord.*

11 Ex generali tamen Consuetudine omnium ferè Principatuum,ad solum Principem, Salinæ, etiam in priuatis locis existentes,pertinent, prohibendo nedùm salium immissionem ab alijs partibus, verùm etiam eorum recollectionem in montibus, & confectionem in maritimis locis, etiam priuatorum, itaùt nec emi, nec vendi possint, nisi ab ipsismet,eorumuè publicanis, & conductoribus, veluti monopolium faciendo, quod Principibus superiorem non recognoscentibus licitũ est, quodq; solùm in iure prohibendi consistit, ne scilicet quis præter Principem salem vẽdere possit, ex *d.l.si quis,C.de vectig.* & obseruabatur priscis temporibus per ea, quæ habentur in sacris literis, in quibus *Rex Demetrius* inter alia,quæ Iudæis indulsit, salis pretia fuerunt, eiusq; vectigal, *Machab. lib.1. c.10. vers.29.& c.11.vers.35.* vt concludũt post alios *Gaspar Klock. de ærario lib. 2.cap.9.n.12.& seqq.* vbi *Peller.in annot. Maximil. Faust.eod.tract.clas.10. ord.774.Henric.Klock de vectigal.iure concl.3.Reg.Rouit.super pragm.2.nu.1. de sale vendendo*, ibiq; *Nouar. num.3. Barbat.de diuis.fruct. p.1. c.17.nu.57. & 58.Mele ad Gizzarell. decis.34.n. 66.& 67. Cons.de Rosa consult.70. nu. 13.& 14.t.1. Sixtin.de regal.lib.2.cap. 19. Larrea alleg.77. lib.2. Petr. Quesada contr.for.cap.2. n.4. & 5. Balmaseda de collectis q.23. Antunez Portugal tom. 2. de Donat.Reg. lib.3.cap.11. à n.10.& seqq. Card.de Luca in Theatro verit.& iust.tom.2.de Regal.discurs. 105.n.14. & 15.Conciol.ad Statut.Eugub.lib.1.rubr.46.n.3. Episc.Rocca disput.iur.select.t.1.cap.69. à n.1.ad seqq.* vbi etiam allegat *Nos in Vision. feud. rubr.4.vis.5.lit.A.vers.quemadmodum inter Fisci Regalia,fol.274.* & post nostrum *Anthorem hic à n.5.*& alios *Cæsar Nicol. Pisan. ad Goffred. de Gaeta super Rit.Reg.Cam. d.rubr.20. de Iure salis à n.20.ad seqq.* ac *Ill.D.Ansaldus de Ansaldis*,Patritius *Florẽtinus*, olim in Vrbe celeberrimus Aduocatus, nunc meritissimus SS. P. Innocentij XII. Auditor, in suo perutili *tract. de commercio,& mercatura,discurs.97. n.7.& 9.*

12 Quod procedere arbitrantur, de facto potiùs, quàm de iure naturæ, nempè quia in plerisq; Regionibus, & gentibus ità obseruatur, non quia ea sit salis natura, vt Principibus debeatur, imò commoda naturæ, & locus, vbi sal conficitur, impedimento non sunt, quominùs in dominio priuatorum consistat, si in suo fundo

concrescat; & plerũq; ex aqua fit, quæ communis est, & occupanti ex naturali iure cedit, vt probant *Portugal de Donat. Reg. d. cap. 11. num. 14. & 15. Gonzalez in comment. ad lib. 5. Decretal. in d. cap. super quibusdam nu. 5. de verb. signif.*

13 Et de vectigali pro transitu salis in Lombardia, vide *Bursat. lib. 3. cons. 319. Menoch. cons. 901. & cit. Ansald. d. disc. 97.* Et in Gallia salis commercium prohibitum esse, testatur *Cuiac. lib. 3. obs. cap. 31.* & quidem sub pęna capitis, teste *Thuano lib. 5. hist.* quem refert *Io: Marquard. de Iure mercat. lib. 2. cap. 3. num. 59.* & de omnibus ferè Principibus colligi potest, ex nostra *Notitia Practica Ærarij Vniuersalis*. Prout in Hispania omnibus prohibetur vendere salem, *Larrea d. alleg. 77. num. 21.* eum omnes Salinæ ad Regale Patrimonium sint redactę, *l. 2. tit. 13. lib. 6. Recopil.* vbi legitur: *Y assi mismo las fuentes, y pilas, y pozos salados, que son para hazer sale, nos pertenecen.*

14 Imò Inuictiss. Rex Philippus II. *l. 19. tit. 8. lib. 9. ordinam.* reuocauit omnes donationes Salinarum factas per Reges, quasi, tanquàm Ius Regale, donari non potuerint: Quòd iustè factum post *Roias* asserit *Petr. Barbosa in l. diuortio §. si vir, num. 28. D. soluto matr.*

15 In hoc verò Neapolitano Regno, Salinas, salisque vectigal esse de Regalibus, & cum Iure prohibendi ad alios, liquidissimè cõstat; Et quidem institutum hoc fuisse à *Federico* Imperatore dicit *Affl. in d. cap. vn. ver. Salinarum in princ.* & cauetur expressè per *Constit. Regni, Magistros nostros Fundicarios*, de qua Consuetudine loquitur *Ritus R. Cam. sub d. rub. 20. de Iure Salis*, vt fundat *Borrell. de Reg. Cath. præst. d. cap. 25. à num. 13.* & noster *Author hic à num. 9. ad 14.* hanc consuetudinem, ex varijs Regestis ostendit.

16 Et Rex *Carolus II. in cap. Regni, Quia non decet 160.* sub *tit. de Thesaur.* postquàm correxit Regni *Constitutiones* loquentes de Thesauris, easq; reduxit ad ius commune, dicit, sub dispositione illa corrigente non includi fodinas metallorum, & Salinas, quę ab antiquo ad Reg. Curiam spectarunt; Ex quo omnes Salinas etiam in locis priuatorum existentes spectare ad Regiam Curiam, notant *Montan. de Regal. ver. argentaria num. 2. circà med. n. 3. & verb. Piscationum reditus, & Salinarum in 2. vers. & Afflict. fol. 294.* quem sequitur *Mucci ad Sanfel. dec. 66. num. 34. & 35.*

17 Tempore verò Regis *Alphonsi Primi* anno 1449. fuit institutum, vt Sal, qui ex Regijs Salinis per Regem percipiebatur, omnibus focularibus Regni distribueretur, pro quolibet nempè foculari modius vnus, pro cuius Salis pretio soluerentur Regi caroleni quinque pro quolibet foculari, & ampliùs grana duo, vnum pro expensis conducturæ salis, aliud pro mensuratura, vt tradunt *Reg. de Ponte de potest. Prorег. tit. 4. §. 8. nu. 36. Reg. Rouit. in pragm. 1. de iurib. & exact. fisc. num. 65. & in prag. 1. de Sale vend. n. 3.* ibiq; *Nouar. nu. 1. Reuert. dec. 333. Capiblanc. de Baron. pragm. 10. n. 13. Mõtan. de Regal. verb. Extraordinaria collatio sub n. 7. & ver. vectigalia, Scipio Mazzella in descript. Regni Neap. lib. 4. fol. 340. Reg. Tapia in rubr. de Constit. Princ. cap. 4. num. 54. & lib. 2. Iur. Regni in annot. ad cit. Const. Magistros fundicarios ver. maiori fol. 231. Borrell. d. cap. 25. num. 21. Episc. Rocca d. disp. 69. num. 8. & 9.* & noster *Author hic à num. 15.* & suprà *in §. 1. tit. de Collectis à num. 45. ad seqq.* quem referunt, & sequuntur *Tasson. de antef. vers. 3. obs. 2. num. 44. Reg. Capyc. latro decis. 116. à num. 4. lib. 1. Laganar. in add. ad Reg. Rouit. super dict. pragm. 1. de iurib. & exact. fisc. vers. Confert, Pisan. ad Goffred. super Rit. R. C. d. rub. 20. de Iure Salis à n. 39.*

18 Sed posteà in Parlamento Generali anni 1607. hæc salis præstatio

fuit

fuit Regiæ Curiæ remissa per Regnum, & statutum fuit pretium carolenorum octo, ex quo emanauit *Pragmatica* sub die 26.Ianuarij 1608. quæ est 2.*de sale vendendo*, prohibens inter cætera, ne possit emi, aut vendi sal ab alio, quàm à Reg. Curia, quod etiam fuit confirmatum anno 1645. per *pragm.3.eod.tit.* traduntq; præfati DD. Cumq; non solum pretium in sale vendendo fuerit à Regibus determinatum, sed ne ab alijs vendatur, constitutum; non est, quin dubitemus, in sale concurrere vectigal cum iure prohibendi, vt exponit in terminis *Reg.Galeot.resp.fisc.*10.*nu.*
19 28. *& 29.* Quapropter nemo in Regno, preterquàm R.Curia salem immittere, aut vẽdere potest, imò si quis immittat, tenetur Regiæ Curiæ vendere, *Nouar.in d.pragm.* 2.*n.*4.*de sale vendendo, Borrell.d.cap.*25.*n.*15. etiam si viliori pretio emere R. Curia voluerit, vt cariori vendat; nulli enim prorsùs, quàm Regi competit pretia rerum determinare, minuere, vel augere iuxtà eius placitum, & occurrentem necessitatem, *Larrea alleg.*25.*num.*7.*alleg.*31.*num.*1.*& seq. & alleg.*56.*num.*11.*p.*1. *Pisan. d.rubr.* 20.*de Iure salis n.*30. 31. *&* 32.
20 Hoc autem salis pretium carolenorum octo pro singulis salis modijs, anno 1635. ob imminentes bellorum necessitates, fuit auctum ad carolenos decem, & anno 1637. ad duodecim, *Reg.Tapia lib.*6.*Iur.Regni Neap. tit.*3.*de solut.funct.fisc.in annot.ad cap.* 2. *in princ. pag.*43. *Reg. Capyc. latro dec.*116.*n.*7. Et deinde fuit auctum ad carolenos sexdecim, & postea ad viginti duos, qui ex Regali munificentia anno 1649. redacti fuere ad carolenos duodecim, vt in *prag.* 21.§.4. & *prag.*22. *de vectigal.* Sed anno 1684.
21 die 5. Augusti addita fuerunt alia grana quindecim, ob nouam cõstruẽdam, cudendamq; monetam, & anno 1686. die 9. mensis Decembris alia fuerunt grana quindecim superaddita pretio salis, *Pisan. in add. ad Goffred. de Gaeta sup. Rit. R. Cam. d. rubr.*20. *de Iure salis nu.*48. Et anno 1689. cum in mense Ianuarij veteri iam aboleta, fuerit noua moneta publicata, neq; huic tàm vasto Regno sufficeret, fuerunt superindicta alia grana septem cum dimidio, dicto salis pretio.
22 Quæ sanè nouæ impositiones, superindicta appellantur; nàm superindictum aliud non est, nisi accessio vltrà indictionem facta, seù augmentum primæ indictionis, *l.*1.*C.de indict. lib.*10.*l.*2.*C.de superindict.l.*3.*C.de excus. mun. l.*3.*C. de silent. lib.*12.*l.*3.*C. Theod.de collat. fund. patrim. Cuiac. ad rubr. de superindict. D. Franc. Amaya in comment.ad l.*3. *n.*33.*lib.*10. *Cod.tit.* 16.*Sixtin.de Regal.lib.*2.*cap.*14.*n.*6. *&* 7.*Pisan.d.rubr.*20. *nu.*49. Et proinde concludendum est, quod, quia superindictum est indicti augmentum, secundùm eius principale regulatur; vulgata enim sunt iura, idem ius statui in augmento, quod in principali, & in puncto aduertit R. *Galeot.d.resp. fisc.*10.*n.*39. ex *Bossio in tit.de vectigal. num.*4. vbi dicit, quod totum illud pretium, quod augetur in sale, vltrà verum pretium, & commune, quamuis non concernat præstationem extrinsecam, sed respiciat augmentum pretij eiusdem salis intrinsecè, attamen, quia re ipsa in idem cadit occasione prohibitionis, puta, si prohibeatur emi sal, nisi in salinis, vel ab Arrendatoribus, propterea illud augmentum pretij est proprium, & verum vectigal.
23 Vnde sic seruari videmus, dum R. Curia locat hæc iura salis, & Arrendator per Regia Banna prohibet vẽdi salem, etiam ad minutum, nisi sit de salibus emptis tẽpore suo, de eius licentia, vt in *Rit.Reg.Cam.incip.Habet sal*, 6.*in ord. sub rubr.*20. *de Iure salis*, iuxtà nouiss. editionem, ibi: *Habet sal, & salis gabella hunc morem, quod finito anno, quo emptus est sal, nouus Gabellotus anni sequentis interdicit, vt nullus mercator vendat salẽ aliquem,*

quem, nec in grossum, nec ad minutum, nisi sit de sale temporis sui; alium salem prohibebit vendi tempore suo, cum distinguatur per sua certa limitata tempora gabella salis; Quilibet sui temporis salem habet vendere, & vendi facere, & contrafacientes perdunt salem, & merces; sed sale empto à Salinis, pro vsu eorum, poterunt subiecti Regij vti sequenti anno, sicut placet eis, dummodò non ineant inde commercium.

24 Ex cuius *Ritus* dispositione, clarè constat, quod in Arrendamento salis, vti fundato etiam in Iure prohibendi, adsunt tempora distincta inter antiquum, & nouum Gabellotum, & sal alicui ab antiquo venditus, potest à nouo Gabelloto interdici, vt suo tempore vendatur, cum salis datium, quod locatur, consistat in iure illo vendendi pro tempore locato, & sic in iure prohibendi, ne alius vendat, durante dicto tempore, vt eiusdē Ritus vigore declarat *Affl. in c. vnic. vers. & Salinarum n. 2. quæ sint regal.* quē sequuntur *Borrell. d. cap. 25. n. 15. et 16.* & *Montan. de regal. d. ver. piscationum n. 2. et ver. vectigalia, sub n. 12.*

25 vbi etiam ait, quod cum possit obuenire fraus in damnum secundi Arrendatoris, vendendo scilicet minori pretio salem superabundantem ciuibus, aut dardanarijs, qui vendendo deinde, auferunt ei lucrum; ideò R. Camera ad fraudem euitandam solet interdicere omnibus venditionem salis, imò quod detecta fraude, posset primus Arrendator condemnari ad interesse lucri cessantis; Idq; etiam de iure procedit ex *l. & hac distinctio, §. cum fundum, D. locati, Præs. de Franch. decis. 96.* vbi *Add.* & *de Luca in obser. ibid.* & *ad dec. 393. n. 4. & 5. Cons. Hodiern. ad Surd. dec. 131. nu. 13.* quidquid scripserit *Ruin. cons. 74.* Cui respōdet *Card. de Luca de Regal. disc. 79.*

26 Quapropter, ex tenore dicti *Ritus R. C. 6.* in ord. per Gubernatores Salium Montium Calabriæ institū fuit, quod, cum fuerit completa conductio d. Arrendamenti in fine Octobris 1691. illudq; in demanium remanserit, omnes emptores salium tempore dictæ conductionis, non possent illum vendere, aut quomodocumq; eo vti causa commercij, sed pro vsu tantùm, sub pena intercepti; Et vendi deberet sal deinde emptus in Regijs Salinis, cum Regijs *bullectis* per Reg. Officiales expeditis; Et ità cum inserta forma d. Instantiæ, ac *Ritus*, expediti fuere ordines prouisionales die 11. Ianuarij per integerrimum R. C. *Locumtenentem Dom. D. Sebastianum de Cotes*, tūc dicti Arrendamenti Delegatum, directi *Dom. Iudici D. Dionysio Cost*, Capiti Aulæ R. Aud. Calabriæ Citerioris, vt Bannū publicari curaret; vt ex Actis excomputi dicti Arrendamenti in Banca *Act. Ioseph Galise.*

27 Et ad instantiam noui Arrendatoris Nicolai Positani per eundē *Dom. Locumtenentem* tunc Delegatum Arrendamenti quatuor salis fundicorū huius Ciuitatis, die 1. Martij 1688. decretū fuit, quod *omnes quantitates salium sistentiū in Dohanellis, mensurentur, & cōsignentur eisdē personis Dohanellarū ad finem vendendi nomine Nicolai Positani, & pretium depositetur in Banco ad dispositionem Dom. Delegati.*

28 Proùt seruatur in iure prohibendi *Tabacci*, vt scilicet finita locatione, prior conductor, per viam reuelationis totum tabaccum in apothecis Neap. distributum, consignet nouo Arrendatori, iuxtà pretium tabacci intrinsecum, & cum posteà ab eodem nouo Arrendatore denuò apothecarijs consignatur tabaccus, ei soluitur pretium decem, vel duodecim catolenorum, sicut meliùs potest inter se conueniri. De quo iure prohibendi vendendi tabaccum, vide reiteratas R. Cam. ordinationes in *prag. 24. 25. 29. 31. 37. & 42. sub tit. de vectigal.* & ab eo nemo est exemptus, vt testatur etiam *Iul. Capon. discep. for. 313. cap. 2. n. 23. lib. 4.*

29 Et quia ad solum Principem Salinæ pertinent, non possunt eas possidere

dere vassalli, nisi expressa Regum concessione, vel consuetudine immemorabili, vt ex *cap. super quibusdam* 20. §. *praetereà, de verb. sign.* firmat *Larrea d. alleg.* 77. *n.* 8. tradiditq; *Montan. d. ver. piscationum reditus, & salinarum num.* 2. *in fin.* & respectu iuris mensurae Salis, decisum refert *Reg. Reuert. decis.* 344. *in fin.*

30 Rege verò feuda concedente *cum salinis*, intelligi concessas Salinas publicas, aut vectigal pro Salinis priuatorum; si illas non habet, scribit *Borrell. de Reg. Cath. praest. d. c.* 25. *num.* 38. Verùm haec clausula (sicut & caeterae) solita in priuilegijs de stylo apponi, nihil operatur, nisi expressa extarent in feudis concessionis tempore, iusto titulo acquisita, vt declaratum fuit per Aug. Imp. Carolum V. *in prag.* 16. *de Baronib.* Et

31 si inuestitura esset generalis cum mero, ac mixto imperio, pertinentijs, prouentibus, alijsque clausulis, intelligi etiam factam concessionem Salinarum, seù vectigalis, post nonnullos *Consulentes* respondent idem *Borrell. d. cap.* 25. *num.* 39. & latiùs *Episc. Rocca d. disp.* 69. *à num.* 15. *ad seqq.* Quod tamen ex supradictis, & inferiùs dicendis alienum à veritate putamus.

32 Notandum praetereà est, quod anno 1683. tam per Patrimoniū, quàm Arrendatores praedictorum superindictorum salis, ex causa nouae monetae, institum fuit, quod *Ill. Marchio Rugiani* conductor Terrae *Grypta Castanearum*, vti in comprehensorio quatuor fundicorum salis, solueret dictas impositiones pro sale, qui in eius puteo, seù ex aqua salsa conficiebatur, ac deindè vendebatur.

33 Et Nos quoque patrocinantes iura Arrendatorum, respondimus quod etsi praetenderetur, dictum puteum salis concessum esse in feudum, & proindè esse immunem; attamen attenta vrgentissima causa, ac publica vtilitate, ob quam impositiones istae fuerunt ordinatae, pro constructione nouae monetae, *absque exceptione personarum, pro quouis praetextu, & causa*, dicta immunitas feudalis, non intelligeretur de his indictionibus vniuersalibus pro bono communi, vt firmauimus suprà *in par.* 1. §. 2. *q.* 10. *num.* 17. *&* 18. *&* §. 6. *de Iur. Dohan. q.* 14. *num.* 15. Et in nostris terminis, de reductione Salinarum ad Regale Patrimonium, scribit doctiss. *D. Ioan. Bapt. Larrea alleg. fisc.* 77. *ferè per tot. lib.* 2. praesertim *nu.* 22. vbi ait, quod publica vtilitate suggerente, possunt reuocari priuilegia Salinarum, quae vassalli habent ex causis seruitiorum Regibus gestorum, vel pecuniarum, quas pro Salinis impenderunt: Idq; aliàs iustè factum ab Augustiss. Rege Philippo II. memorauimus suprà num. 14.

34 At semota huius publicae necessitatis ponderatione, adhùc iuxtà naturam rei, & concessionis, huiusmodi superindictum, seù augmentum pretij salis spectat ad Principem concedentem, neque comprehendi potest in dicta concessione, quae nunquàm extenditur, nisi ad illud ius, quod priuilegij tempore competebat, vt in puncto fundat *cit. Larrea d. alleg.* 77. *à num.* 27. *ad seq.* & in durioribus terminis, quod etiam si fuisset pactum à conductoribus, vt vectigalia aucta cederent in eorundem vtilitatem, idem *Larrea alleg. fisc.* 31. *lib.* 1. vbi *sub num.* 19. inquit, quod in Sale, Reges pretiū augere decreuerunt, ac illud non tam vtilitatem Regis, quàm publicam Regni, & communem statum respexit.

35 Accedit quoque *Raph. Cumanus in cons.* 162. *in fin.* scribens, quod licet Vicarius perpetuus in Regalibus cōcessis, comprehensos etiam haberet reditus Salinarum, tamen in concessione non veniunt noua vectigalia, & noui reditus Salinarum; cum talia Regalia soli Principi videantur reseruata; quem sequitur *Roland. à Valle cons.* 1. *num.* 147. *lib.* 2.

36 Neque speciei huic, sunt adoptabiles

biles termini *cap.1. §.si quis de manso, tit.si de inuestitura feudi contr.fuer.* ex quo inducere volunt, augumentum cedere debere concessioni ad beneficium vasalli; Etenim *Capitulum* illud non loquitur de augmento, de quo quætimus, quando scilicet Princeps aliquid auget, quod longè diuersum est ab his, quæ natura, vel casu augentur, de quibus propriè loquitur *d.§.si quis de manso,* vt declarat *Larrea alleg.fisc.89. nu.19. lib.2.* Imò cum dicta concessio putei Salis, fuerit declarata ad certam summam ducat. biscentum, siuè tot modiorum salis, ex quatnor ahenis, seù *caldarijs* conficiendi, videtur Regia Curia, siuè Arrendamentum sibi omne augmentum reseruasse, seù retinuisse, ex dispositione eiusdem §. *si quis de mãso.* ibiq; *Glos.in ver. reseruauit,* cæterique Feud. ftę; prout in articulo augmenti functionum fiscalium in feudum concessarum, prouenientis ex numero fumantium aucto, annotauimus suprà *in par. 1. §. 3. de exact. funct. fisc. quæst.* 5.

37 Idque ità seruatum videmus in omnibus nouis impositis Regiæ Dohanæ, ac alijs, quæ exiguntur, etiam in Dohanis Baronalibus; Et licet Sal varium habuerit pretij augmentum; nec vnquàm, afferant, a dominis dictæ Terrę aliquid solutum fuisse Regio fisco; Nihilominùs ex iisdem actis in R.Cam. existentibus *in banca Act. Iosephi Galise,* constat, quod Arrendatores Salis, sempèr prælati sunt in emendo salem in dicto puteo confectum, pro illo pretio, quo emebant ab alijs; quæ prælatio ideò non fuit seruata, quia per Baronem prætendebatur, quod pro fructu feudali, ac expensis in salis confectione erogandis, salis pretium ascendebat ad illud idem, & fortè maius, quo illi vendere potuissent; Sed cum hodiè dictus puteus Salis reddat ann. duc. nonincentum, profectò solutis dictis impositionibus, non diminuitur fructus feudalis d. putei, iàm liquidati anno 1585. & vẽditi p duc.biscentũ.

38 Imò anno 1608. publicata fuit *d. Pragm.2. in cap.1. sub tit. de Sale vendendo,* vniuersaliter prohibens cuilibet confectionem salis in qualibet Salina huius Regni, sub quolibet artificio; & si quis ptætendisset habere ius conficiendi salem, infrà trium mensium spatium titulum ostenderet in R. Camera Summariæ; Cuius vigore anno 1612. expeditæ fuerunt prouisiones; & cum Baro *Candidæ* nonnullas scripturas produxisset, pro titolo sui putei; per R.Cam. die 26. Apr.1613. fuit datus terminus, & quod interim Arrendator prælatus fuisset in emptione salis pro pretio, quo emebat ab alijs.

39 Captaq; etiam informatione aduersùs *Franciscum Ant. de Ponte,* Baronem *Caprileę,* & *Grypta Castanearum,* comparuit ipse in Reg.Cam. & produxit instrumentum emptionis d. Terrarum, *cum puteo salis* existente in d. Terra *Gryptę Castanearum,* liquidaro per R. Cam. Summ. pro ducatis biscentum, iuxtà decretum 28. Iunij 1585. *fol.27.proc.R.C.1.vol.* Et die 20. Decembris 1614. decretum fuit, quod detur terminus dierum quatuor vtriq; parti, & *interim Arrendator preferatur in emptione salis pro pretio, quo idem Arrendator emit ab alijs, & non possit alijs vendere, seruata forma banni, & instructionum.*

40 Verùm *Io: Vincentius Macedonius* comparuit deindè in Reg.Cam. dicendo, se emisse d. Terram *Gryptę Castenearum,* & cum alijs reditibus feudalibus d.puteum salis, instititq; declarari pretium salis, quod solui debebat ab Arrendatore, captaq; informatione, fuit calculatum pretium granorum quatuor pro quolibet *rotulo,* & carolenorum sexdecim, & gran. octo pro singulis modijs; ideò die 8.Iunij 1621. per R.Cam. decretum fuit, quod pro executione alterius decreti Arrendator quatuor fũdicorum salis preferietur in emptione salis, qui conficitur in puteo salis d.

d. Terræ, ad rationem granorũ quatuor pro quolibet rotulo.

41 Sed cum reclamassent à dicto decreto Gubernatores dicti Arrendamenti, fuerunt in Aula vocati cum *d.Io: Vincentio*, qui oretenùs se obligauit, haud cõfecturum salem, quàm in quatuor ahenis cum aqua salsa illius putei, & Arrendatoribus per Regium Fiscum fuerunt in mercede deducti, seù bonificati ducati biscentum pro dicta prælatione.

42 Ex quibus paret, quod sal, qui in d. puteo conficitur, & si feudalis, cõprehensus fuit in *d.pragm.2. de sale vendendo*, dum pro vero habitũ fuit, quod concessionem conficiendi salẽ habens, licet ei maneret ea facultas, ostendendo titulum, vt elicitur ex *d. cap.1. Reg.Pragm.* Non tamen poterat illum vendere alteri, præterquàm Arrendatori; Id quod anteà videtur quoq; seruatum ex *decis.202.Reg.Reuerter.* vbi refertur, quod potiebatur *Albertus Benet* iure conficiendi salem in Regno, sed pro bono publico à Regia Curia coactus fuit, vt nonnisi centum quinquaginta currus conficere posset; & quod pro hac quantitate ab Arrendatoribus salis reciperet ducatos centum quinquaginta.

43 Nihil igitur profuit concessio dicto *Io: Vincentio*, pro venditione libera salis, sed iure optimo fuit ei prohibita, ac data prælatio Arrendatori pro pretio, quo emebat ab alijs; & ità etiam in puncto docet *Petr. Barbosa in d.l.diuortio* 8.§.*si vir*, *n.*30. his verbis: *Quamuis igitur ad priuatos pertineat, ex permissione, vel donatione Principis, ipse Princeps in emendo salem debet omnibus alijs præferri, iuxtà text. in l.1. C.de metallar.lib.*11. vbi in specie hoc tradit *Lucas de Penna ad medium, & Platea*, quos sequuntur *Gregor.l.55. tit.5. p.5.in glos.1.Perez l.2. tit. 23. lib.2. ordinam. gl. magna pag.* 434. *& Matienso l.1.tit.18.lib.5. ordinam. gl.2. ad fin.* (adde *Afflict.in c.1. quæ sint regal. ver. argentaria nu.3. & Borrell.d.cap.25.nu.17.& 19.*) *quod à communi Reip. commodo non esse alienum, dicit Bernard. Gomez tract.de sale lib.2.pag.73. cum tàm magnus salinarum prouentus, sæpè causa sit, vt populi multò paucioribus tributis grauentur à Principibus.*

44 Idemq; *Barbosa ibid. vers. vltimò*, ex *Ripa*, notat, quod ex causa publicæ vtilitatis, solent Principes emere salem à subditis paruo pretio, & constituere, quod inter subditos pro maiori pretio distribuatur; Idq; esse de huius Regni Consuetudine, post *Capyc.in inuest.feud. ver. Salinis*, inquit *Montan.de Regal. d fol.294. vers.forma*, quod nempè Regia Curia cogit omnes facientes salem in salinis proprijs, ipsum salem vendere Fisco pro certo pretio, & reliquum plus, quo venditur sal, percipit ipse Rex.

AD QVAEST. I.

An Priuilegium Regis concessum Ecclesijs de tumulis sex Salis, cuilibet ipsarum concedendis, comprehendat Ecclesias, quæ de nouo constructæ sunt.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Priuilegium concessum omnibus Regni Ecclesijs de modijs sex salis, quolibet anno, an comprehendat etiam Ecclesias, quæ posteà constructæ sunt? Arguitur pro negatiua; à n.1.ad 3.

Sed affirmatiua comprobatur decisio, à n.4. ad 8.

*Et an pro hac rata possent Arrendatores petere excomputum, n.*5.

Decis. *istam transcripsit* Reg. de Marinis, *ac laudatur à* Iul.Capon.*n.6.*

1 EX quo Augustiss. Imperator *Carolus V.* anno 1536. omnibus huius Regni Ecclesijs modios sex salis quolibet anno concessit; Fuit inde in dubium reuocatum, an concessio hæc comprehendat etiam Ecclesias, quæ postea constructæ sunt? Quæ sanè quæstio, affinis est alteri ab eodē nostro *Authore* superiùs examinatæ, an scilicet immunitas Vniuersitati concessa, comprehendat incolas, qui de nouo accesserunt *in quæst.* 1.§.2.*de immunit. concess.* vbi & Nos fuso calamo annotauimus.

2 Dubitari itaq; potest, quod sub generali, & indefinita concessione non comprehendantur futura, ex *l. si ità, l.fin.in princ. D.de auro, & arg.* vbi legato relicto, per illa verba, *argentum meum*, tantùm intelligitur relictum, quod testator habebat tempore testamenti, & docent *Menoch. lib.4.de præsump.casu* 127.*n.*34.*Mantica de coniect.lib.*3.*tit.*11.*nu.*1.*Castill. de vsufruct.c.*44.*nu.*4. *Perez de Lara lib.*1.*de Capell.c.*16.*n.*3.

3 Et *Cepoll. in tract. de seruitut. vrb. præd.cap* 50.*n.*21. distinguit, quod si concessio fuit concepta sub nomine vniuersali, veluti *promitto soluere familiæ tuæ, Capitulo, Vniuersitati;*& tūc resoluit affirmatiuè, secùs si nomine indefinito, veluti *Canonicis, liberis meis, Ciuibus,*& tunc dicit,tacitè censeri actum de Canonicis existentibus tempore cōtractus per *l. si seruitus,D. de seruit. vrb. præd.* quam distinctionem,latè in terminis salis comprobat *Quesada controu. forens. cap.*2. *à num.* 34.

4 Contrarium autem decisum refert noster *Author hic n.*8. quia amplissima facienda est interpretatio fauore religionis, & sic concessionem intelligi etiam factam Ecclesijs de nouo constructis per dispositionem text.*in c.quia circà,extrà de priuil. Author hic n.*11. vbi subdit, quod licet

5 Arrendatores salis petijssent excomputum à R.Cam.pro hac rata aucta; tamen benè iudicatum fuit, illi non esse locum,quia istæ Ecclesiæ veniūt

6 ex vi comprehensiua, quam *Authoris decis.* laudat *Iul.Capon.discept.for.*27. *sub n.*6.*et num.*20.*in fin.lib.*1.eamque transcripsit *Reg.de Marin. lib.*1.*resol. cap.*227.*à n.*13.*ad* 17.proùt etiam docet *Cabed.decis.*22.*à num.*5.*p.*2. quidquid dixerint *Calder.cons.*12.*de priuil. Enricus Pirhing Soc. Iesu in tom.*4.*Iur. canon. meth.nou. lib.*5.*tit.*33.*de priuil. sect.*2.*n.*40. Attamèn *Calder.circà fin.* contrarium admittit, quando priuilegium loquitur indefinitè;Et sic etiā aduertit *Author hic n.*9. verba priuilegij esse indefinita,quoad omnes Ecclesias Regni,& lex semper loquitur, *l.Arriani,C.de hæretic.*

7 Verùm alij relati à *Cons.Arias de Mesa lib.*3.*var.cap.*13.discrimen constituunt inter indefinitam dispositionem, cui adiectum est pronomen, *meum*, & inter eam, in qua adiectum non est; Primo enim casu asserunt,indefinitam dispositionem, non protrahi ad futura, quia restricta est per pronomen,*meū*; Secūdo verò casu ad futura indefinitā dispositionē extēdi;quam distinctionem latè *De Mesa* exponit, & limitat *d.c.*13.*cum seqq.*

8 Cæterum supradicta decisio confirmatur,ex *decis.*133.*Rotæ* penès *Bich. à n.*26. *& seq.* vbi de priuilegio concesso à *S.Pontif.Bonifacio VIII.*quod, quia generaliter disponit de Ecclesijs, comprehendat etiam Ecclesias posteà ædificatas; Et in priuilegio concesso Ecclesijs Bononiæ,vel alterius Ciuitatis, extendi etiam ad Ecclesias constructas post priuilegium in eadem Ciuitate, tradit *Alex. cons.* 179.*n.*13. *vers.Ego pro hoc adduco lib.* 2. firmantq; *R. Tapia decis. Suprem. Sen.*8.*n.*3. *Io.Koppen. decis.*17.*n.*9.*p.*1. *Episc. Genuens. in pract. Eccles. q.*397. *Meroll.tom.* 3.*disp.*6.*tit.de priuil.cap.*6. *num.*

num. 159. *de Luca in animaduerʃ. ad Gratian.cap.*608.*n.*4.*et* 5.*tom.*3.

AD QVÆST. II.

Si duæ Ecclesiæ ſint vnitæ, an debeatur duplex Salis præſtatio.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Eccleſijs vnitis, an duplex debeatur ſalis præſtatio, n. 1.

Deciſ. *hanc exarauit* Reg. de Marin. *n.*2.

Vnio Eccleſia, et beneficiorum, qua ſit, remiſſinè, n. 3.

1 Affirmatiuè deciſum fuiſſe, ſtante materia fauorabili, teſtatur noſter *Auth. hic*, cuius pauca verba integrè

2 trãſcripſit Reg. *de Marin. lib.*1. *reſol.quotid.cap.*227. *n.*17. *verſ. Quid ſi dua Eccleſia.*

3 Quæ autem ſit vnio Eccleſiarum, vel beneficiorum, à quo fieri poſſit, & alia ad materiam exornant *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.*3.*cap.*16. *et de poteſt. Epiſc. alleg.*66. *Velaſcus de priuil. paup. p.*1.*q.*12. *Frances de Eccleſ. Cathedrali. cap.*8. *R. Valenz. conſ.*4. *n.*163. *Borrell. in ſumm. dec. p.* 1. *tit.* 28. *de benef. vn. D. Eman. Gonzalez in comment. ad lib.*5. *Decret. ad c.*8. *de exceſſ. Prælat. Cæſar Panimoll. tom.*1. *deciſ. Eccleſ.*1. *annot.*17.

AD QVÆST. III.

Quid ſi eſt auctus numerus Monachorum in Eccleſijs, an ſit augenda præſtatio Salis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Aucto Monachorum numero in Eccleſijs, an ſit augenda ſalis præſtatio conceſſa, n.1. et ſeqq.

Deciſ. D.Reg. *tranſcripſit* R. de Marin. *n.*7.

*Conceſſio, ſiuè obligatio limitata, an extẽdatur, n.*2. *et* 3.

*Obligatus coquere panem, vel ſoluere certam portionem perſonis alicuius familiæ, an ijs auctis teneatur, n.*4. *et* 5.

*Et quid in materia fauorabili, à num.*6. *ad* 9.

Canonicorum numerus, an augeri, vel minui poſſit, n. 10.

1 Non ſine difficultate pertranſire videtur locus iſte, in quo noſter *Author* concludit, affirmatiuè; Etenim cõceſsio Principis, fuit limitata ad certum numerum modiorum ſalis, ideſt ſex pro quolibet Monaſterio, ideò ſi maior quantitas prætenditur, illa denegari poteſt, ex *l. ſi is cui D. quemad. ſeruit. amitt.* in illis verbis: *Non autem concedatur plus, quàm pactum eſt, in ſeruitute habere.*

2 Deindè facit, quia qualificata conceſsio sẽpèr eſt reſtringenda ad qualitatem, ſeù ad quidditatem expreſſam, *Bart. conſ.* 181. *in princip. lib.* 3. illa enim qualitas dicitur data pro forma, *Pariſ. conſ.*66.*num.*112. *& ſeq. lib.*3. *& conſ.*17. *num.*27. *&* 28. *conſ.*

97. *num.* 124. *lib.*1. Siuè etiam quia, quando aliqua determinata, & certa exprimuntur, ad quæ voluit concedens tantùm teneri, declaratur, quod in alijs obligari noluit, *l.quæsitum* 12. *§.idem respōdit D.de fund.instruct.* ibi: *Nam qui hæc, inquit, excepit, non potest non videri de cæteris rebus, quæ in ea essent, sensisse.*

3 Vnde, licet prædia, quibus debetur seruitus, fuerint aucta, non tamen augetur modus aquæ ducendæ, quia seruitutis concessio debet attendi, non agrorum latitudo, *l. non modus* 12. C.*de seruit. & aqua*; quem textum latè exponit *Pecchius in tract. de aquæductu cap.9.quæst.3. lib.2.* & sic, quando quis promisit suis sumptibus sartum conseruare pontem, quod teneatur eam partem seruare, quæ per vim fluminis extensa est, *Bald. & Salyc.in d.l.non modus, Boer. decis.*213. *num.*9. *in fin.*

4 Præterea, qui singulis annis tenetur gratis coquere panem, vel molere frumentum alterius pro se, & familia sua, aucta familia non tenetur, *Thesaur.decis.*226.*n.*2. *Fontanell. de pact. nupt.tom.*1.*claus.*4.*glos.*18. *par.*1.*num.* 117. & 118. *Nigr. de laudem. tom.*1. *q.* 44.*num.*39. *Io: Koppen decis.*17. *Carpzon. lib.*1. *resp.*45. & licet contrarium concludere videantur *Boer.decis.*213. *Reg.Constant.in l.unic. num.* 158. *C.de Classic. lib.*11. Conciliatur tamen, vt prima opinio procedat in promissione gratiosa; secunda verò, quando obligatio est onerosa: & de accipiente in emphyteusim molendinū, cùm tali pacto, *Rodoer. ad Reg. de Marin. lib.*1.*resol.cap.*227. *num.*10.

5 Rursùs obligatus soluere certam portionem pro anniuersario, vel alijs Canonicis alicuius Ecclesiæ, vel personis alicuius familiæ, tantùm obnoxius remanet pro numero Canonicorum, & personarum, quæ tempore obligationis, vel legati reperiebantur, non pro Supernumerarijs, & auctis temporis euentu, vt post alios probat *Petr. Quesada controu. forens. cap.*2. *à num.* 33. *ad seqq.* vbi in puncto scribit, promissionem soluendi quolibet anno in perpetuum cuilibet Canonico Cathedralis Ecclesiæ tot modios salis, non se extendi ad Canonicos tractu temporis auctos.

6 Præfata autem intalligenda sunt in materia odiosa, veluti seruitutum, vel contractuum, quæ est restringenda, & per consequens strictè interpretanda, *Castill. tom.*7. *controu.lib.*6. *de Tertijs cap.*14. *n.*37. *Pecchius in tract. de aquaductu d.q.*36. *nu.*6. & fusiùs in *lib.*1.*q.*2. *num.*22. *& seq.* Secùs autem in materia fauorabili, vt sunt concessiones Principum, & quidem factæ Monasterijs, & sic fuisse decisum, augeri nempè salis præstationem, testa-
7 tur hic noster *Author*, cuius integra verba rescripsit *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol.quotid.cap.*227.*n.*18.*&* 19.

8 Facit etiam circà id, quia cum Capitulū, & Clerus *S. Mariæ Piscopij* Baroli, vigore priuilegij posset suis expensis in Salinis Baroli cōficere centum currus salis albi, illumque extrà Regnum vendere, per Magistrum Portulanum dicta Salis confectio impediebatur, prætextu ordinis R.Cam. vt nemo per anni spatium posset salem facere, excepto illo Reg. Curiæ: Per R.Cam. fuit declaratum, intentionem Regis, nullo modo fuisse, præiudicandi gratijs concessis Monasterijs, & sic fuit ordinatum, vt permitteret dictum salem fieri, iuxtà tenorem priuilegiorum, sub die 10. Iulij 1482. *in Reg.litterar.part.*25. *fol.*16.

9 Imò dicta præstatio salis, licet determinata, fuit concessa pro indigentia pauperum Monachorum, & sic aucto illorum numero, maiori opus est quantitate, attenta mente Cæsareæ Majestatis, quæ fortè noluit se præcisè restringere ad numerum modiorum sex tantùm, *Author hìc n.*3. & sic regulam illam, vt aucta familia, vel re, nō augeatur seruitus, vel onus procedere, nisi de contraria mente disponentium appareat, ex *l.fin.* §.*Caio D.de libert.leg.* docet *Koppen d.dec.*17.

num.

num. 19. par. 1.

10 An autem Canonicorum numerus augeri, vel minui posśit, distinguitur, quod, aut agitur de Ecclesia non numerata, & tunc deueniri poteſt ad augendum numerum; Vel de Ecclesia numerata, vbi ſcilicet certus præfixus fuit numerus; Et tunc per Ordinarium cum conſenſu Capituli augeri poteſt, vel cū Papæ authoritate, ſi præfinitus fuit per Papā, ſi tamē poſteà excreuerint Eccleſiæ facultates, vt latè declarant *Barboſa de Canonic. & dignitat. cap. 3. & de poteſt. Epiſcop.par.1. alleg.87. D.Eman.Gonzalez in comment.ad lib.1.Decret.tit.2. de Conſtitut.cap.12. Cardin.de Luca in Theatro veritatis,& Iuſtit. tom.12. tit. de Canonic.& Capitul.diſc.6.Cæſar Panimoll.deciſ.for.Eccleſ.98.annot.2.*

AD QVÆST. IV.

Qualiter intelligatur clauſula appoſita in Arrendamentis, *cum omnibus iuribus, quæ ad Curiam ſpectare poſſunt.*

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Gabellarum locationes per modū Capitulorum fiunt cum quibuſdam pactis, quæ ad inſtar legis ſeruari debent, num.1. & 2.

Clauſula in Arrendamentis apponi ſolita, cum omnibus iuribus,quæ ad Regiam Curiam ſpectant, & ſpectare poſsunt, *quæ iura comprebendat, num.3.& 4.*

Ius futurum quotuplex ſit, & quodnàm veniat in eius ceſsione, à n.5. ad 7.

Conductores gabellarum, quæ iura acquirant, à n.8. ad 11.

Locatio gabellæ, quomodò iuxtà ſolitum reguletur, num.12.& 13.

1 Gabellarum locationes, fiunt per modum Capitulorum, cū quibuſdam pactis, tam ex parte Regię Curiæ, quàm priuatorum, vt etiā aduertit *Goffred. de Gaeta ſuper Rit. eiuſdem R.C.in rubr.33.de Excomputis num.1.* Quæ Capitula ad inſtar legis

2 ſeruari debent, *Corneus conſ. 339. in princ. lib.1. Parif. conſ.82.n.47. lib.1. Burſat.conſ.190.num.43. vol.2.Reg.de Ponte conſ.88. num. 3. lib.2.* poſt alios *Dom. Anſaldus de Anſaldis in tract. de commerc.& mercat.diſcurſ.47. num. 3.*

3 Et in pactis Arrendamenti Salis cum adeſſet illud, quo Regia Curia conceſsit iura ſalis Arrendatori, *cum omnibus iuribus, quæ ad Regiam Curiā ſpectant,& ſpectare poſſunt,* hinc dubitatum fuiſse teſtatur noſter *Author hic,* quod cum durante Arrendamento deuolutum fuiſset ius menſuraturæ ſalis, Arrendator prætendebat emolumenta ex illo iure percepta per illam clauſulam (*quæ ſpectant, & ſpectare poſſunt*) quæ comprehendebat etiam iura futura, ex *l. ſi ità quis D.de leg. 2.*

4 Attamen contrarium concludit noſter *Author hic à num. 2.* per regulam *Ritus R.Cam.2. ſub rub.33. de Excomputis,* vbi in Arrendamentis ſubintelligitur clauſula *ſicut ſunt hodie in manu Curiæ,* & licet verbum, *poteſt,* ſit extenſiuum ad futura, tamen debet intelligi de futuris inſpecto tempore præſenti, quæ poterant per Curiam peti, & requiri, nōn ea incerta, quæ in futurum poſſunt deuolui, ex *Bart. in l.ſi ita eſſet n.5.D.de auro, & argento leg.,* & ſic deciſum die 2. Auguſti 1569. teſtatur noſter *Author hic n. 6.* quam deciſionem etiā recenſet *Præſ. Maſtrillus in notis ad Rit. 3. ſub dicta rubr.33.de Excomput.fol.593.*

5 Quod confirmari poteſt,ex tripartita iuris futuri diſtinctione; aliud enim dicitur ius delatum; aliud ius futu-

futurum ex causa de præsenti, aliud autem ius futurum ex causa de futuro, *Paul.Galleratus de renunc. to.1. lib. 4. cap.3. à num.* 38. *& tom.2. cent.1. à num.1. D. Alphons. de Olea de cess. iur. tit.3. q.10. n.* 2. Ius delatum dicitur, cuius acquisitio ex nostra voluntate pendet, & quæsitum non est. Ius verò futurum ex causa de præsenti dicitur, veluti debitum in diem, vel sub conditione; Ius denique futurum ex causa de futuro est, quod nec re, nec spe competit, veluti hæreditas viuentis.

6 His positis communis resolutio est, futura iura venire, quæ ex causa de præsenti competunt, non verò, quæ ex causa de futuro, & superuenienti sperantur, *l.2.D.de test.liber.* post alios *Olea d.q.10.num.*21. *De Luca in Spicileg. cess.iur.quæst.*97. *num.*5. *& in Labyrintho cess.iur.via* 87. *num.*5.*R.Reuerter.decis.*553. *circà med.* vbi *Reg. de Marinis n.*4. *&* 5. latè *Mans. consult.* 2. *num.*28. *&* 29.

7 Locatio autem gabellæ habetur pro iurium cessione, *l. creditor D. de act.empt. Clapper. caus. fisc.*49. *q. unic. num.*1.

8 Quid verò intelligatur translatum in Conductorem gabellarum, an scilicet ius eas exigendi, vel potiùs sola commoditas illas percipiendi? In quo puncto *Bertachin.de gabell.par.*2. *n.*2. post adductas leges pro translatione iuris facientes, dicit, quod tamen illis non obstantibus, ipsa cōmoditas percipiendi videtur locata, per *l. si usufructu D. de iur. dot.* quem sequuntur *De Luca in cit.Spicileg.cess.iur. q.*84.*n.* 1. *vers.similis, et in d. Labyrinth. cess. iur.via* 150. *num.*12. *Pacion. de locat. cap.*13. *num.* 22.

9 Venit etiam in locatione gabellæ ius illam exigendi, & quidquid est ad talem exactionem necessarium, puta, Capanna, vel domus, in qua exigitur, *Bertachin. d.l.n.*65. *Bursat. cons.*190.*n.* 31. *vol.*2. *Surd.decis.*201. *num.*1.*in fin. Pacion. d.cap.*13.*n.*28.*et cap.*23. *n.*83. vbi à *n.*98. scribit, quod clausula, *cum omnibus iuribus, et pertinentijs suis*, referenda est ad ea, quæ sunt de natura rei, cui addita est.

10 Rursùs quæritur, an isti Conductores gabellarum, & aliarum rerum fiscalium acquirāt priuilegium fisci; præcipuè procedendi contrà debitores incipiendo à captura?

Et negatiuam partem tuentur *Guid. Pap.sing.*287. *Boer. decis.*180.*num.*10. *Faber in suo C.lib.*4. *tit.*4. *defin.*1. quia per mutationem personæ mutatur conditio, & perditur priuilegium, ex *Bart. in l.per Procuratorem nu.*3. *D.de acquir.hared.*

11 Sed contrarium tenent *Manson. de caus. execut. ampl.*30.*num.*22.*Guttier. de.gabell. q.* 167. *num.*5. *Castill. decis.* 120. *n.* 12. *& seq.* quia dictum priuilegium fisci dicitur personale ad differentiam realis, quia scilicet non cōpetit ratione rei, sed non est personale, itaùt cedi non possit, vt post alios aduertit *Surd.cons.*444. *num.* 11. *vers. Et non obstat,Castill.d.decis.*120. *n.*13. præsertim quia Fiscus passim consueuit sua iura Conductoribus cedere, *Girond. de gabell. par.*4. *in princ.num.* 19. *ad fin.* & seclusa cessione, etiam conductores vtuntur iuribus Fisci, tanquàm eius Procuratores; vt firmant *Pacion de locat.d.cap.*13.*num.*30. *Olea de cess.iur.tit.*6.*q.*4.*num.*7.

12 Cæterùm recipit hæc locatio interpretationem à solito, adeoùt habeatur pro expressa clausula in instrumento locationis gabellæ, vt censeatur locatio facta iuxtà solitum, *Bertachin. de gabell.par.*2.*nu.*11.*Bursat.d.cons.*190. *num.*36. *Caualer. decis.* 60. *num.*9. *Pacion.d.cap.*13.*n.*29. & in terminis datij salis, ijdem *Bursat. cons.*329.*num.*2. *lib.*3. ac *D.Ansald.in d.tract. discurs.*96. *num.*16. 17. *&* 18.

13 Quinimò intelligitur de solito iuridico, & prout de iure solitum procedit, non autem de solito meri facti cum præiudicio alterius, *Card.Tusch. pract. concl.lit.S.concl.*334.*n.*1. factaq; locatione gabellæ cum pactis, & modis vsitatis, intelligitur de pactis, & mo-

modis in vsum deductis, honestis, licitis, & à statutis permissis, non de prohibitis, *Altograd. consf.1. num. 29.* post alios.

AD QVAEST. V.

Arrendator, vel Administrator pecuniæ fiscalis obligatus ad ratiocinia, si efficitur Clericus an, & qualiter possit conueniri.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

R*atiocinijs obligati, an ad sacros ordines possint promoueri, n.1.*

Clericus effectus, qui erat obligatus ad ratiocinia, seù reliquator, an coram Iudice Laico possit conueniri, à num. 2. ad 4.

Et quid in criminalibus, n:5. & 6.

Clericus suscipiens aliquod officium, tutelam, vel administrationem sub Laicorum iurisdictione, an debeat conueniri coram Iudice Ecclesiastico, num. 7.

1 Ratiocinijs obligati, ad sacros ordines admitti nequeunt, nisi deposito onere, ac redditis rationibus, *cap. unic. extrà de obligat. ad ratiocinia c. magnus 54. dist. l. officiales 4. C. de Episc. & Cleric.* vtilitèrq; declarant *Barbosa lib. 1. de Iure Eccles. cap. 33. n. 134. Gibalin. de irregularit. cap. 3. q. 5. princ. 3. Fornerius lib. 3. select. cap. 7. R. de Marin. lib. 2. resol. iur. cap. 177. & in obseru. ad Reg. Reuert. decis. 29. post Excobar. de ratiocin. cap. 4. nu. 1. D. Eman. Gonzalez in comment. ad lib. 5. Decretal. in d. cap. unico; Enric. Pirbing. Soc. Iesu in methodo noua Iur. canon. tom. 1. lib. 1. tit. 19. D. Didac. Belero de decoct. deb. fiscal. tit. 1. q. 9. n. 9.* vbi refert quoque nostrum *Authorē hic*, & post alios agit, an Clericus conductor Regij vectigalis, possit in carcerem Regium duci.

2 Difficultatis cardo in eo versatur, si postquàm factus est Clericus, possit contrà ipsum procedi, prout euenisse tradit hic noster *Author*, in Arrendatore talis, qui cum esset reliquator, & iàm significatus, suscepit sacros ordines.

3 Et ipse *Author* concludit *num. 4. & 19.* quod postquàm Clericus est promotus, non per hoc potest allegari, ipsum non debuisse promoueri, sed quod posset allegari tātùm, quod iudicium cæptum remanet coram Laico, & quod etiam in causa ciuili facta executione reali contrà Clericum, non possit deueniri ad capturā personæ, sed benè ad retentionem personæ, si erat detentus per Palatiū ante promotionem, in criminalibus verò non posse de persona puniri per laicum, nisi præcedente degradatione.

4 Idemq; tenere videtur *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 53.* vbi sic decisum per R. Cam. Summ. sub die 20. Nouembris 1577. refert *ibid. n. 11.* in causa vertente inter *D. Petrum Velasquez* Scribam Portionis, & *Franciscū Morillum*, qui cum exercuisset officium Prouisoris triremiū, effectus demùm Clericus, fuit per dictum Scribam Portionis in R. Cam. vti Iudice competente conuentus ad reddenda suæ administrationis computa; Et opposita per ipsum fori exceptione, fuit prouisum esse procedendum ad vlteriora petita remissione non obstante, quem sequitur *Cons. Altimar. in obs. ad Reg. Ronit. decis. 20. n. 23.* & in casu debitoris fiscalis carcerati, & habilitati cum cautione, scribit *Cons. Fabius de Anna cons. 140. lib. 2.* quod si fiat Clericus, possit per Regiam Camerā Summariæ cogi.

Sed

5 Sed quoad causas criminales, rectè non posse puniri per Laicum, nisi præuia degradatione docet noster *Author hic n.* 11. Etenim, vt dicit *Io. Andr. in c.1. de obligat. ad ratiocin.* Clericatus etiam in fraudem assumptus prodest, quia fraus non facit, quod non dicatur impressus character in anima, & per consequens ille talis, vti verus, & realis Clericus diudicandus est, *Episc. Genuens. in praxi for. Eccles. cap.8. sub n.* 3. *Rodoer. ad* R. *de Marin. lib.1. cap.48. n.12. & seqq.*

6 Quod etiam comprobari potest, ex discussis in simili quæstione, an scilicet Laicus, qui delictum aliquod cōmisit, puniri possit à Iudice seculari, an autem ab eius iurisdictione exēptus sit, si post delictum Clericus efficiatur? De qua pleno calamo, *de Angel. in suo Prato ad lib.* 1. *C. de Episc. & Cleric. l.* 3. *Mastrill. decis.* 294. *tom.* 3. *Rodoer. ad Reg. de Marin. d. cap.* 48. *à n.* 8. *ad seqq. D. Carol. Ant. de Luca in obs. ad Praes. de Franch. decis.* 209. *per tot. & obs.* 384. *num.* 5. Et quid de Clerico delinquente, effecto Laico, idem *de Luca in obs. ad Praes. de Franch. decis.* 417. *& in animaduers. ad Gratian. cap.* 226. *tom.* 2.

7 Et in Clerico suscipiente aliquod officium, vel artem, sub laicorum iurisdictione existentem, vel facto sequestro; aut depositario per Iudicem secularem, tutore, curatore, vel administratore bonorum laici, qui ad restitutionem depositi, seù consignationem sequestri, vel pro reddendis rationibus, coram quo conueniendus sit, videndi sunt Reg. Ronit. decis. 20. ibiq; *Conf. Altimar. in obs. Reg. de Marin. lib.1. resol. cap.* 53. *& lib.2. cap.* 177. *à n.* 8. *Rodoer. in add. ad cit.* Reg. *de Marin. cap.* 53. *per tot. Mucci ad* Reg. *Sanfel. decis.* 14. *num.* 14. *Palma Nepos alleg.* 171. *t.* 2. *Cortiada decis. Cathal.* 10. *n.* 114. *t.* 1. *Excell. D. Francisc.* Ramos *del Manzano in comm. ad leg. Iul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 55. *à num.* 5. Et debere Clericum coram Iudice Ecclesiastico conueniri, pro rationibus reddendis, fuit decisum per S.C. apud *cit. Reg. Ronit.* licet contrarium defenderit R. *Capyc. latr. consult.* 103. vbi etiā ait, quod eueniente casu de *d. decis.* cogitandum erit.

AD §. XXI.

De Iure Releuiorum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

INuestituræ renouatio, quare facienda, & infrà quod tempus, n. 1. *& 2.*

Releuium, quomodò introductum in Regno, & vnde denominetur, n. 3. *& 5.*

Releuij duplicati pæna, vel cum interesse ad electionem R. Fisci, quando statuta fuerit, n. 4.

Releuium soluitur à successore, n. 6. *& quid in Ecclesijs, ac Vniuersitatibus, n.* 7.

Releuij duplicati pæna, an sit soluenda quoque à minoribus, vel Balijs, num. 8. *& 9.*

Et quid in Curatore patrimonij decocti, n. 10. *& 11.*

Releuij soluendi praxis, n. 12.

Ius releuij, ad quam quantitatem ascendat, num. 13.

1 INuestitura, vel potius feudalis contractus, hāc habet singularem naturam, quod alterutro contrahentium, domino scilicet, vel vasallo mutato, sit renouandus, vsquè adeò, vt si intrà tempus legitimum, & iure feudali definitum; renouatio inuestiturę petita non fuerit, feudum amittatur, nisi legitimæ alicuius causæ interuētu, vasallus excusationem mereatur, *c. vnic. quæ fuit prima caus. benef. amit. c. vn. in pr. de cap. Corradi.* Vetus autem inuestitura, quæ & renouatio inuesti-

uestituræ dicitur, est actus, quo vetus feudum successione delarum, in persona successoris confirmatur, ac renouatur, *c.vn. in fin. de feud.cognit. c. vn. in pr. de Consuetud. rect. feud.* Cuius ratio redditur, quod petitio inuestituræ, sit quasi census deuotionis, recognitionis, & reuerentiæ, quæ domino præstari debet, itaùt si non fiat, res in commissum cadat, *Schrader. de feud. p. 6. c. 1. & cap. 2. num. 15. & seq. Mozz. de feud. rubr. de substantial. seù requisit. feud. à n. 40. Rosenthal. in Synopsi feud. cap. 6. concl. 29. 30. 43. et seq. Obrecht. de feud. lib. 2. cap. 7. à n. 40. Bocer. de inuest. feud. cap. 5. ex n. 6. Rudinger. in meth. iur. feud. lib. 1. cap. 11. à n. 33. lib. 1. controuers. feud. cap. 6. Georg. Scultzen in Synopsi iur. feud. cap. 9. à n. 62. Georg. Adam. Strun. in syntagm. iur. feud. cap. 10. de renouat. inuest. ex nu. 1. D. Ioseph Vela dissertation. iur. cap. 15. & 16.*

2 Tempus autem petendæ renouationis legitimum, est annus, & dies, *c. vn. in princ. qua fuit prima cauf. benef. amitt. c. vn. in pr. vers. præterea, de probib. feud. alien. per Frider.* Quod etiam ità est de Iure nostri Regni, illud autem additum fuit, quia iure communi pro ista habēda inuestitura nihil soluebatur; Introductum tamen

3 fuit in Regno, vt soluatur *Releuium*, quod secundùm *Hotomanum* dicitur *Honorarium*, quod nouus Vasallus patrono largitur, introitus causa, estque medietas fructuum illius anni, quo moritur feudatarius; Cuius moris meminit Imperator *Federicus in Const. Regni, post mortem, sub rubr. de nunciand. morte Baron.* ibiq; insignis Feudista *Andr. de Isernia, & in cap. 1. § sed & res, per quos fiat inuest.* inquit ab vsu tantùm loquendi, fuisse introductum; Vnde in signum deuotionis, & reuerentiæ, imò ex more introductum releuiū concludūt, vno ore nostri DD. & post *Authorē* nostrum hîc, aliosque *Andreas Capanus in absoluto tract. de Iure Releuij p. 1. qu. 1. & seqq. Borrell. in summa decis. par. 1. tit. 38. de releu. n. 1. & seqq. Conf. Gizzarell. decis. 8. n. 8. ibiq; in addit. de Angelis n. 6. de Mari n. 1. Præs. de Franch. decis. 121. et 425.* vbi *Addent. Reg. de Curte in suis resolut. feud. cap. 3. ex nu. 46. Nouar. de grauam. Vasall. t. 2. grau. 49. n. 5. Klock de ærar. cap. 42. num. 14. Laratha in Theatr. feud. p. 12. dilucid. 39. & seq. R. Capyc. latro decis. 92. n. 3. lib. 1. Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. decis. 371. nu. 1. Conf. Pratus obseru. pract. 8. & tom. 3. discept. for. cap. 21. ac in add. ad Paschal. de virib. patr. potest. p. 4. c. 1. vers. ad n. 11. Conf. Petra super Rit. M.C. 4. n. 16. t. 1. Præs. Ganauerr. decis. Reg. Cam. 33. n. 4. Vincent. Brilla ad Consuet. Neap. tit. 25. cap. 2. n. 170.*

4 Insupèr aduertendum, quod licet de Iure communi non petendo inuestituram intrà annum, & diem, amitteretur feudum, in Regno verò ex hac non petitione, non amittitur feudum, sed est pœna duplicati releuij, vt omnium consensu asseritur, quod statutum fuit tempore Regis *Roberti*, vt ex *cap. Regni 256. incip. In nomine Dei, siuè apud Fogiam*; & deprehenditur ex duobus rescriptis eiusdem Regis *Roberti*, quæ transcripserunt *Iacob. Anellus de Bottis in add. d. cap. in 1. vers. nos autem volentes, & in 2. vers. non intendimus*, & *Laratha in theatr. feud. p. 12. dilucid. 44.* Et cum tempore Regis *Ferdinandi Primi* dubitaretur, an istæ prouisiones Regis *Roberti* essent in obseruantia? Regia Camera eiusdem Regis Secretario affirmatiuè rescripsit, vt ex tenore relato per *R. de Curte in suis resolut. feudal. cap. 3. n. 47.* vbi subdit, quod in hac determinatione Reg. Cam. persistit, vt proptèr nō denunciatam in tempore mortem feudatarij, non priuet successorem feudo, sed statuta est pæna duplicati releuij, & sic erunt integri fructus illius anni, quo feudatarius moritur, & ità in dies obseruatur, licet sit in electione Fisci, vel accipere simplex, vnà cum interesse, vel duplicatum releuium.

5 Releuij autem nomen secundum

Conſ.Pratum obſ.pract.9. contrà *Iſerniam*, *Borrell.* aliosq; dicitur à *releuando* vaſallum ſoluentem, qui niſi infrà annum,& diem obitus feudatarij, renouationem petierit inueſtituræ,ſoluet duplicatum releuium,& releuatur à pœna amiſſionis feudi, adeòq; potiùs releuatur vaſallus, quàm dominus; & hanc vocabuli ethimologiam iactat *Prat.* ſe facere, ingenij acuendi cauſa, contrà quem arguit *de Luca ad Praſ.de Franch.dec.* 425.*n.*2.ex eo quia ſimplex releuium ſempèr ſoluitur, & in duplicato ſolùm verificatur,quod releuat ab amiſſione feudi; Vel quia releuat eum, cui præſtatur, aut vaſallum, qui feudum reaſſumit,*Laratha d.p.*12.*dilucid.* 49.*n.* 3.*&* 4. Vel quia morte Vaſalli, vt Vaſallus cecidit, ſic eum eo cecidit feudum, & propterea denuò oporteat releuari, hoc eſt attolli, & non *releuium* modò, ſed & *releuatio* appellatur, ſecundùm *Gerard. Voſſium de vitijs ſermon. & var. gloſſem. lib.*3.*cap.*41.

6 Soluitur autem releuium a ſucceſſore in feudo, ſi tamen eſt poſseſsor feudi,vt poſt alios ſcribit *De Luca ad Gratian.cap.*223. *à num.*5. *ad* 6.*lib.*2.

7 Et Eccleſiæ, vel Vniuerſitates non poſſunt de nouo acquirere feuda,niſi expreſsa licentia Regis, & ſic Tertis ad Regium demaniū admiſſis introitus Baronales poni debent in capite priuati, ad finem, vt Fiſcus non fraudetur debito releuio,& deuolutione, & in multis taxatum eſt tēpus, quod ſingulis quindecim annis ſoluant releuium,vulgò,*quindennium*,teſte *Reg. deCurte in reſol.feudal.cap.* 3. *num.*59. *&* 60. Idquè latiùs dilucidatur *in lectione feudali Conſ. Petri Carauita*, quam in fine huius §. adnectemus.

8 Et tempus præfatum ad ſuſcipiendam inueſtituram, currit paſiformitèr, ſine ſpe reſtitutionis in integrum minoribus,tanquàm maioribus,vt ex decreto generali Reg.Cam. de anno 1544. *in Arreſt.*72. apud *Reg. de Marin. cit. de Curte num.* 75. *Laratha d, par.*12.*concl.*46.& poſt *R.Rouit.*& *Capan.* memorat etiam *Praſ. Ganauerr. deciſ.*31. *num.*16.

9 Et anno 1651. ſtatutum fuit, vt Balij,ſeù Tutores feudatariorum, infrà tempus debitum eorum nomine denuncient Regiæ Curiæ mortem, aliàs pupilli teneantur ad ſimplum, ipſi verò Balij, & Tutores ad illud plus, quod aſcenderet, vnà cum intereſse de proprio,abſque ſpe repetitionis,ex *prag.*76. *de Off. Proc.Caſ.*

10 Sed an id procedat in Curatore Patrimonij in iudicio deducti, tanquā repræſentante perſonam hæredis, ad quem ſpectat releuij ſolutio? affirmatiuè dicendum videtur,ex traditis in ſimili per *Corbul.de cauſa priuat. ob non ſolut.canon. ampl.* 29. *à num.* 12. vbi *num.* 14. monet Aduocatum minoris, probare, Curatorem non eſse ſoluēdo, ſi vult illum ex capite ignorantiæ aduersùs non ſolutum canonem ex equitate reſtitui; Verùm ſi

11 ante *d. Prag.*hoc dubitabatur de Balio, qui principalitèr datur bonis feudalibus, & conſequentèr allodialibus, vt patet ex *cap. Regni*, *feudatarius*, *& pragm.*2. *de minor.* ac docet *Conſ. Marcian. conſ.* 39. *num.* 20. Eò fortiùs cogitandum relinquimus in Curatore, qui eſt tanquàm procurator ad lites, & non habet bonorum adminiſtrationem, *Conſ. Rocc.reſp.*17. *num.* 3. *lib.*2. & bona etiam feudalia per Senatum,aut locari, aut per quēpiam adminiſtrari mandatur.

12 Præterea forma obſeruata in Reg. Camera in exactione,& liquidatione releuij, traditur per *Reg. de Curte in ſuis reſol.feud.cit.cap.*3. *num.*54.quod ſcilicet compareat hæres feudatarij, vel pro eo legitimus Procurator cum ſpeciali mandato,antequàm elabatur annus, & præſentet comparitionem, in qua aſſerat,mortuū feudatarium, cuius mortē denūciet R.Curię petēs ſibi renouari inueſtiturā, offerēs ſoluere debitū releuiū,p cuius ſolutione præſentat liſtam corporū,ac eorū introituum,fructuū, & reddituum illius

lius anni, in qua mortuus fuit feudatarius, quam iuret esse vetam, & Rationalis, ad cuius onus spectat, relationem facit in Reg.Cam.quæ resoluit difficultates, si quæ sunt, tam circà liquidationem corporum, si sunt feudalia, vel burgensatica, quàm etiam circà deductionem expensarum, & onerum, & omnibus liquidatis expeditur significatoria, illaq; traditur Perceptori significatoriatum exigenda.

13 Quod releuij ius in Regno calculatum fuisse ad summam ducatorum annuorum triginta mille plus, minúsue ex Bilancio trāsmisso ad S. R. Maiestatem, testatur noster *Author hic n.* 3. quem refert, & sequitur *Capan. in d.tract.de iure releu.p.1.q.5. n.*18. vbi subdit, maiorem summam exigi ex significatorijs releuiorum, ac super eis satisfieri permultis officialibus tradit. Sed ex *libro nouæ situationis Regni anni 1669.* ascendere possunt quolibet anno ad duc.22000. Et ex *Resultis* Regij Cedularij, duc.26500.

AD QVAEST. I.

Si anno mortis nihil percipitur ex feudo, an debeatur releuium, & qualiter.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Releuium, an sit medietas fructuum illius anni, quo moritur feudatarius, an facta coacernatione trium annorum præcedentium, à n.1.ad 4.

Et quid si ex feudo percepti sint fructus, ex aliquo autem corpore feudali nihil, n.5.

Annus mortis feudatarii, quomodò computādus in liquidādis fructibus, n.6.

Et respectu liquidationis olei, quodnàm tempus attendatur, n.7. ac transcribuntur ad materiam duæ allegatiunculæ, à n.8.ad 20.

1 QVæritur primò hic, an releuiū sit medietas fructuum illius anni, quo moritur feudatarius, vel vnius anni? Et quidem *Franc. de Amic. in repet.de his qui feud. dare poss. col. 1. fol.* 50. (quem sequitur *Camill.Borrell.in summa decis.p.1. tit.39. n.32.*) distinguit, quod aut nulli fructus sunt percepti, & sic sterilitas sit in toto feudo; & tunc poterit Fiscus vberiorem expectare annum; Aut in parte feudi, & in parte fructuum, tunc Fiscus tenetur stare illi anno, & medietas collectorum soluenda est, prout in hoc casu indicatū in R.C. in causa *Marchionis Padulæ ex Thoma Nauclerio* asserit *Præs.de Franch. decis.*121.*n.*10. Et si nulli fructus colliguntur, attendi vnum annum præcedentem testātur *Freccia de subfeud. lib.2 author. 3. n.28.in fin. Capan. de Iure releu.p.1.q.* 18.*n.*7.*&* 8.*& p.2. q.5.* & *Reg.Camill. de Curte in suis resolut.feud.cap.3.num.* 65.*in fine*, quem refert *Reg.de Marin. in obs.ad R.Reuert.decis.*248. *nu.*3. *in nouiss.editione.*

2 Communis tamen, & in praxi recepta opinio est, quod releuium sit medietas fructuum vnius anni, siuè anni mortis, non vt debeatur ex fructibus, sed in pecunia ex valore feudi, & reditus, habita ratione de reditibus feudi, de fertili in fertilem, per tres annos præcedentes, ijsq; coaceruatis, tunc de hoc verisimili reditu, Fiscus capit medietatem fructuū vnius anni, vt concludunt post alios *Barbat.de diuis.fruct.p.2.cap.14.nu.*10. *Capiblanc. in pragm.1.de Baron.n.*52. *Reg.Tapia lib.6. Iur. Regni Neap. tit.* 20.*in annot. ad Const. post mortem n.4. fol.*212. *Mele ad Gizzarell.decis.8.nu.* 19.*Laratha in Theatro feud.p.12.dilucid.*40. *Præs.R.Cam.Ganauerr.dec.*33. *de Luca ad Præs. de Franch.d.dec.*121. *n.* 1. quam coaceruationem trium an-

norum, probari per *Bald. in l. itàut, D. mand.* inquit *Anna sing.* 98. quem deinde sequitur idem *Capan. d. p. 2. q. 13. n. 10.* Et ità fuisse solitum R. Cam. ritum, adhibito Rationalium consilio, testatur noster *Author hic num. 2.* quem referunt, & sequuntur *Capan. d. p. 2. q. 5. n. 29. & 30. Gizzius in obser. ad* R. *Capyc. latro decis.* 92. *n.* 8. *lib.* 1. vbi nostrum *Authorem* doctissimum, & æquissimum præconizat; & ità etiam decisum per R. Cam. anno 1556. vt in *Arrest.* 174. *seù* 175.

3 Quam sententiam, permultis rationibus præallegati DD. comprobant, omissa illa varia lectione verborum *Iseruitij, illius anni*, an verò, *vnius*, præcipuè, quia releuium soluitur in recognitionem directi dominij, quæ non debet pendere à contingenti existentia fructuum, & sterilitas vnius anni compensatur eum vbertate aliorum pro cognoscendis alicuius rei redditibus, *Velasc. de Iure emphyt. q.* 27. *n.* 4. proùt etiam obseruatur in liquidatione adohæ.

4 Præterea aliam rationem excogitauit noster *Author hic num.* 5. & 6. miraturq; quod à nemine fuerit ponderata, quod scilicet *Constitutio Regni incip. post mortem*, statuit deberi releuium, nec distinxit magis de illo anno, quo moritur, quàm de alio, licet vsus, & mos posteà declarauerit, quod sint fructus illius anni mortis, qui vsus, & mos seruãdus erit, quando sunt percepti fructus, non autem quando nulli protsùs essent percepti, quia hoc casu Fiscus excluderetur à releuio, quod omninò sibi debetur per *Const.* præfatam, quæ statuit, pro releuio soluendas esse decem vncias, & sic medietatem fructuum, cum feudum interpreteretur esse redditus vnciarum viginti; quam rationem tradit etiam *Reg. de Curte in suis resol. feud. d. cap. 3. num.* 65. qui fuit coetaneus nostri *Authoris*, & in eodem casu scripsit.

5 Cęterum si ex aliquo corpore feudali nihil fuit perceptum, nõ per hoc poterit Fiscus prætendere releuium, proùt fuit in fructu anno præcedenti; sed tantùm ex fructibus aliorum corporum, qui per hæredem percepti fuerunt, vt tradit *Reg. de Curte d. cap. 3. d. num.* 65. quem sequitur *Reg. de Marin. in d. obs.* 248. *num.* 6. *in d. noua edit.* aduersùs nostrum *Auth. hic sub num.* 2. ac transcribit quoque verba *Præs. Iul. Cęs. Minadoi*, qui ità concludit: *Istoque iure vtimur in R. Cam. quidquid ex relatione mag. Rationalium aliter fuisse seruatum affirmet Dom. Moles in suis decisionibus, quas adhùc impressas, ex hæredum negligentia non habemus*: Idq; latè probat *Cons. Marcian. cons.* 34. *ferè per tot. vol.* 1. releuij nempè liquidationem, fieri inspecto reditu vniuersitatis feudi, non rerum singularium, & sic pro *Ill. Magdalani Duce* iudicatum refert.

6 Si autem annus mortis feudatarij sit fertilis, computandus est iuxtà modum, & praxim traditam à *Præs. Ganauerro d. decis.* 33. *n.* 21. 22. & 23. vt scilicet si fructus feudi reperiuntur in totum, vel in partem locati, vel soliti locari, merces locationis erit legitima quantitas valoris, eiusq; medietas iustum releuium. Quando verò non sunt soliti locari fructus, annus mortis incipit currere sub hac distinctione, quod aut fructus colliguntur dietim, vt gabellæ, & similia, & tunc incipit à die mortis, aut colliguntur semèl, aut bis in anno, vt frumentum, vinum, & glandes, tunc si mors feudatarij contigerit ante *Kalendas Martij*; computantur fructus fertiles anni præcedentis, si verò cõtigerit post *Kalendas Martij*, computantur fructus fertiles anni sequentis, & hanc praxim fortè sumptam esse ait ex *cap.* 1. § *his consequenter, tit. hic fin. lex*, de quo videndi *Præs. de Frãch. dec.* 19. *et* 572. R. *Reuit. sup. prag.* 4. *à n.* 83. *de feud. Cons. Gizzarell. dec.* 33. *vbi Addentes, Capan. de iure releu. p.* 1. *q.* 21. *Amicangel. quæst. feudal.* 18. *à n.* 91.

7 Et respectu liquidationis olei inspici tempus, quo premitur, ait Ga-

Capan. d. par. 2. quaest.13.num.6. & in oleis quoque loquitur *cit. Conf. Marcian. d. conf.*34. probans attendi tempus mortis, licet pauci fuerint percepti fructus; In quo casu reperimus quandam *allegatiunculam* manuscriptam pro *Ill. Marchionissa Galatolae*, sequentis tenoris.

IN IVRE ET IN FACTO PRO

Ill. Marchionissa Galatolae.

IN liquidatione fructuum Status Marchionatus Galatolae pro soluendo Regiae Curiae releuio, iuxtà vetustissimum huius Regni morem, ob mortem Ill.Iulij Caesaris Squarciafici vltimi, & immediati possessoris status praedicti, oritur difficultas, medietatem fructuum olei, cuius anni Regiae Curiae deberi, si illius, quo Marchio Iulius Cesar obijt, qui die 3. Nouembris 1582. decessit, & finitur 2. die Nouembris 1583. vel sequentis anni mortis à die 2. Nouembris 83. vsq; in diem primum Nouembris 84. Praetextu fortassè, quod illo anno obitus pauci reditus fuerint percepti, sequenti verò quamplurimi, & vberrimi.

8 Et primò, quaeso, aduertatur, quod ipsi Regiae Curiae non oliuarum, sed olei fructus sunt persoluendi, sicuti nec ipsi Illust. Marchionissae Galatolae reditus in oliuis, sed in oleo persoluuntur, cum de olei Introitibus, & non oliuarum agatur.

9 Secundo, quod & si in fine Octobris, vel Nouembris mensis principio oliuae legi incipiantur, tamen, & sequentibus mensibus adhùc leguntur, cum non illicò, nec vnica lectione compleantur, quo fit vt oleum vsq; ad Ianuarij mensem, integrè non percipiatur, imò tempore fertilitatis, etiam mensibus Martij, & Aprilis adhùc oleum percipitur, cùm vsq; ad illud tempus oliuae premantur, quo fit, vt cùm hominum industria oleum percipiatur, industrialis, non autem naturalis fructus dicatur, ad *Tex. si eius fundi, ff. de rei vind.* & ibi *Bart.* & omnes DD. & idè *Bar.in l.maritus vxori, ad l.falcidiā n.* 4.

10 Cum autem Releuij praestatio, non Iure cōmuni, sed moribus, & Regni vsibus sit introducta, vt per *Andr. in Const. Reg. Post mortem, & in c.1. §. firmiter de prohib. alien. feud. per Feder.in c.1.§.similiter de capit. Corrad.* & latissimè per *Loffred. conf.* 15. cuius praestatio in medietate fructuum illius anni, quo feudatarius decedit, liquidata est, & non alterius, dùm tamen eo anno fructus licet pauci percipiantur, vt *Andr. in praealleg. locis*, & praesertim in *d. Constit. post mortem in vers Et quidem secundum vsum Curiae*, quē ibi sequitur *Afflict.* Talisq; praestatio per nouum feudatarium haeredem, ratione Inuestiturae persoluitur, vt per *Andr. in praeall. locis*.

11 His igitur sic verissimè praesuppositis, & in facto, & in iure, necessariò sequitur determinandum, quod in liquidatione huiusmodi Releuij annus obitus praefati feudatarij sit attendendus, qui fuit 3. Nouembris 82. & finitur die 2. eiusdem mensis 83. Cùm eo anno adhùc fructus percepti fuerint, & ex oliuis eo anno collectis, oleum peruenerit, licèt non in magna quantitate; nec vberrimi fuerint, sat enim fuit, oleum ex oliuis illo anno fuisse perceptum, vt in proposito latissimè *Dom. Frec. in 2. lib. subfeud. in 3. authorit.* firmat Iuribus, & Authoritatibus.

12 Hinc infertur, quod si medietas olei ex oliuis perceptis de mense Nouembris 83. Regiae Curiae pro releuio esset soluenda, esset contrà veram Doctorum opinionem, & stylum ipsius Regiae Camerae, prout ex fidibus quamplurimorum magnificorū Rationalium exhibitis demonstratur, postquā illius anni, quo moritur feudatarius, & non alterius sit soluendum, vt per *Andr. & Frec. in locis praallegatis*.

13 Rursus, quaeso, aduertatur, quod introitus oliuarum, tàm in Statu praedicto Galatolae, de quo nunc agitur, quam in eadem Prouincia Hydruntina, ac caeteris Regni partibus, non in oliuis, sed in oleo locantur, & sic cùm non de oliuis, sed de oleo agendum sit, quod eodem Nouembris mēse 1582. & sequentibus mensibus perceptum est, & sic in anno obitus, sequitur quod illius medietas ad quamcumq; summam, siuè magnam, siuè modicam, sit persoluenda.

14 Idq; adeò verum est, vt non ipsarum oliuarum, sed olei ex eis peruenti medietas Regiae Curiae sit soluenda; Et quod ipsum oleum, & non oliuae attendi debeant; demonstratur; Nàm si fructus in oliuis, & non in oleo consisteret, omnes illae oliuae perceptae antè praefatum diem 3. Nouembris 82. non ad Ill. Marchionissam successorem in feudalibus spectassent, sed ad matrem Marchionis vniuersalem haeredem ex Testamento in burgensaticis, iuxtà doctr. *Andr,*

dr.in præ alleg. Constit. Post mortem, verf. Nàm si essent fructus feudi, & à solo separati. Sed quia re vera, non ipsę oliuę, sed oleum, quod ex eis premitur, & percipitur, est in fructu, quod post feudatarij mortem percipitur, nō ad hæredem in burgensaticis, ad quem nec vna quidem spectauit, sed ad successorem in feudalibus, quæ eiusdem olei hoc tempore percepti, sicut, & cæterorum introituum feudalium eodem anno perceptorum eidē Regiæ Cameræ notam exhibuit, vt de illis Releuium solueretur; Istius ergò, & non alterius anni medietas Regiæ Curiæ præstāda erit; maximè cùm nō annus penitus sterilis, sed fructuosus, licèt nō vberrimus fuerit.

IVRIVM ALLEGATIONES PRO

Ill. Dom. Ducissa Atripaldi.

15 NOn est dubiū ex his, quæ in facto proponūtur, puteū hunc salis in tantū esse in redditu, in quantum coquet cum incisione lignaminum in nemore dicto *de la Marchia*, nam sine lignaminibus, non potest coquere, & ab alia parte, quàm à prædicto nemore incidi non posset.

16 Est etiam verum, quod redditus hucusq; habuit ortum, quia fuerunt facta duo focularia, ad quorum necessariam sustentationem opus est salmis sexdecim lignorum quotidiè, cum quibus noctu, diuq; focularia coquent.

17 Est deniq; verū in facto ex probationibus factis, quod ex prædicta continua incisione non adsunt ampliùs lignamina, vt aiunt, mortua, & infructuosa, ob quod necesse fuit ab annis duobus incidere ligna fructifera, vt sunt quercus, cerri, & similia: & dicunt testes, quod ex parua capacitate nemoris, & necessaria incisione facienda pro duobus focularibus, vt hactenùs consuetum fuit, nemus erit totum incisum, infructiferum, & pęnitùs inutile infra octo, aut decem annos ad plus: Quodq; lignamina, quæ inciduntur, non renascuntur, nisi in spatio sexaginta annorum apta ad iteratam incisionem, & ad reddendos fructus, prout hodiè.

18 Ex isto facto indubitata oritur iuris dispositio, quod non potest tractari liquidatio huius corporis, prout cætera corpora; Practica enim consueta in Regia Camera liquidandi fructus, & introitus, coaceruando tres annatas, ex regu. *tex. ita vt omnes, ff. mand.* procedit in introitibus perpetuis, & procedit præsumptiuè, quia ex redditu triennali præsumitur certus, & perpetuus redditus in futurum; Secus verò quando habetur certitudo rei, quod in futurum non possit esse in æquali redditu; & ita tradidit *Dom. Frect. in 3. auth. n. 42. lib. 2.* Et ob id iura existimauerunt, differentèr redditus in vita, à redditibus perpetuis, quæ latè discurrit *Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 1. n. 7.* & *Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 19. n. 39.*

19 Quarè cùm indubitatè redditus iste putei, vnà cum ipso nemore, veniat omninò extinguendus, non potest propterea liquidari, prout est hodiè in redditu, quasi sit redditus perpetuus, sed debet non considerari redditus ex duobus focularibus, seu taliter quod possit coquere in perpetuum, & pariter nemus in perpetuum esse in fructu taliter incidendo, & coquendo, vt nemoris, & putei introitus conseruetur; & hoc erit non liquidando, quod coquat puteus cum duobus focularibus, nec etiam cum vno perpetuo, seu ita & taliter, vt possit in perpetuum subsistere, nàm hoc modo conseruantur introitus nemoris, & putei; Sicut dicimus, si in re vēdita fit sylua cædua, quæ nō nisi decimo quoq; anno cæditur, & in anno in quo fit reuenditio, est decimus fortè incisionis huius syluæ, tunc facta reuenditione per venditorem emptor habebit fructus huius incisionis hoc modo v3 Si possedit per decennium habebit omnes fructus, si verò minori tempore habebit pro rata, nam debet inspici vniuersum tempus decem annorum, & non attenditur fructus tantum anni incisionis, neq; alij anni attenduntur, in quo fructus percepti nō fuerunt; Adeòquod non attenditur triennium, non attenditur vnicum tempus perceptionis, sed singuli decem anni computantur pro vno anno, de quo per *Alex. & Ias. in l. diuortio, §. quod in anno, ff. sol. matrim.* latè *Tiraquell. in retract. conuen. in §. 5. gl. 4. n. 28.*

20 Ità hic non sunt computandi præsentes fructus tantùm, sed habita ratione extinctionis talij, & temporis quò renascetur lignamen, sic tandem liquidatio fieri debet. DD. enim ex iuribus vulgaribus communiter tradiderunt, res minus esse æstimandas propter periculum amissionis ipsarum, de quo *Cor.* facit *cons. nu. 206. vol. 3. col. 4. in fin.* cum latius traditis per *Rip. in l. 1. in §. si heres, ff. ad Trebell. ibi n. 26.* hinc inspicitur qualitas loci rei sitæ, veluti si sit propè flumen, propter periculum corrosionis, vel si sit in montibus, Chasmate suppositis, & alia infinita, de quibus per *Rip. vbi suprà*, & ibi *Ias. n. 9.* dixit, quod debent considerari qualitates rei, quæ possunt augere, & diminuere eam; Hinc *Ang. in §. si quis agens, Insti. de action.* dixit, quod non debet res æstimari secundū præsens tēpus, sed secūdum id, quod co-

cōmun`itèr valere poteſt;& non eſt dubium, quod propter onus annexū res minùs æſtimatur ſecundum *Alex. Socc Iaſ. & alios in d. §. ſi hæres*, hinc etiam dixerunt, quod res non ſimpliciter conſideranda eſt, ſed cum qualitatibus ſuis bonitatis, & malignitatis, ſiuè vitiorum, & cum alijs conditionibus, quæ habent diminuere, ſeù augere valorem rei, ad *tex. in l. eum qui in §. melior, ff. de in diē adiect in l. mortis cauſa, §. fin. ff. de donat. cau. mor. in l. pretia rerum ff. ad leg. falc. in d. l. 1. §. ſi hæres ad trebell. in l. verum in §. ſed hæc res, & in l. & ſi ſine ff. de minor. in l. non ſolum, ff. de pet. hæred. cum alijs vulgar.* Emit enim Dux, & vendidit Fiſcus introitus perpetuos, & ſubſiſtentes, non autem temporales, & extinguibiles, nam tales introitus non emuntur ad rationem trium pro centenario. Quare ſi Fiſcus vult liquidare introitus nemoris perpetuos, oportet, vt inſpecta illa qualitate, fiat inciſio pro ſeruitio putei talis, vt nemus conſeruetur, & propterea diminuenda eſt inciſio ſalmarum ſexdecim, & conſequenter neceſſe eſt diminutio focularioru; vndè redditus putei non poteſt liquidari, prout hodiè ad rationem duorum focularioru, quæ noctu diuq; coquant, ſed ad rationem vnius Quodq; illud pariter interpellatim coquat. Et ità iuris eſse cenſeo.

Io: Franciſcus de Ponte.

AD QVAEST. II.

Si pater refutat feudum filio primogenito, quo mortuo feudum reuertitur ad refutantem, an tunc debeatur releuium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Releuium, an debeatur, ſi pater refutauerit feudum filio primogenito, & iſto ſine filijs præmoriente, feudum reuertatur ad refutantem, à num. 1. ad 4.

Et expenditur prag. 21. de feud. n. 5.

Pater, quomodò ſuccedat filio in feudo refutato, & ob illius mortem ad ſe reuerſo, num. 6.

1 Notabilis eſt deciſio, in illa altercabili q̄ſtione, vtrùm pater, qui refutauit feudum filio primogenito, ſi filius præmoriatur ſine filijs, veniat ad feudum iure reuerſionis, ità vt nō teneatur ad releuium, vel iure ſucceſsionis?

2 Quam ſanè quæſtionem non fuiſſe tractatam per *Frecciam*, nec per alios inquit noſter *Author*; Aduertendum tamen eſt, quod idem noſter *Author num. 17. & 41.* allegat *Frecc. in lib. 2. de ſubfeud. auth. 3. num. 19.* vbi hunc articulum examinat, & negatiuam opinionem tuetur, non deberi ſcilicet releuium, quam comprobat varijs rationibus, præſertim, quia in hoc caſu feudum ad refutātem venit, non iure ſucceſsionis, ſed iure reuerſionis, adeòut illud ad patrem potiùs reuerti, quàm pater ad illud ſuccedere dicatur, ex authoritate *Andr. de Iſernia*; vnde deducit, releuium non deberi, eius enim ſolutio in ſuccedente iure ſucceſsionis fieri debet.

3 Cæterùm contrà *Frecciam*, aliosq; eſt communis opinio rerum iudicatarum authoritate comprobata, & qui dicunt potiùs reuerti, quàm ſuccedere, intelligendi ſunt de facto, vt feudum reuertatur quidem ad aſcendentes, iure tamen ſucceſſionis, & ità interpretatur *text. in §. hoc quoque de ſucceſ. feud. in ver. reuertantur*, vbi de ſucceſsione loquitur; imò refutans in feudo refutato ad ſe reuerſo, dicitur, vt hæres ſuccedere, quia per refutationem iàm erat translatum dominium in refutatarium, ex *text. in cap. 1. de alien. feud. patern.* Hinc ſoluendum eſse hoc caſu releuium concludunt *Praſ. de Franch. deciſ. 3. nu. 3.* vbi *De Luca in obſ. num. 2. Capan. de iure releu. par. 4. queſt. 17. Camill. de Laratha in theatro feud. par. 12. dilucid. 53. Reg. de Curte in ſuis reſol. feud. cap. 3.*

4 *num. 53.* Et ità magna præhabita diſcuſ-

scussione decisum in R.Cam.sub die 18. Decembris 1570. in causa Baronis *Bernardi*, qui refutauerat feudum *Cornelia Bernarda* eius filiæ, testatur noster *Author hic num.* 1. *&* 20. quem referunt, ac laudant *Capan.d.p.* 4.*q.*17.*nu.*20. *&* 21. *D. Rodoer.ad Reg. de Marin.lib.*1.*resol.cap.*126. *num.* 54. *Scoppa in obs.ad Gratian.decis.*41. *n.*9. *&* 10. *D. Alphons. de Olea in Face gemina par.*2.*impugnat.* 3.*num.*21.*&* 23. cuius decisionis meminit etiam *Reg. Tapia*, dicens eam audiuisse à *Reg. Montaluo, in lib.*6.*Iur.Regni Neap. tit.* 20.*in annot.ad Const. post mortem n.* 21. *vers.Sed quid fol.*214.

5 Quod etiam statutum videtur ex Regia Sanctione anni 1579. tempore gubernij Exc. *Marchionis de Mondesar in prag.* 21. *de feudis*, ibi: *Essendo più volte accaduto, & potendo ben spesso accadere, che quelli, à i quali si fanno le rifutationi, passino da questa vita presente prima di detti rifutanti, nel qual caso il rifutante saria obligato al rilenio &c.* Ex quibus *pragm.* verbis succedere iure hæreditario refutantem, & proindè releuium teneri soluere, infert *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.* 8.*de refutat.feud. num.* 13.

6 Prætereà confirmatur, quia feudum non desijt esse antiquum, ex quo regulariter, vbi refutatur feudum sub quauis specie contractus, siuè donationis, siuè venditionis in proximè successurum, sempèr remanet antiquum, & dicitur continuatio veteris inuestituræ potiùs, quàm introductio nouæ formæ, *Zas.cons.*13. *Amicangel. quæst.feud.*5. *num.* 14. & per *prag.* 15. *&* 17. *de feud.* propterea, quando prædecedit filius donatarius, pater donans succedet in feudo, vti proximior agnatus, & persoluit æs alienum filij, *Giurba de success.feud.*§.13.*gl.*12. *n.*9. & ità iudicatum fuisse in causa *D.Sueuæ Iesualda*, cum *Comite Policastri*, testatur noster *Author hic n.* 44. de qua latissimam edidit *Decisionem Pres.de Franchis decis.*3. memorantq; *Vinc. Anna in repet. rubr. de Vasal.decrep.ætat.nu.*366. *Reg.de Ponte d.tit.* 8. *de refut.feud.num.*14. *Capan. d. par.*4. *q.*17.*num,*29, & latè comprobant *Reg. de Marin. lib.*1. *resol.cap.*126. vbi *Rodoer.* latè *in add. de Luca in obs.ad cit. de Franch.dec.*3.*Scoppa ad Gratian. d. obs.*41.

AD QVAEST. III.

Si hæres infrà annum mortis feudatarij reemit feudum, olim alienatum cum pacto retrouendendi, an debeatur releuium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

R*Eleuium, an debeatur, si feudum, quod Baro vendidit cum pacto de retrouendendo, eius hæres intrà annum mortis recuperauit, num.* 1. *&* 2.

Et an pro rata retrouendentis, ac reementis, num. 3. *&* 4.

*Et quid si hæres reemerit in vita alienantis, num.*5.

Vel in feudo redhibito per rescissionem contractus? transcribitur responsum Federici Viualdi, *à n.*6. *ad* 12.

1 PRoponitur hic quæstio illa, si feudum, quod Baro vendidit cum pacto de retrouendendo, eius hæres, intrà annum à die mortis Baronis, exercendo pactum de reemendo recuperauit, nunquid debeatur Regiæ Curiæ releuium?

2 Et quidem non teneri ad releuiũ iudicatum referunt *Iacob.de Ayello*, & *Freccia* per nostrum *Authorem hic* recensiti *n.*1. vbi subdit, ità decidisse R.Cam. anno 1571. die 12. Ianuarij in causa Ill. *Ducissa Amalphia*, ea nimirùm

minimùm ratione, quia releuium debetur de illo feudo, quod est in dominio Baronis, huiusmodi autem feudum tempore mortis non erat in dominio Baronis, sed alterius; Et licet in hæreditate Baronis mortui adesset ius luendi; tamen illud ius erat sine fructu, quo solo existente in hæreditate, non poterat prætendi releuium, & hæres habet feudum, tanquàm contrahens, & licet exercuerit pactum reemendi, tanquàm hæres, nihilominùs verè contraxit: Attamen
3 ad tollendas fraudes, quæ Fisco fieri possent, ex quo retrouendens posset dicere, *ego non sum in possessione*, & reemens diceret, *ego venio virtute pacti*, & sic ex contractu, hoc casu releuium soluère debet hæres retrouendens pro rata temporis, quo possedit, & hæres reemens pro rata temporis, quo reemit, & ita subtiliùs intuentem iudicasse Regiam Cameram anno 1564. in causa *Regensis Albertini*, & die 4. Nouembris 1572. in causa *Ill. Marchionis Burgentij*; Quas *Auth.*
4 nostri decisiones referunt, & comprobant *Capan. de Iure releuij par. 4. q. 31. à num. 7. ad seqq. Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 2. verb. releuium, Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regn. Neap. tit. 20. in annot. ad Const. post mortem num. 19. & 20. fol. 213. Laratha in Theatro feud. par. 12. dilucid. 48. Reg. de Curt. in suis resolut. feud. cap. 3. num. 64. Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap. 182. num. 4. & 5. & in obs. ad Reg. Reuerter. decis. 338. à n. 2. & in obs. ad decis. 490. num. 4.* siuè *n. 6. in edit. nouis.*

5 Si verò hæres reemerit in vita alienantis, prout hoc facere potest filius, *Intrigliol. cent. 2. art. 32. nu. 48. & seq.* distinguitur per *Capan. in d. par. 4. q. 31. n. 13. & 14.* quod aut ista reemptio facta fuit ab ipso hærede, sed in faciem alienantis, & tùnc releuium est soluendum, aut reemptio facta est ab ipso hærede, vti agnato, vel vti filio, & tunc non esse soluendum dicit, licet cogitandum relinquat.

Neq; ad hęc omittendū censuimus quoddam responsum apud Nos manuscriptum, vz.

IVRIVM

ALLEGATIONES

PRO

Magnificis Lucchesinis.

CONTRA

Regium Fiscum.

Super solutione Releuij.

6 QVòd Magnifici Lucchesini ad aliquam solutionem releuij non teneantur. Suadetur Primò ex ipsa *Constitutione Regni, post mortem, sub tit. de morte Baronis nuncianda Imperatori*, quatenùs in ea expressè dicitur, ideò mortē Baronis denunciandam esse, vt sciatur, cui ab Imperatore feudum sit concedendum, ad quem finem, dictam denunciationem requiri tradit etiam ibi *glos. in princ.* & ideò dicūt *Feudistæ*, releuium deberi pro impetratione inuestituræ, vt tradit *Marin. Frecc. in tract. de subfeud. in 3. author. Baronū n. 2. 19. 21. & 50.* Hinc etiam videmus, quod de translatione feudi per contractum, siuè etiam per legatū cum Regio assensu, non soluitur releuium, quia non est opus inuestitura, vt tradit *Afflict. in tit. per quos fiat inuest. col. 10 in fin. & Minado. in Const. Regni in aliquibus n. 72.*

7 At hæredes Magnifici Lucchesini feudū, de quo agitur, non volebāt, neq; eius inuestituram, cum per resciſsionem secutam illud iam redhibitum esset, & emptio facta à Magnif. Lucchesino ipsorum Patre ad non causam esset redacta, iuxta *tex. in l. si prædiū, C. de ædil. actio. & l. voluntate, §. fin. cum glo. ff. quib. mod. pign. & l. cum autem, § Iulianus ait & l. facta, ff. de ædil. edict.* Certum est enim, quod redhibitio etiam in re stabili locum habet, *d. l. si prædium, C. de ædil. act.* Et maximè dicendum est in casu nostro ex falsa assertione *Ill. Pompei Columnæ* vēditoris, quòd hoc feudum nullis creditoribus esset obnoxium, proùt in proprijs terminis firmat *Excommunicatus Author in tract. diuid. & indiuid. in 3. p. n. 620.* ex qua falsa assertione cū Magnif. Lucchesinus, contra illum redhibitoriā egisset, obtinuit resciſsionem contractus:

Ergò absurdissimum esset dicere, quod eius
hæredes, post rescissionem ab ipso impetra-
tam, inuestituram petere tenerentur, cum
altera die essent hoc feudum restituturi,
maxime quia pro consecutione pretij con-
tra venditorem quotidiè instabant, & per
executorium in forma Cancellariæ effectua-
lem assistentiam, & executionem obtinue-
rant super eius bonis.

8 Secundò, Releuium ab eo debetur, qui
per successionem post mortem alterius feu-
di dominium acquirit, & ideò videmus,
quod Ecclesia ob successionem Prælati rele-
uium soluere non tenetur, quia penès Præ-
latum non est dominium feudi, sed penès
Ecclesiam, vt firmat *Andr. de Iser. de cap. Cor-
radi, § si mulier n. 15.* latè *Frecc in tract. de
suffeudo in 3. author. Baronis n. 15. per totum*,
Ergò Magnifici Lucchesini ad solutionem
releuij non tenentur, eum dominium feudi
per redhibitionem secutam, ipso Iure retro-
translatum esset in venditorem, per *tex. in l.
voluntate, §. fin. ff. quib mod pign.* tradit *Iser. in
c. si vasallus de feud. col. 3. vers. in omnibus istis,
si de feud. fuer. contro. Salic. in d. l. si prædium in
fin. C de edil. actio. Raphael Cuma. in l. 1. ff. de
donat. Couar. var. resol. lib. 3. c. 8. n. 2. in fin. cum
simil.* Ergò sequitur, quod Magnifici Luc-
chesini nulla ratione ad solutionem releuij
teneantur.

9 Et hæc veritas confirmatur, nam cõmu-
nis est Doctorum sententia, quod si contra-
ctus rescinditur, aut ab eo disceditur, quia
ab initio nullus erat, aut retro, & ab initio
nullus fuisse fingitur, tunc ex eo contractu
laudemia non debentur, vt firmat *Tiraq. de
retract. conuent. §. 6. glos. 2. n. 6.* referendo *Bal.
Castr. Io: Fabrum in l fin. § sed quia nostri, Cod.
comu. de lega.* vbi etiam dicit, quod vix quen-
quam huic opinioni aduersãtẽ reperies, quã
conclusionem latius comprobat, idem *Ti-
raq. de retract. consanguin. §. 1 gl. 2. nu. 7.* licet
autem prædicti Doctores loquantur in lau-
demio debito ex contractu; idem tamen in
releuio debito per successionẽ, dicendũ esse
ex idẽtitate rationis cõstat, quia quod apud
VltraMontanos appellatur laudemium, In
Regno dicitur releuium; Licet illud ex trã-
latione feudi inter viuos, hoc ex successione
debeatur, vt tradit *Iser. de cap. Corradi, § si
mulier n. 14.* Et ideò cum per redhibitionem
secutam, emptio facta per Magnif. Lucche-
sinum, ante eius mortem redacta fuisset ad
non causam, ac si penitùs non interuenisset,
vt de Iure superius demonstratum fuit, se-
quitur, quod eius hæredes, non possint so-
lutione releuij pregrauari.

10 Quartò dato, quod essemus in dubio,
quod negatur, semper iudicandum esset, re-
leuium non deberi, nec facienda erit exten-
sio de similibus ad similia, argumento eius
quod dicit *glos. in l. 1. C. quæ sit longa consue-
tudo*, quod de plaustro olei non fit extensio
ad plaustrum vini, & in proposito nostro
tradit *Andr. de Iser. per quos fiat inuest. n. 7. &
10. & de cap. Corradi n. 15. & Frecc. in d. 3.
author. Baronum n. 15. circa finem*, & hoc ma-
ximè in casu nostro dicendum est, quia ra-
tione dubij euentus, nullum interesse Regij
Fisci considerari potest, nam poterit alias
contingere, quod venditor, contra quem re-
scissio emptionis obtẽta fuit, emptore citius
moriatur, vt tradit *Frecc. in d. 3. author. n. 14.*
Quo casu ab eius herede releuium erit præ-
standum; licet possessio adhuc reperiatur
penès emptorem, quia venditor quoad so-
lutionem releuij pro possessore erit haben-
dus, cum possit ad sui libitum pro solutio-
ne pretij possessionem recuperare, vt tra-
dit *Frec. in d. 3. Author. Baronum n. 8.*

11 Non obstat autem prædictis, si dicatur, quod
per rescissionem secutam, dominium feudi
retrotranslatum non erat in venditorem,
cum absq; traditione regulariter non trans-
feratur, *l. traditionibus, C. de pact.* & quia ne-
mo sibi mutare potest causam possessionis,
l. cum nemo, C. de acquir. possess.

Nam respondetur primò, quod per redhibi-
tionem secutam, dominium feudi verè, &
ipso iure retrotranslatum fuit, in vendito-
rem, prout de Iure superiùs latè comproba-
tum fuit, & ex hac noua causa extrinsecùs
accedente, causa possessionis nouata fuit pe-
nes Magnif. Lucchesinum, per *tex. in d l. cum
nemo.* & ibi tradita per *DD.* Nam cum an-
teà possideret iure dominij, post rescissionem
cæpit loco pignoris possidere, vt dicitur *in l.
Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.*

12 Præterea dato quod dominium ipso iure
retrotranslatum non esset in venditorem,
non propterea dicendum est, quod locus sit
solutioni releuij, cum Magnif. Lucchesini
inuestituram petere non teneantur, vt supe-
rius demonstratum fuit.

Federicus Viualdus.

AD

AD QVAEST. IV.

Si mortuo feudatario, qui tenebat feudum emptum cum pacto retrouendendi, & venditor virtute pacti reemit feudum ab hærede, an debeatur releuium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Releuium, an debeatur, si venditor reemit feudum ab herede feudatarij emptoris cum pacto retrouendendi, à num. 2. ad 4.

Hanc decis. *transcripsit* Reg. de Marinis, num. 1.

Et quid per mortem emptoris, qui regio assensu super feudi distractione non impetrato decessit, num. 5.

1 Hane nostri *Authoris* quæstionem integram trãscripsit *Reg. de Marin. in obseru. ad Reg. Reuerter. dec. 490. num. 3. par. 2.* siuè *num. 4. & 5.* iuxtà *nouiss. edit.* tra-
2 ditq; *Author* quæstionem hanc, non fuisse à nostris Regnicolis tactam, & in casu, de quo agebatur, fuisse productum quoddam antiquum decretum sub die 4. Nouembris 1547. facta etiam relatione in Coll. Cons. vbi per viam legis fuit prouisum, quod debetur in tali casu releuium; & anno 1548. die 11. Aprilis, vbi fuit etiam prouisum, releuium deberi integrum per hæredem retrouendentem feudum, de quibus adsunt Arrest. 87. & Arrest. 89. apud *Reg. de Marin.*
3 Sed fuisse dubitatum, addit idem noster *Author*, an hic hæres ad integrum releuium soluendum teneatur, vel pro rata temporis? Ratio dubitandi fuit, quia quando retrouenditio non est facta in fraudem, sed ex necessitate virtute pacti, quod contractum resoluit, minùs tenetur ad releuium, & postquàm releuium est medietas fructuum, hæres non tenetur, nisi pro rata temporis, quo fru-
4 ctus percepit; Contrarium tamen iudicatum fuisse testatur, nimirùm deberi integrum releuium, quia illud debetur ab hærede, & successore; vnde sat est, ipsum fuisse hæredem, & quod Baro mortuus fuerit cum dominio, & quod semèl heres ipse illius feudi dominium, & possessionem nactus fuerit, licet posteà ex necessitate alienauerit, quod etiam decisum tradit *Reg. Reuerter. dec. 338.* ibiq; post *Authorem* nostrum *in obs. Reg. de Marin. num. 1. et in lib. 2. resol. cap. 182. n. 5. Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regni tit. 20. in annot. ad Const. post mortem num. 20. vers. at quando fol. 213. Thor. in comp. decis. par. 3. sect. 3. verb. releuium, Capan. de Iure releu. par. 4. quest. 5. à n. 15. Nouar. lib. 1. forens. q. 74. Reg. de Curte in suis resolut. feud. cap. 3. n. 62. et 63.*
5 Deberi autem Regiæ Curiæ releuium, per mortem emptoris feudi, qui Regio assensu supèr feudi distractione adhùc non impetrato decessit, dum demùm à venditore impetratus extiterit, tenet *Reg. Reuert. dec. 490.* vbi *Reg. de Marin. in obs. num. 1. et 2. et lib. 2. resol. cap. 182.*

AD QVAEST. V.

In releuio, an deducenda sit vita militia, quæ soluitur secundogenitis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vita, & militia, an deducenda sit in releuio?

Hanc decis. *imprimi curauit* Capan. *n. 1.*

Et arguitur affirmatiuè, num. 2.

Sed contraria decisiones confirmantur, n. 3. & 4. ac transcribuntur verba Bammacarij, *num. 5.*

Et an procedat in omni vita, & militia, aut paragio, à num. 6. ad 8.

Annui introitus in burgensaticum, an deducantur in releuio, num. 9.

1 NOn modica oritur difficultas in præsēti Authoris quæstione, quam imprimi curauit cū alia sequēti, *Capan.* post suum *tract. de Vita, & Militia fol.* 239. an deducenda sit Vita, & Militia, adeò, vt de remanētibus fructibus, medietas pro releuio sit soluenda?

2 Et affirmatiuè concludendum videtur, quia fructus intelliguntur deductis oneribus, *l. fructus, et l. diuortio §. impendia D. solut. matrim. l. si à patre 39. §. fructus D. de petit. hæred. Franc. de Angelis in tract. de impensis dotal. art. 2. num. 14. & art. 24. num. 21.* & in nostris releuij terminis *Afflict. decis. 252. num. 6. Mastrill. decis. 112. Capan. de Iure releu. par. 1. quæst. 13.* Sed vita, & militia debita fratri à feudatario est onus feudale, ex *Const. Comitibus*, vbi *Isernia in 2. lect.* A*fflict. n. 2. 3. et 4. Reg. Tap. in ver. de bonis patris fol. 197. lib. 6. Iur.* Regni. post alios *Capan. in tract. de Vita, et Militia q. 4. Petr. de Gregor. eod. tract. q. 3.* propterea, vti onus feudi, deducenda est in releuio.

3 His verò non obstantibus, contraria verior est sententia, & releuium, & vita militia non minuantur, alterum scilicet per alterum, vt sic, vt primogenitus debeat soluere vitam militiam integram, prout etiam integrum releuium, nulla in altero facta deductione; quam sententiam post *Iacob. de Ayello* amplectitur noster *Author hic num. 1.* & ità sæpiùs iudicatum in Reg. Cam. testatur, & in releuijs Ducis *Andriæ*, Comitis *Seuerini*, & Principis *Sulmonis*, quia vita, & militia potiùs est onus propter feudum, quàm onus feudi, vt referūt, ac sequuntur *Capan. de Iure relev. p. 2. quæst. 14. Reg. Tapia lib. 6. Iur. Regni Neap. ad Const. post mortem num. 10. et 11. fol. 213. Præs. R.C. Ganauerr. decis. 34. num. 13. Didac. de Mari ad Gizzarell. decis. 8. num. 8. Camill. de Laratha in Theatr. feud. par. 12. dilucid. 42. Thor. in compēd. dec. par. 3. sect. 3. verb. releuium an integrum fol. 54. et in supplem. verb. vita, et militia fol. 655. Episcop. de Afflicto controu. forens. in add. ad cap. 46. et 47. num. 43. fol. 486. Bottilier. in tract. de success. ab intest. tit. de success. feud. et vita mil. cap. 3. num. 36. Donadeus in tract. de renunciat. cap. 6. num. 53. 91. et 92.*

4 Prout etiam decisum fuit in Reg. Cam. die 8. Iulij 1596. supèr liquidatione releuij ob mortem *Ill. Marchionis Vasti*, vt in *Arrest.* 501. *seù* 504. ex recollectis per *Reg. de Marinis*, qua in causa, fisci iura tutatus fuit *Reg. Camill. de Curte*, vt in suis *resol. feud. cap. 3. num.* 70. vbi *num.* 69. in *final.* verbis asserit sic passim, & indistinctè iudicare Reg. Cam., quod non deducatur onus vitæ militiæ.

5 Aliam decisionem affert *Bammacarius*, quem refert *Capan. de Iure releu. d. par. 2. qu. 14. num. 9. &* 10. vbi sequentia eius verba transcribit: *Vidi dubitari, & discutere hunc articulum contrà Regium Fiscum, & ex ore Dom. Regentis Moles hodie 26. Nouembris 1590. audiui fuisse pluries decisum, & suo tempore, quo præsidebat in Regia Camera, pro Fisco iudicatum, & ità ipse notatum habebat in quinterno, & hùc confert decisio Regentis Moles suprà allegata, ea potissima ratione, quia vita militia nō ex feudo, sed propter feudum debetur: Ergò eius fructus non minuuntur; Et è conuersò, Aduocatus afferebat decisionem eiusdem Regentis tunc latam in alia causa contra Regium Fiscum. Pro Fisco fuit adductus Loffred. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. & Iac. de Ayell. de iure adohæ num. 94. & seq. pendet nunc quæstio in-*

ter

ter Regium Fiscum in Reg. Cam. cum N...... D. Paulo Feniceo contrà Fiscum aduocante.

6 Quæ conclusio ampliatur, non solùm in vita militia debita fratri secundogenito, sed etiam in vita militia debita patruo feudatarij, post nostrum *Authorem*, *Capan. d. par. 2. q. 14. num. 24.* & in *d. Arrest. 501.* apud *Reg. de Marin.* est enim eadem ratio, quæ pro omni vita militia militat, ideò id erit in omni casu, nec aliqua distinctio habenda est, vt fundant *Author* noster *in seq. q. 6. n. 4. & Reg. de Curte d. loc.*

7 Idemq; dicendum de paragio fœminis debito, probat *Capan. d. par. 2. q. 15.*

8 Imò estò, vita militia sit, & dici possit onus feudi, itaut ob illam possit vendi feudum, ideòq; transeat ad emptorem vti onus rei, & succedat loco legitimæ, vt latè per *Capan. de vita, & militia q. 4. per tot.* adhuc dicit noster *Author n. 10. & seq.* quod iudicauerunt, deductionem non esse faciendam, quia deductio prædicta nunquàm consueuit fieri in releuio, nisi pro rata rei separatæ à feudo, vnà cum dominio, itaùt hæres illo anno non percipiat fructus illius ratæ, quia non est dominus, nec ipse, nec eius prædecessor, & etiam quando Reg. Cam. esset in casu, quo Reg. Curia posset percipere releuium pro hac rata, tempore mortis illius, cuius occasione fit deductio, quæ omnia cessant in vita militia, & in secundogenito eam prætendente; & *Authorem* sequuntur *Capan. de Iure releu. d. p. 2. q. 14. n. 18. 19. & 20. Episc. de Afflict. in cit. contron. forens. in add. ad cap. 46.*

9 *n. 42.* vbi infert, ex relatis nostris *Authoris* verbis, neutrũ verificari in ann. introitibus in burgensaticum vẽditis, quia non diuiditur, nec separatur à feudo rata, seù quota ipsius cum dominio, per venditionem annuorum introituum, nec tempore mortis creditoris Reg. Curia porest exigere releuium ab hærede creditoris, & cum debitum fuerit contractum pro commodo feudatarij, qui pecuniam percepit, non deber dominus directus pati diminutionem releuij, sed hæres feudatarij, qui pecuniam pro venditione suscepit, & latè prosequitur in *seqq. num.* de deductione horum introituum, de qua etiam *Capan. d. tract. par. 4. q. 6. Cons. Hodierna controu. 47. & habes in Arrest. 504.*

AD QVÆST. VI.

An vita militia diminuat releuium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Q*Vastionem istam, seù potiùs* allegationem *additam, edidit* Capan. *n. 1.*
Expensa, quæ nàm ex releuio deducantur in liquidatione fructuum, à num. 2. ad 6.

EGregiè, & neruosè hìc fundatur 1 eadem conclusio, de qua in præcedenti egimus, vitam nempè, & militiam non minuere releuium; eamque imprimendam curauit *Capan.* post *suum tract. de vita, & militia fol. 241. vsque ad 244.* Aduertimus tamen, quod non videtur nostri *Authoris* decisio, sed est *Allegatio* deindè inserta, siuè quæstio addita, vti eam appellat *ibid. Capan.*; Vnde remittimus ad annotata *in præced. quæst.* Annotanda tamen sunt aliqua circà deductionem expensarum, de qua hìc, & superiùs nonnulla tangunrur.

2 Est itàque de praxi indubitatum in Regno, ex quantitate releuij deducendas esse expẽsas, gratia fructuum factas, vt post *Auth.* nostrum, aliosq;

Ca-

Capan.de Iure releu.p.1.q.13.Consf.Hodierna contr.47. n.1. Praf. Ganauerr. decis.34.n.14. & seqq.Reg.de Marin.in obs.ad R. Reuert.471. n.1. Bottilier. de success.tit.de feud.& Vita militia cap.3. n.19.& seqq. Vnde *R.de Ponte de potest. Proreg. tit.8. de refut.feud.§.4.n.15.* dicit, quod releuia deductis oneribus ad nihilum solent reduci.

3 Deducuntur expensæ factæ in colendo possessiones, & colligendo fructus, item expensæ molendini feudalis factæ in renouando molam, quæ arbitratur duratura per annos tres,& in reficiendis instrumentis ligneis,ac in reficiendo, & purgando riuo aquã ducente, *Author hic n. 32. & q.9. nu. 23. Praf.Ganauerr. decis.34. à nu.24. ad 26.Reg.de Curte resol.feud.cap.3.n. 71.& 72.* vbi subdit praxim, quod

4 Reg. Cam. solet reseruare informationem capiendam in beneficium Fisci; similitèr deduci quantitates debitas Creditoribus, mercedes, & salaria Officialium exigentium introitus feudales, & salaria Dohanerijs,& Credenzerijs Dohanæ Baronalis, inquit *Capan.de releu.p.1.q.13.n.25. 26. & 27.* ex *Auth.* nostro infrà *q.14.*

5 Non autem deducuntur expensæ, quæ non sunt factæ immediatè fructuum causa, veluti impensæ pro custodia Castri feudalis, *Author* noster in *praced.quast.5. n.5. Reg.Reuert.dec. 225. Capan.d.p.1.q.13.n.13.Ganauer. d. dec.34. n.21.* vbi *num.22.* idem di-

6 cit de expensis in fulciendo, & reparando parietes Castri; Proùt, nec deducendas esse expensas in satisfaciendo salarium Castellani, vel Ærarij,& alias similes tenent *cit.Ganauer. d.l.n.22.Reg.de Curte d.cap.3.num.71. Reg. de Marin.ad* Reuerter. *decis.225. num. 2.*

AD QVAEST. VII.

In releuio, an debeat fieri deductio Adohæ, quando illa non soluitur per feudatarium ex pacto.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Adoha, an in releuij liquidatione deducenda sit, n.1.& 2.

Et quid in adoha extraordinaria, num.3. et 4.

Vel si adoha non soluatur per ipsum haeredem, sed per alium, et refertur exemplum, n.5. et 6.

1 INsurgit contingibilis quæstio, si in anno, quo debetur adoha, moriatur feudatarius, & hæres teneatur ad releuium, vel donatiuum debeatur Regi, an hoc casu feudatarius omnia onera prædicta soluere teneatur, vel vnicum tantùm, vel alterutrum ex eis?

2 Et communis est conclusio in praxi recepta, alterum tantùm deberi, vel adoha tantùm, vel releuium, & sic quando adoha non reperitur soluta, & contigerit deberi illo anno; tunc quantitas adohæ, deducitur ex quantitate releuij, & tantò minùs soluitur pro releuio,& si reperitur solutum releuium, & superuenit solutio adohæ, tunc etiam feudatarius nõ debet molestari pro adoha,ne feudatarius duplici onere grauetur, habeatq; vnde viuat illo anno, semper enim quod eodem anno duo onera Vasallo imponuntur, vnum tantùm est soluendum, proùt est in Collecta, ex *cap.Papa Honor.ij, Author hic n.1.et 2. Reg.Tapia in rubr. de Constit.Princ.*

cap.

cap.4.n.77.Conf.Paschal.de patr.potest. p.4.c.1.n.14. Capan. de Iure releu.p.2. q.16.et de Iure adoha q.13. Bilotta conclus.feud.48.n.15. Thor.in comp.dec.4. 1. ver. releuium, *an teneatur fol.471. Laratha in Theatr. feud.p.12. dilucid. 29.et 54.Reg.de Curte resol.feud.cap.3. n.71.R.de Marin.in obs.ad R. Reuert. dec.247.n.1.et obs.371.n.1.* vbi R.Reu. declarat, quando intrà annum,à die mortis computandum, adoha imposita esset; secus si adoha soluta esset eodem anno per defunctum, & ità decisum refert in causa *Comitis Triuenti*,sub die 4.Septembris 1521.defuncti, qui de mense Ianuarij adoham soluerat;sequitur *De Luca in obseru.ad Pras.de Franch. dec. 306.n.4.*

3 Diuersum autem est in adoha extraordinaria, ob aliquas imminentes necessitates imposita,& sic cum quæstio accidisset in causa releuij debiti Regiæ Curiæ,ob mortem *Ill. Principis Melphicti*, qui ex hac vita migrauit anno 1632., quo Baronibus Regni,occasione imminentis necessitatis belli, fuerat Regio iussu præcedente iniunctum, vt Domino nostro Regi auxilium præstarent, cum tot Equitibus, consideratione habita ad eorum vires,vnde in liquidatione releuij dubitabatur, nùm in illa medietate fructuum Regiæ Curiæ debita, pro releuio deduci deberet id, quod successor in feudo impendit pro faciendis *Equitibus*; Et affirmanmandum videbatur, ne feudatarius duplici onere grauaretur; At Regia Camera sub die 24. Ianuarij 1656. contrarium indicauit, ex quo dictum seruitium non est adoha, neque personale seruitium, sed quoddam subsidium per accidens occasione imminentis necessitatis elargitum, & fuit potiùs voluntarium, quàm coactum, vt refert *Reg.de Marin.d.obs.247.n.2. & 3.*quem sequitur *De Luca d.obseru. 306.num.5.*

4 Contrarium quoq; dicendum videtur, adhùc scilicèt deberi alterutrum, quia ambo proueniunt ex necessitate legis; nempè adoha, & sic seruitium militare, ex necessitate legis mortuæ, & donatiuum ex necessitate legis viuæ, vt probat *Marin. Frecc. de subfeud. auctor. 3. num. 26.* quia etsi donatiuum sit voluntarium, tamen dicit *Præs. Amat.cons.12.* quod nullus euadere potest rigidos exactores dicti donatiui,& iuxtà *Ouidij* monitum, *est orare Ducum, species violenta iubendi*, sequitur *Capan. de iure adoh.d.q.13.num.9. & seqq.* Si autem ea sit necessitas,vt extrà ordinem donatiua gratiosa petantur, & ex beneuola, ac prompta deuoti animi totius populi, & subditorum ergà ipsum Principē significatione, & oblatione proueniant, non videntur excepti Vassalli, qui maiori fidelitatis,& amoris nexu adstricti,promptiores quoque exhibere se debent in fouendis Principis commodis,arg. *tit.de forma fidel.& l.1.in fin.C.de condict. prad. fisc.lib.11.*

5 Sed quid si adoha non soluatur pèr ipsum hæredem petentem inuestituràm, sed per alium, vt quia feudum fuerit venditum cum pacto,quod vēditor ipse teneatur soluere adoham, an si moriatur iste emptor,possit hæres deducere in releuio adoham per ipsum non solutam? Et in hac quæstione, quam nouam dicit noster *Author num. 3.* Præsidentes illius temporis distinxerunt, aut ille emit feudum liberum ab onere adohæ,& Rex præstat assensum, itaùt tale transferit in emptorem, tunc fuit dictum, non deberi fieri adohæ deductionem,quia adoha non fuit soluta, & feudum ea lege, ne seruitium soluatur, datum.

6 intelligitur;Si verò feudum non fuerit venditum francum, sed venditor promisit soluere adoham, & Rex in assensu reseruat sua iura, siuè expressè, siuè tacitè, per clausulam,*Iuribus Curiæ semper saluis*, sub qua clausula releuium includi, probat *Capan. de Iure releu. par.3. quæst.*10. & tunc fuit iudicatum, quod debeat fieri deductio adohæ, etiam si per illum feudatarium

carlum non fuerit soluta adoha, quia sufficit, vt à quocunque Rex illā recipiat, & ità decisum fuisse tradit noster *Author num. 5. & 6.* quem per per eadem ferè verba refert, & sequitur *Capan. d. tract. p. 2. q. 16. n. 24. & 25.*

AD QVÆST. VIII.

An releuium possit exigi à tertio possessore, & quid in duplicato.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

REleuium soluendi onus, an sit reale, vel personale, & quemcunque possessorem sequatur, à num. 1. ad 3.

Decis. *hanc trāscripsit* Thor. *n. 2. in fin.*

Quidue decisum fuit in causa creditorum Ill. Marchionis Gruptula, n. 4.

Et qualitèr procedat in releuio duplicato, vel in habeute causam à Fisco, siuè post deuolutionē feudi, n. 5. & 6.

Releuium, an sit onus feudi extrinsecum, an verò intrinsecum, num. 7. & 8.

Et an cedat in damnum hæredis, vel creditorum, num. 9.

1 SVbuenit alia quæstio, an onus soluendi releuium sit reale, vel personale, cum si realis actio esse concedatur, sempèr afficit rem, & quemcunque rei possessorem sequitur, quod si personalis referatur, tantùm circà obligati rei personam restringitur; si verò mixta sit, vel personalis in rem scripta, tunc contrà rem, etiam exerceri potest, §. *omnium, Inst. de action.*

2 Et personalem tantummodò pro releuio competere actionem, concludi videtur; fuit enim introductum moribus, quorum dispositio dirigitur in personam successoris, eam obligādo, ad solutionem releuij, & sic est quędam pręstatio extrinseca à feudo, vt probatur ex *Andr. de Isern. in cap. 1. §. sed si plures num. 11. per quos fiat inuest.* Et in Regno pęna non accipientis intrà annum inuestituram, & non soluentis releuium, cum non sit caducitatis, vel amissionis feudi, sed duplicatæ solutionis releuij, obligatio eius non respicit feudum, sed personam, & præsertim in duplicato isto releuio, quod debetur pro dicta pęna; nam in pęnalibus Fiscus non habet hypothecam, vt alibi diximus; & ità hanc sententiam tenent post *Frecciam Pręs. de Franch. decis. 121. num. 6. & 14. Gizzarell. decis. 8. num. 3. & seqq. Bilotta concl. feud. 18. num. 2. Reg. Tapia lib. 6. Iuris Regni tit. 20. in annot. ad Const. post mortē n. 35. & 36. f. 216. Io. Bapt. Thorus in comp. dec. p. 2. ver. releuium, an exigi debeat fol. 548.* vbi postquam transcripsit hanc nostri *Authoris* decisionem, comprobat *cit. decis. Gizzarell.* secundùm quam iunctis S. C. Aulis referente *Consil. D. Gregorio Angulo* decisum refert in causa *Ill. Marchionis Cusani cum Multiplico de Pauese* die 14. Maij 1626. ac testatur etiam *Capan. de Iure releu. p. 1. q. 13. in fin.* Qui tamen omnes fatentur, Regiam Cameram de facto, & sine actione reali, consueuisse procedere contrà tertios possessores.

3 Non est tamen recedendum à decisione per *Authorem* nostrum hìc tradita, quod verè, scilicet debeatur releuium à tertio possessore; quam sententiam quoque tenent *De Medic. cons. 18. num. 10. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 4. de regal. impos. num. 13. Mele ad Gizzarell. decis. 8. n. 15. Barbat. de diuis. fruct. par. 2. cap. 14. à n. 12. Laratha in theatr. feud. par. 12. diluci d. 39. n. 10. & 11. Consil. Staib. cent. 2. resol. 176. à num. 77. Reg. de Curte resol. feud. cap. 3. num. 68. De Luca ad Pręs. de Franch. decis. 121. num. 3. Cons. Petr. Carauita in sua lection. feudali n. 18. in*

fine

fine huius §. inserenda; & *Authore* nostro relato, comprobant *Capan. de iure releu. par. 1. quæst. 13.* post *nu. 30.* vbi transcripsit allegationem *Garciæ Barrionueuo Marchionis Casani* in dicta causa *multiplici*, *& par. 3. quæst. 3. Gallupp. in meth. feud. par. 4. cap. 4. n. 13. & 14 Nouar. collect. 3. num. 19. vers. Et quãtitas, super prag. 18. de Off. Proc. Cas. Reg. Capyc. latro decis. 92. n. 4. & 5. lib. 1. & consult. 13. à num. 24. & 25. lib. 1. Præs. Ganauer. decis. R. C. 4. num. 62. & per tot. Episcop. de Afflict. in suis controu. for. in supplem. addit. ad cap. 47. ex num. 1. fol. 32. Iul. Capon. discept. for. 394. num. 40. & seqq. tom. 5.*

4 Et in causa creditorum *Marchionis Gruptulæ*, in qua Fiscus prætendebat Terrã *Gruptulæ* esse deuolutã in beneficiũ R. Curiæ ob mortẽ *Marchionis D. Caroli Sãchez de Luna* absq; hærede in feudis, & frater vterinũs prætendebat, ipsum esse hæredem, & comparuit in R. Camera, denunciando mortem fratris, petendo inuestituram, offerendo releuium, tandem Fiscus deuenit ad concordiam cum fratre vterino, & illum admisit ad successionem, mediante solutione octo millium ducatorum, incluso releuio, vt *in decis. R. Cam. 1. 2. & 3. Præs. de Ganauerro*, cumque fuerit decisum, causam remitti ad R. Cam., dum tractabatur de articulo successionis fratris vterini in dicto feudo, teste *Reg. Sanfel. in prax. iudic. sect. 17. num. 10.* causa proposita, fuit etiam dubitatum, an liceret Fisco trãsigere, fine collusionis labe, in præiudicium creditorum, vt apud *cit. Ganauer. dec. 3.* Et an solutio releuij sit onus reale, cui tãquàm credito anteriori, deberẽt cedere fructus feudi, an verò personale, itaùt applicandi essẽt creditoribus, & Fiscus agere deberet cõtrà personam successoris? Et pro releuio, pecuniam peruentam ex fructibus *Gruptulæ*, fuisse liberatam Regiæ Curiæ, exclusis creditoribus Marchionis, etiam cum asseusu, testantur *Præs. Ganauerr. d. decis. 4. & Cons. Petr. Caranita in dict. sua lection. feudal. num. 19.* qui fuit Aduocatus creditorum.

5 Quod non solùm procedere respectu simplicis releuij, sed etiam respectu releuij duplicati, vt pro illo Fiscus habeat actionem realem contrà tertium possessorẽ, *Author* noster *hic* firmat *n. 12.* quem referunt, & sequuntur *Capan. d. par. 3. quæst. 3. num. 19. Reg. Capyc. latr. d. decis. 92. n. 5. Capon. d. discept. 394. num. 41. in med.* alijque.

6 Limitant verò *Reg. Rouit. cons. 97. num. 6. lib. 2. & Montan. controu. 20. num. 10.* post *Frecc. de subfeud. auth. 3. num. 27. vers. Quæro*, si feudatarius tertius possessor haberet causam à Fisco, vt Fiscus eo casu non possit agere pro releuio debito per prædecessorem, itaùt feudo deuoluto, nequeat deindè, nec etiam præferri creditoribus feudi; vt consuluit *Camill. de Medicis cons. 55. à num. 5.* quem sequitur *Capan. de iure releu. par. 4. q. 4. nu. 11.* licèt alitèr scripserit *De Luca lib. 2. de linea legali art. 111. num. 3.*

7 Nec officit, quod releuium sit quędam præstatio extrinseca à feudo per morem inducta ex *Andrea de Isernia*; Nàm prætèr responsiones traditas à *Capon. d. loc. num. 44. & seqq. & à Garzia Barrionueuo in d. §. 2.* apud *Capan. d. par. 1. q. 13. post num. 30.* vbi etiam confutat *Gizzarellum d. decis. 8.* dicimus, quod eo ipso, quo feudatarius accipit inuestituram, contrahitur debitum fiscale ex releuio, moribus institutio, & posteà à iure scripto canonizato in *Const. post mortem*, pro quo vti Fisco debito, tacita contrahitur hypotheca, *l. 1. & 2. C. in quib. caus. pign. l. auferetur §. fiscus D. de iure fisc.* quæ sequitur rem, pęnes quoscunq; repetitur, *l. Imp. 2. D. de public.* Imò onus releuij est intrinsecum feudi, & inest à iure consuetudinario, & scripto, fuit enim moribus introductum, & iure scripto approbatum per *dict. Const.* ideoque de primęuo, & simplici more non adhuc in legem redacto, loquutos *Andream*, & *Frecciam*, probant *Capan. d. par. 1. quæst. 7. ex num.*

num.24. Praf. de Ganauerr. d. decis.4. ex num.23.32.& 33.& seq. Et sic negari non poterit ad minùs esse actionem ex lege Regni, & per consequés condictionem ex lege, & in rem scriptam, *Capan.d.q.7. num.33.*

8 Prætereà, etiã præcisa veritate doctrinæ *Isernia*, q̃ releuiũ sit præstatio extrinseca à feudo, non per hoc competit actio personalis tantùm pro releuio, vt dicit *Camill.de Medic. d.cons. 18. in princ.* Sed est præstatio extrinseca à feudo, cum hypotheca feudi, orta ex illo contractu, seù quasi, ratione petitionis inuestituræ, & sic est onus feudi non intrinsecum, sed extrinsecum contractum, per feudatarium, quia illa hypotheca est onus, & ità intelligendos esse *Ann. Medic. Reg.Tap.* & *Marcian.* inquit *Cons. Petrus Carauita in d. lection. feud num. 21.* ex quo asserunt, hodiè releuium esse factum onus feudi, nàm R.Cam. agit cõtrà tertios possessores, quodq; hoc intelligendum esse ait de onere extrinseco, orto ex contractu per ipsum feudatarium, & *Marcian. in cons. 34. num.1.* dicit quasi onus, & *Capan. in 3. par.* ponit quatuor *quast.1. 2.3. & 4.*

9 Et propterea propriè est onus ipsius hæredis feudatarij, & in eius damnum cedit, non autem in damnum creditorum feudatarij defuncti, vt fuit iudicatum in S.C. *Gizzarell. d.dec.8. Reg.Capyc.latr. d. decis.92.* vt procedat respectu creditorum cum assensu, respectu quorum hæres non potest deducere solutionem factam pro releuio, sed respectu creditorum sine assensu, & legatariorum ipse tenet, quod solutio releuij cedat in eorum damnum, & hæres potest deducere. Et in causa creditorum Ill. *Ducis Grauina D. Michaelis Antonij Vrsini* in vna Aula per S.C. fuit iudicatum, solutionem releuij cedere in dãnum creditorum, & Ill. *Ducissa Sermoneta* soror, & hæres, fuit declarata creditrix Patrimonij *Ducis D. Michaelis Ant. fratris* pro quantitate soluta pro releuio, vt refert *cit.Carau.d.lect. feud. num.22.*

AD QVAEST. IX.

Feudo refutato qualitèr, & quando debeatur releuium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Releuium, an debeatur ex feudi refutatione proximè successuro facta, num. 1.

Decis. *istam* Dom. Reg. *trascripsit* Reg.de Marin.*ibid.*

Et ad materiam inseritur Consultatio *per* Authorem *elucubrata, n.* 2.

Enarratur causa status, à num.3. ad 6.

Et refertur notabilis Reg.*Cam.consultatio, num.* 54.

Releuium moribus odiosè, ac irrationabilitèr introductum, num. 7. *&* 8.

Et an debeatur ex contractu inter viuos, aut ex refutatione, à n.9. ad 16.

Clausula in registratione refutationis apponi solita, vt liceat Regio Fisco exigere releuium à quo voluerit, *exponitur, à num.* 17. *ad* 19.

Releuium, qualiter exigi possit ex pacto, ob refutantis, ac refutatarij obitum, vbi refutatio assensu indiget, n. 20. *&* 21.

Et declaratur gratia anni 1557. in pragm.14.& 15.de feud. *in refutationibus*, ex nunc pro tunc sequuta morte, *& quid reseruato vsufructu, vel purè, à num.* 22. *ad* 34.

Subscriptio, vidit fiscus, *an præiudicet Regio Fisco, num.* 35.

Fraudes releuiorum in refutationibus quomodò præsumantur, aut excludantur, à num. 36. *ad* 53.

Ea

EA. est concors omnium
3 sententia, vt ex feudi refutatione bona fide non animo fraudandi facta, releuium minimè debeatur, cum habeat illud ex contractu inter viuos, non verò ex successione, pro qua releuium solui moribus introductum est, vt docet *Author* noster *hic n. 11.* cuius verba transcripsit *R. de Marinis ad Reuert. decis. 271. num. 4. & 5.* & Nos
2 post alios dilucidauimus in sequenti *Consultatione, pro Ill. Duce Tulbij D. Hieronymo Pignatello* exactè lucubrata, ea quidem mente, vt illam pro annotatione quoque ad *hanc quæstionem* poneremus.

CONSVLTATIO
PRO

Ill. Duce Tulbij D. Hieronymo Pignatello, nepote, ac refutatario Illust. Principis Strongoli, & Comitis Melissæ D. Dominici Pignatelli.

CVM
REGIO FISCO.

Super registratione refutationis feudorum, absque clausula, releuium exigendi, tàm per mortem refutantis, quàm refutatarij, *sed, vt moris est, facienda, ad intellectum* Pragm. 14. 15. & 20. de feud.

D. O. M.

3 SI auctoritates Patronorum in iudicijs valerent, ab amplissimo viro Fisci causa defenditur; si vsus, à peritissimo; si ingenia, ab eloquentissimo (vt cum eloquentiæ Patre exordiar *in Orat. pro l. Corn. Balbo*): Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam vos in me esse voluistis; vsus mediocris; ingenij, minimè voluntati paris. Vtinam verò, vtinam *Ciceronis* eloquio, *Papiniani* acumine, *Vlpiani* elegantia, *Pauli* copia vti possem, aut alacritate *Demosthenis*, iucunditate *Isocratis* excitari, & permiscere omnia cum *Pericle* valerem: Veruntamèn orationis meæ defectum supplebit nostra hæc tàm bona, imò optima causa, in qua, quò plura dicam, plura video adhùc esse dicenda: & Fiscalis insimùl instantiæ rigorem temperabit Senatorum probata integritas, ac summa doctrina, quorum idem, ac *Caligulæ* pium quandoque, *Suetonio* teste, votum, *ne quid respondeant præter æquum*; Eoq; magis fausto affulgente sydere digna Clientem fouet spes, in virtute ipsiusmet lectissimi Fisci Patroni, qui *illa vera lucra* diiudicat, *quæ integritate suffragante percipiuntur*, nec quærit *de potestate, sed potius de iure victorias, quando laudabiliùs à parte Fisci perditur, cum iustitia non habetur*, ex monito *Theodorici Regis*, apud *Cassiodor.*

var. lib. 1. epist. 22. Marcello Fisci Aduocato rescribentis.

4 Quod, vt ratum faciam, atque testatum, veram facti seriem, ea, qua potero breuitate, prænarrabo.

Facti enarratio.

Ill. D. Dominicus Pignatellus Princeps Macellę, vulgò Strógoli, & Comes Melissæ cũ retroactis annis primò duxerit in vxorem Ill. Ducis Montis Sardi D. Iosephi Caracciolı Sororem, cum qua filiam, post modicum temporis è viuis ablatam, procreauit; Ipsaque deinde in secundo partu ad meliorem vitam profecta, deinde quatuor ab hinc annis, præfatus Princeps in matrimonium duxit Ill. Principissam Macchiæ D. Dianam Gambacurta, quæ licet cum primo eius viro filios minimè procreasset, cum prædicto tamen Strongoli Principe filiam in lucem emisit, in cuius doloroso partu mater ipsa, & eum ea, post septuaginta dies, eadem filia communi luce orbatæ fuere: Qua de re Princeps ipse anno 1689. non semel ad coniugalem statum iterùm redire studuit.

At quia Ill. D. Hieronymus Pignatellus, Tulbij Dux, Ill. Ducissæ D. Lucretiæ Pignatellæ, præfati Principis vtrinque coniuncta Sororis primogenitus filius, cuius tueor iura, sacrosancto matrimonij fœdere D. Isabellam, D. Ioannis Pignatelli filiam recepit, & iamnùm cum ventre prægnante; Considerauit, & rectè Strongoli Princeps, non ampliùs esse opus esse pro suæ domus conseruatione ad aliud matrimonium conuolare; dum ipse Dux D. Hieronymus, ex Principis veluti Sorore Nepos, imò de eiusdem familia, ac linea Pignatellorum de Rafiello, *agnationis incrementum propagare, vetustæ familiæ claritatem, Domusque bona idem prævalet conseruare; Propterea Strongoli Ciuitatem, ac Melissæ oppidum, vnà cum titulis, præfato Duci D. Hieronymo eius nepoti inter viuos donauit, refutauitque.*

Pro cuius refutationis validitate ab anno 1689. sub die 13. Decembris cum instrumento opportunis clausulis roborato præcessit d. Ill. Ducissæ D. Lucretiæ, ipsius Ducis Matris, ac Principis Sororis, de medio abdicatio, & consensus, super quo die 19. Decembris Regius assensus fuit impetratus, ac in forma Regiæ Cancellariæ expeditus, ad exuberantem quidem cautelam, cum illo opus non esset, Anna in rubr. de Vasall. decrep. ætat. a n. 261. vsq. ad 291. Reg. Rouit. super Pragm. 1. num. 117. de titul. abus. Camill. de Medic. cons. 77 num. 24. *prout ità per S. R. C. decisum refert* Thor. in comp. decis. tom. 1. verbo refutatio facta, Nouar. super Prag. 20. de feud. collect. 16. num. 8.

Qua stante abdicatione, & consensu dictæ Ducissæ, dicto Principi proximè successuræ; mediante procuratione cum speciali mandato ab ipso Principe facta, sub die 31. Maij currentis anni, Neapoli, ad beneficium d. Ducis primogeniti, absque vlla reseruatione, aut conditione, sed purè, simpliciterque, ex memorata, eaque firmissima conseruandæ Domus ratione, stipulata est refutatio.

Hinc est, quod ipsa refutatio, absque assensu legitima redditur, cum assensus Domini in cessione cum consensu proximioris, vel immediatè successuri facta, minimè requiratur, vt pro indubitato fundat Camill. de Medic. cons. 136. a num. 7. ad seqq. *& sic contra Fiscum in fortioribus quoque terminis plurie̔s per Reg. Cam. decisum refert* ibid. num. 13. *Eòque potiùs pro validissima firmatur, cum sit simplex, & absque reseruatione, aut conditione aliqua, ex quo assensu non indiget,* Reg. de Marin. ad Reuert. decis. 450. in obser. num. 2. *post alios.*

Causæ status.

Requirente verò Reg. Pragm 20. de feud. *vt Fisci innotescat, quod infrà quindecim dies refutatio registretur, cumque in Supremo Regiæ Cameræ Tribunali pro registratione iuita fuerit relatio,* solertissimus Fisci Patronus *hac formula instituit.*

5

Fiscus non impedit registrationem, dummodò in registratione apponatur clausula, stante quod refutatio est omnium feudorum, liceat Regio Fisco exigere releuium, tàm per mortem refutantis, quàm per mortem refutatarij, & respectu capitum contentorum in Resulta, instat fieri mandatum.

Assumptum.

6 Hæc, vt exposui, Senatores optimi, ità gesta sunt: nunc verò reliquum est, vt ostendam Fiscalis instantiæ rigorem, sub Iustitiæ, ac æquitatis ductu, harumque sub auspicijs statuendam eam, & pro votis diffiniendam: Absit verò, vt releuium moribus odiosè introductum, & quidem in successione mortis causa tantùm, ad actu inter viuos protrahatis; ac vsitatum exactionis morem, vel ob refutatarij, vel refutantis obitum, Fisci euincat auctoritas: Et quoniàm sub eximio I.C. qui fisci partes nunc dignè sustinet, non de potestate, verùm de iure inquiritur; Ne hac in causa meis partibus videar defuisse, per hæc certò certiùs Clientis Iustitiam demonstrandam obsequentèr duxi.

EST

7 **E**St equidem notum, quàm quod notissimum, de iure communi feudorum, Inuestituræ renouationem, seù reintegrationem a directo Domino gratuitò faciendam, *Feudistę ex cap. 1. §. præterea si quis de proh. feud. al. per Frid. & c. vn. de prohib. feud. alien. per Loth. cum concord. Schrader. de feud. p. 6. c. 3. num. 24. Rosenthal. in synopsi feud. cap. 6. tit. quib. mod. feud. aequ. conclus. 66. num. 3. Vult. 1. f. 7. n. 95. & seq. Bocer de inuest. feud. c. 5. n. 5. & 6. Rudinger. in method. f. lib. 1. c. 11. n. 33. & seq. & lib. 1. contr. for. c. 6. post alios Georg. Schultzen. in synops. 1 f. c. 9. num. 62. Georg. Adam. Strun. in syntag. 1. f. cap. 10. Aphor. 1. & Aph 3. & 4.* I. *Releuium moribus odiosè introductū.*

8 Moribus autem introductum in Regno, vt soluatur releuium, quod est medietas fructuum anni illius, quo moritur feudatarius; cuius memor est *Imperator Federicus* in Regni *Const. post mortem in fin.* ibi: *Recepto veruntamen aliquo releuio, vt est moris, &c.* vbi Feudistarum coryphæus *Andreas de Isernia*, nullibi inuenisse quid scriptum de releuio fidem præstat, nisi quod ipse scribit *in cap. 1. §. sed, & res, per quos fiat inuest. & in cap. 1. §. similitèr n. 14. de cap. Corrad.* inquiens nomen hoc *releuium* esse barbarum, ab vso tantùm loquendi introductum, extrà naturam feudi, & de eiusmodi consuetudine, quæ non extenditur, *ad tex. in .. eum quidam, D. de liber. & posth.* illudq; esse odiosum, & cognitum ex quadam consuetudine, seù improbo more testatur *Andr. Capan. in tract. de iure releu. p. 1. q 1. num. 4. & 5.* post alios quos amplectitur *Pratus discept. for. t. 3 cap. 21. d n. 2. & pract. obs. cap. 8. n. 10. & 11.* & odiosum, ac irrationabile fatetur *Reg. Reuert. dec. 564. n. 4.* Imò *Marin. Freccia de subfeud lib. 2. auth. 3. n. 3* dubitando ait, præfatum improbum morem in hoc Regno tempore Gallorum hìc viuentium effluxisse, quod *Freccia* dictum, ex eadem consuetudine apud eosdem Gallos vigente, comprobat *Capan. cit. loc. n. 7.*

9 **E**X quibus euidentèr infertur, quod, cum ab hærede in successione feudi releuium deberi mos Regni introduxerit, non autem a contrahentibus, si distrahatur, & transferatur feudum in vita, illud non debetur: Fuit hæc magistralis eiusdem *Andreæ* doctrina *in dict. Const. post mortem 1. col. nu. 50.* ibi: *Vndè, & Filius, vel alius succedens, quia est moris, soluit releuium, contrahentes verò non, sicut ementes, et donatarij, nec filius, quando sibi successuro pater donauit, nisi tunc donasset omnia bona sua, etc.* II. *Ex feudi successione tantùm debetur; non verò eiusdē inter viuos translatione.*

Idemque *Andr. in d. c. 1. §. sed et res n 7. per quos fiat inuest. Ad primum*, inquit, *respondetur, quod releuium soluitur ab hærede; ab emptore, et contrahente non soluitur; sic se habet consuetudo, mos, et forma Curiæ, vt, et de hoc not. infrà de Cap. Corrad. §. mulier; Vndè semper pater, vt excludat Curiam à releuio, donabit filio feudum in vita sua, qui faciet fidelitatem, et inuestituram petet infrà annum, et nihil soluet: hoc iustum esset tunc, quando in fraudem, hanc*(non faceret), addit *Liparul. ibi lit. E.*

Et inferius ibi: *Veriùs videtur, vt etsi donetur illi, qui aliàs successurus est, vt si pater filio vendat, vel alienet non omnia bona feudalia, vt suprà dicitur, quod non soluatur tunc releuium, quia in succedente hærede tantùm solutionem releuij mos introduxit, et cum sit minùs rationabile, vt soluatur, quod non est impositum, nec promissum, non trahitur ad similia, etiam eandem rationem habentia, etc.*

10 Et ità se habet communis Nostratum sententia, rerum etiam iudicatarum auctoritate firmata; nempè ex refutatione proximè successuro facta releuium non deberi in morte refutantis, ea, quam Antesignanus *Andr.* tradidit, ratione, quia releuium solui debet per successionem defuncto, non verò per acquisitionem factam inter viuos.

Afflict. in d. §. sed, et res n. 21. et in Const. constitutionem D. M. n. 16.
Ant. Capyc. in repet. l. Imperialem § præterea n. 23. vers. extrà. f. 53.
Freccia de subfeud. lib. 2. auth. 3. n. 17. et 34.
Io. Vinc. Anna alleg. 23. n. 9. et alleg. 97. n. 16. et fing. 568.
Praes. de Franch. decis. 121. n. 4. et 5. vbi de Luca in obs. n. 4.
Reg. de Ponte lect. feud. 2. n. 50. et 51. et de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. feud. à n. [illegible] § 3 n. 1. et 4. vbi Thor. in add.
Reg. Moles in dec. Reg. Cam. §. 21. de iure releu. q. 9. n. 1.
Reg. de Curte rel feudal. cap. 3. n. 50.
Reg. Reuerter dec. 271. 324. et dec. 294. num. 1. dec. 343. n. 1. dec. 403. n. 2. vbi R. de Marin. in obs et ad dec 564. n. 1. et in edice Arresti R. Cam. 702. in p. edit.
Camill. de Medic. cons. 18. n. 10. et 11.
Episc. Ricc. collect. 7133.

Cons.

Conf. Martian. conf. 38. ferè per tot.
Laratha in Theatr. feud. p. 12 diluc. 49 n. 14.
Capan. de iure releu. p. 4. q. 14. et seqq.
Gallupp. in meth. feud. p. 4. cap. 4. n. 45.
Borrell. in summa dec. p. 1. tit. 38. de releu. n. 45.
Reg. Tapia lib. 6. iur. Regni tit. 20. n. 13. et 14. et tit. 21. de refut. feud. n. 12. et 13.
Thor. in comp. dec. p. 1. ver. releuium, et p. 2. eod. v. et p. 1. ver. refutatio.
Conf. Roec. respons. 43. n. 9. et resp. 52. d. n. 7.
Conf. Pratus forens. discept. t. 3. cap. 21. n. 6. et Pract. obs. cap. 8. n. 5.
Grizzius in obs. ad R. Capyc. latr. tom. 2. dec. 186. n. 10.
Rodoer. in add. ad R. de Marin t. 1. resol. 23. num. 6. et 7.
Consil. Altim. in obseru. ad Reg. Rouit. conf. 31. num. 20. et 21. lib. 1. et ad conf. 9. nu. 7. et 14. 2. tom.
Rota in annot. ad R. Rouit. conf. 59. n. 8. to. 1.

11 Id, quod expressè declarauit *Pragm.* edita anno 1579. circà præsentationem refutationum in R. Cam. infra 15. dies, quæ est 20. *de feud.* in illis verbis (*E perche quando dette refutationi sono ben fatte senza fraude, portano escusatione dal releuio*) vt obseruat in illius *annot. Reg. Tapia lib. 6. iur. Regni tit. 21. fol. 200. post Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 4. n. 4.* & notat etiam *Conf. Roccus resp. 43. n. 28. in fine.*

III. *Vndè ob refutatarij, non refutātis naturalē mortē exigendum.*

12 ET sic ob mortem refutantis, releuium minimè debetur, cum refutatarius non veniat, vt illius successor, sed habuit feudum ex refutatione, non ex successione: releuium autem in successione per naturalem mortem tantùm est moribus introductum, vt præfati DD. communitèr tradunt. Vnum verò haud prætereundum arbitror, quod in fortiori hypothesi, diffinitum per Regiæ Cameræ Senatum refert *Reg. Reuert. in dec. 403.* vbi Ill. Marchio Vasti, donatarius Principatus Francauillæ, & si non esset immediatè successurus, tamen cum haberet assensum, fuit absolutus ab impetitione fisci petentis releuium ob Principis donantis obitum; aliaque similes casus decisi leguntor apud eundem *Reg. Reuert. dec. 404. n. 4.* vt alias decisiones consultò prætercam.

13 Quòd vsquè adeò verum est, vt mos iste soluendi releuium ob feudatarij mortem intelligatur de vera, non autem ficta, nempè per ingressum religionis, per clericatum, vel per forjudicationem in Regno, ex sæpè sæpius repetita ratione, vt in vno illo successionis casu releuium sit introductum, *Reg. Reuerter. dec. 564. t. 2.* ibique alios addit *Reg. de Marin. n. 2.* subnectens, per Reg. Cam. iudicatum in causa Ill. Ducis Salandræ D. Hippolyti Reuerterij non deberi releuium ob mortem sui fratris primogeniti, qui cum Thearinam Religionem ingrederetur, ei bona omnia feudalia refutauit, quia per refutationem, & religionis ingressum acquisiuit: de qua decisione adest *R. Cam. Arrest. 709.* de anno 1659. apud eundem *Reg. de Marin. in 2. edit.* meminitq; peritissimus noster S.R.C. Decanus *Dux Vasti Girardi D. Carolus Petra super 2. rit. M.C. n. 16. circà med.*

14 Prætereà, licet refutatio dicatur præuentio, seù anticipatio successionis, & sic quædam abdicatio, & remissio iuris sui, donando ei, qui aliàs esset successurus, vndè releuium soluendum esse videbatur, cum semper pater hoc facere posset ad euitandam releuij solutionem; Attamen secundum omnes DD. tali casu releuium non solui testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. d. tit. 8. §. 3. n. 4.* ex eo, quia debetur ex consuetudine in successione tantùm per mortem, quæ non extenditur vltrà casum; Proindè allucinatum esse *Io. Vinc. de Anna in repet. c. 1. de Vasal. decrep. ætat. num. 226.* dicentem, refutationem sapere vim vltimæ voluntatis, idem *de Ponte* prudentèr obseruat.

15 Neque in hoc vado hærebit ingenij mei cymba, si *Andr. Isern.* grauissimi scriptoris doctrinam, quæ omnium Nostratum fide corroborata est, admirtaris *in cap. 1. §. fed, et res, per quos fiat inuest. n. 9.* ibi: *Fiscales nostri in Regno Siciliæ introduxerunt, et dicunt, quod soluitur releuium (quando agnatus agnato, vel pater filio refutat) propter fraudem, quia vix vasallus solueret releuium, cum semper pater refutaret, vel donaret ei, qui sibi est successurus, non expectant mortem patris, eis debent succedere: Videtur minùs benè dici; quia plus est in tempore Inst. de act. §. plus quatuor modis; imò eueniente casu, quod hic filius præmoriatur patri, inuenit se soluisse, cum non successerit quando soluit releuium, et maximè si moritur filius non relicto filio, quo casu reuertitur ad patrem, eundemque refuta-*

futatorem, seù donatorem, nam pater succedit filio, infr. de nat.succ.feud. in princ.& tunc pater, vel alius frater, vel agnatus succedens, similiter soluet pro sua successione releuium: In dubijs contrà fiscum facilè debet responderi D.de iure fisc. l. non puto, maximè quando sunt odiosa, vt est hoc, vt suprà dicitur: Adde quod diximus infrà de Cap. Corrad. &c. si pater donaret, vel alienaret in alium, quando est feudum nouum, & dominus consensit, quo casu videtur ipse, qui confirmat, dare, & non soluit releuium, quia in contractu: multò minus, quando sibi successuro, quod potest sine consensu Domini, &c.

36 Considerat itaq; Auctor iste, quod poterat dari casus, vt filius ex refutatione soluisset in vita; demùm decessisset, cui pater successurus esset, & ipse ex morte filij, tanquàm illius successor, & hæres iterum releuium soluisset;& tandem pater posteà decesserit, & successor aliud soluet, & sic Fiscus dum in morte patris vnum tantum habere debebat releuium, habuisset tria, vnum per refutationem,aliud per mortem refutatarij, aliud per mortem refutantis, sequitur *Reg.de Ponte d.tit.8. § 4.nn.4.* addens, quia potest sic decedere refutatarius, sicut refutans; vnde damnum Fisci est vndique incertum, imò potest esse vtilitatis, prout circà deuolutiones ob delictum, quod faciliùs consideratur in iuuens; nec omnes vendunt, aut refutant, quia nolunt se priuare dominio, ob quam coniecturam tollitur præsumptio fraudis refutantis proximè successuro, & *R.de Ponte*, sequitur *Cons.Roccus lib.1.resp.32. n.8.& 9.*

37 INoleuit autem praxis in hoc Regno, quod, dum feudorum refutationes registrari debent in R.Cam.infrà 15. dies ex *Pragm. 20. de feud.* apponere faciant clausulam, *vt liceat R.Fisco exigere releuium à quo voluerit*, teste *Cons.de Georg.in repet. feudal.cap.43 nn.8.* quem refert *Capan.de iure releu.p.4.q.15. n.19.* inquiens *sub n.20.* quia est quædam præuentio successionis; Et sic addo, quod, dum refutatarius suc-
38 cessionem prærmaturè habet, ex quadam etiam paritatis ratione, fuit introductum, vt sit in electione Regij Fisci illud lucrum incertum præmaturè exigere per mortem refutantis, vel per mortem refutatarij, scilicet *à quo voluerit*; hæc est enim huius dictionis formalis significatio. ad text. *in l.creditor 2. C. de duob. reis*, vbi *creditor prohiberi non potest exigere debitum, cum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniæ, à quo velit*, sed soluenti insolidum datur contra correum regressio; Et cum vna sit obligatio, si vnus soluit, omnes liberantur *l.3.§.vbi duo D.de duob.reis*; Sicuti, cum quis promiserit illud, aut illud, *quod voluerit*, electionem habet stipulator, *l.76.D.de verb.oblig.* In obligatione enim alternatiua duæ res sunt obligatæ, vt creditor habeat, quam voluerit, sed electione vnius, altera non debetur,*l.si duo §.1.de v.obl l.si illud 27. D. de leg.2 l.illud 19.de opt.leg.* De qua perspicua re, videatur peritissimus *Dom. Consil. D.Petrus Ant.de Chauarri in sua Didascalia Iurisprud p.3.cap.1.§.9.*

39 Idq; apertè comprobat idem *Capanus d. p.4. q 8.* vbi de releuio soluendo à pignorante, vel pignoratario feudi, inquit *n.6.* quod apposita dicta clausula, *tunc Fisci est electio*, imò quod istud onus solutionis est sempèr feudatarij pignorantis, sed Fiscus exigit à possessore feudi, saluis iuribus alterius contrà alterum, quatenùs ipse teneretur; & *in fine* monet Fiscales, vt apponi curent hanc clausulam in feudo dato, vulgò *à godere*, alijsq; similibus.

IV. *Pro R. Fisco in registratione refutationis, alternatiua clausula, exigendi releuium, à quo voluerit, non sine ratione introducta.*

30 POsset ex pacto ob refutantis, & refutatarij mortem deberi releuium, vbi refutatio assensu indigeret, & esset releuium per Regiam Cameram reseruatum; Releuij enim præstatio ex iuris dispositione non debetur, sed ex quadam consuetudine, vel pacto, quod potest etiam contraria consuetudine tolli, *R.de Ponte cons.30. num.39. & 40.lib.2. Laratha in Theatr.feud.p.12.dilucid.49.n.12.& 18.& dilucid.57.* ex mente eiusdem *Andr.in d.c.1.§.sed res,per quos fiat inuest.num.8.* ibi: *Quod non fuit impositum, vel promissum, secùs si promitteretur, ergò, &c.*

31 Ex quo concluditur, quod si in assensu requisito, ac super refutatione præstito, non sit releuium R.C. reseruatum, minimè illud debetur, vt in puncto contrà Fiscum decisum refert per R.C. in Collaterali Consilio *Reg.Reuerter.dec.271.* in causa Ill.Andreæ ab Auria Melphiæ Principis,vbi rationem reddit, dicens(*secùs dicebatur in casu proposito,in quo pro assensu fuerat directus Dominus aditus, qui in illius concessione poterat R.Fisco releuium reseruare, soluendum per mortem Io.Andreæ, sicut hodiè practicatur; Vndè cum Cæsarea Maiestas nullam fecerit reseruationem,ergò noluit,vt solueretur*) Ità vt nec sufficiat, quod in assensu super refutatione concesso, apponatur clausula, *iuribus nostris semper saluis*, nam neque ex ea releuium reseruatum censetur, vt deci- sum

V. *Ex pacto, in assensibus cõditionatas, & nõ puras refutationes validantibus, vt ob refutantis, ac refutatarij mortem releuiũ debeatur, reseruari posse; Ac id multifariàm declaratur gratia cõcessa in anno 1557. in prag. 14. & 15. de feud.*

sum per Regiam Cameram, memorat idem *Reg. Reuert. dec.* 404. *n.* 3. quem sequitur *Conf. Rocc. resp.* 43. *n.* 27. *t.* 1. vbi idem concludit de clausula, *fiat in forma.*

22 Quod vndequaque indubitatum redditur, dum ante gratiam anni 1557. super refutationibus, *ex nunc pro tunc sequuta morte, & in præambula hora mortis*, à patre filio contemplatione matrimonij factis, de qua in *Prag.* 14. & 15. *de feud.* Ex quo in assensibus, qui ab Excellentiss. Proregibus præstabantur, vigore gratiæ anni 1535. de qua in *Prag.* 7. *de feud.* super donationibus, siuè feudorum refutationibus matrimonij contemplatione à patre filio primogenito factis, dominio, siue vsufructu sibi reseruato ad limitationem *Pragm.* 4. *eod.* dictæ *nouem Capitum* anni 1531. minimè apponebatur talis reseruatio, & sic non debebatur R. Curiæ ob mortem donantis releuium, *Capan. de iure releuy par.* 4. *quæst.* 37. *num.* 4. & 5. *Conf. Rocc. resp.* 43. *num.* 28. *vers At quando.*

23 Cumque fuerit postea dubitatum, ex clausula in assensibus præfatis per Excell. Proreg. super dictis refutationibus apponi solita, *pro hæredibus ex corpore*, an in persona filij refutatarij, feudum ex antiquo, nouum euaderet; Vndè quia resultabat, vt prædefuncto filio refutatario absque descendentibus, Fiscus deuolutionem prætenderet, exclusis alijs ex eodem patre donante descendentibus; Quod, & si contrà fiscum sustineri posset, tum quia refutatio antiqui feudi minimè illud nouum constituit, *Andr. Isern. in cap.* 1. *in princ. de vas. decrep. ætat*; & in cap 1. *Imper. Lothar. n.* 5. *Afflict. dec.* 193. *Loffred. conf.* 1. *Frecc. p. formal. Inuest. pag.* 385. & in 21. *diff. inter feud. quat. tern. et de Tabul. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 8. *de refut. n.* 20. & 24. *Reg. Moles de iur. releu. §.* 21 *q.* 2. *Andr. Capan.* post alios *de iur. releu. p* 4 *q.* 15. *nu.* 30. Tum etiam, quia dicta clausula *pro se, & hæredibus ex corpore*, adhùc operari poterat successionem iure hæreditario per pactum, vt ex *Isern.* doctrina fundat cit. *Capan. par.* 3. *de releu. q.* 16. *n.* 9. & 10.

24 Ad euitandas inde Doctorum subtilitates, vt in dicta *prag.* 14. legitur; dicto anno 1557. Augustissimo Regi supplicatum fuit, vt feuda donata, vt suprà, antiqua iudicarentur, ad finem, vt procul omni dubio succederent pater, siuè alij ab eodem descendentes, filio refutatario sine liberis defuncto, & ita Fiscus excludendus esset; Obtentaque ad id benigna Regis liberalitate iuxtà preces gratia, quæ est in 6. *cap. gratiar.* & in *Prag.* 14. *de feud.* In rescripto attamen gratiæ in *Prag.* 15. *eod.* legitur fuisse imperatum, vt de cætero in huiusmodi assensibus præstandis, releuium ob donantis mortem Reg. Curiæ reseruetur, ibi;

Placet Regiæ, et Catholicæ Maiestati, quoad donationes tantum, quæ et filio concedentur, qui immediatè proximè patri successurus erit; ea tamen lege, vt in huiusmodi assensibus præstandis, cum Donator discedat à viuis, Regia Curia releuium reseruetur, at addatur clausula, quod si interim Donatoris culpa, ipsum feudum fortè Regiæ Curiæ aperiretur, præstitus ei assensus perindè habeatur, ac si concessus non fuisset.

Cuius clausulæ in dicta *Prag* 15. appositæ meminerunt *R. de Pont. de potest. Prorèg. tit.* 8. *n.* 1. *Capan. de iur. releu. p.* 3. *q.* 17. *n.* 1. *et p.* 4. *q.* 15. *n.* 21. & alij.

25 Eaque stante gratiæ clausula, iuxtà eiusdem limites, & easum, releuium fisco ob donantis mortem soluendum euenit; Puta quando præuio assensu, cum dicta clausula releuij reseruatiua, per contractum filius tantùm de futura successione feudi assecuratur, permanente in patris persona feudi possessione *Conf. Rocc. resp* 43. *nu.* 28. *to.* 1. Idque vigore clausulæ præfatæ, veluti ex conditione in gratiæ concessione, vt in dictis assensibus illa apponatur sancitum; Et sic in omni alio assensu, in quo talis non adesset reseruatio, releuium consequi Fiscus nequiret, *Reg. de Marin. ad Reg. Reuerter. in obs. ad decis.* 294. *n.* 2. *et in dec.* 324. *n.* 4. Et propriè in refutatione quoq; ipsa facta à Patre, ex nunc pro tunc secuta morte contemplatione matrimonij, si in assensu præstito, dicta clausula non apponatur, releuium non deberi, decisum refert

26 *Reg. Reuert. dec.* 404. licet post *d. Pragm.* dictam clausulam reseruationis releuij in d. casu apponi solitam, pro apposita censeri decisum referat *R. de Marinis ad Reu. decis.* 204. *n.* 8. *in* 2. *edit.*

27 Et ità intelligendus est *Præs. Camill. de Curte resol. feud. c.* 3 *n.* 51. dum dixit, iam cessare controuersiam illam, an per mortem patris refutantis filio feudum contemplatione matrimonij *ex nunc pro tunc sequuta morte, vel retento sibi vsufructu*, releuium debeatur; Nam cum in illis refutationibus (iuxtà communiorem sententiam) assensum requiri dicat (esto subtilissimè contrarium, aduersùs *Reg. Reuiti* sententiam in donatione *ex nunc pro tunc*, veluti pura, fundauerit *Reg. Galeot. controuers.* 6. 2. *tom.* post

Fab.

Fab. de Anna consf.39. quem sequitur quoq; *Conf.Staiban.resol.172.d nu.46. ad seqq.* vbi ex *R.de Ponte* ait, d. petitionem Ciuitatis fuisse contrà ipsam,iuxtà solitum,ve-
28 rùm d. gratiam,pro maiori cautela obtentam in nihilo præiudicare) Cumque in eo assensu elargito sempèr apponi consueuerit clausula, *quod liceat, & sit in arbitrio Fisci exigere releuium, vel ob mortem patris sequutam, vel ob mortem filij*; teste *cit.de Curte*; exinde in vim pacti releuium deberi eo in casu videtur:Firmaque semper prima conclusio remanet, quod si in assensu nulla apponeretur clausula releuij reseruatiua, illud certè non deberetur, cit. *Reg.de Marin.in d.obs.294.n.2.& 324.n.4.*

29 Præterquamquòd in terminis præfatæ Regiæ sanctionis, alia indiuidualis ratio ponderatur, per quam releuij solutionem reseruari mandatum fuit,ob donantis quidem obitum; Propter Fisci videlicet declaratam exclusionem in casu mortis filij donatarij liberis non superstitibus; Cum tunc feuda ad Fiscum deuoluerentur, si vti noua iudicarentur; *Sed fiscales,* ait *Capan.d.tract p.3.q.17.nu.8. qui fiscalia Iura tuentur, considerata hac vtilitate, quę fisco obuenire poßet in dicto casu, addiderunt illam clausulam, in recompensationem dictæ futuræ vtilitatis,iam per gratiam amissæ, vt soluatur releuium per mortem donantis. & amittatur feudum ob delictum alterutrius; Rex enim fiscũ suum excludendo,voluit, vt soluatur releuium, et hoc cum ratione, quia si venit ad feudum antiquum donatum, vti successor, et hæres, prout in dicto cap. dicitur, ergò ad releuium tenetur, quod si haberet vti nouum ex contractu, vtiq; non tenetur soluere releuium,etc.*

30 Attenta igitur præfata conclusione, alia diluciclatur quæstio, de refutatione feudi facta, reseruato vsufructu; Et quidem vsque ad tempora *Marin. Frecc.* fuit seruatum valere, & releuium non deberi tempore mortis donantis (dummodò Domini accessisset assensus, cum sit refutatio cum pacto, & inducens diuisionem vtilis dominij à feudo, vt idem *Frecc.* admittit *in lib.2. Authorit.3 n.17.*& post alios egregiè probant *Reg.de Pont.d.tit.8.§.3.Reg.Marcian.disput.80. Conf.Rocc.de Offic. Rubr.12.§.5.d n.26.Conf.de Rosa consult.59.d n.12.Card.de Luca de feud.discur.76.num.1. Episcop. Rocca disput lib.1.cap.60.d n.8*) Sed post tempora *Freccia* vsque ad tempora *Reg. Io. Francisci de Ponte* in hac refutatione reseruato vsufructu, alitèr per R. Cam. seruatum, vt huiusmodi refutatio admittatur cum reseruatione releuij tempore mortis refutantis soluendi,teste *Capan.de Iur.releu p.4.q.24.d n.1.Larath.inTheatr feud.p.12. diluc.49.n.18.* Quod euenit quoque vigore introductæ clausulæ reseruationis, cum aliàs releuio, in tali refutatione vsufructu retento, in assensu non reseruato, illud non deberetur, vt decisum refert cit. *Reg.Reuert.dec.271.1.tom.*

31 Potest enim hæc releuij reseruatio eo casu fieri, quia assensu, seù prouisione hominis refutatio indiget, & ea lege, seu pacto assensus præstatur, vt releuium debeatur; Secùs autem vbi assensus in refutatione non requiritur, cum iuris adsit auctoritas, vt in refutatione simplici proximè successuro facta absq;fraude,ad quam solùm detegendam fuit sancita infra quindecim dies registratio,ex *Prag.20.de feud.*Quam sanè disparem rationem prudentèr agnouit summus feudista *Bammacar. in comment. ad cap.beneficium à Vasallo q 1.n.44.et 45.* vbi postquàm de præfata gratia meminerit, ita inquit; *Item quod in assensibus præstandis apponatur clausula, vt releuium debeatur tempore mortis donantis, et decretatio præsupponit esse expediendos Regios assensus, quo casu cessat præsens disputatio, quando assensus adest hominis.*

32 IGitur cum refutatio simplicitèr fit, ex nunc in vita, adeò vt transferatur feudi vtile dominium, & possessio in proximè successurum, tunc quia nõ requiritur regius assensus ex *cap.1.§.et si libellum de alienat.feud.patern.cap.1.§.sed,et res, per quos fiat inuest.* & cum habeat ex contractu inter viuos, non successione, releuium non deberi, idcòque refutationem non subiacere dispositioni dictæ *Prag.15. de feud. de anno 1557.* docent *Reg de Pont.d.tit.8 n.4.et 5 et Conf.Rocc.resp.52.n.28.to.1.* vbi etiã testatur,fuisse ad cautelam productam fidem quinternionum Regiæ Cameræ de stylo, & forma Reg.Cancell. in assensibus præstandis; quod in refutationibus factis ex nunc pro tunc sequuta morte refutantis, apponitur semper clausula reseruationis releuij; In alijs verò factis ex nunc non expectata morte, quantumcumque pactionatis, non apponitur dicta clausula.

33 Et sic etiam post dictum annum 1557. declaratum fuit per *Prag.*anni 1579. quæ est *vigesima de feudis*, vbi statuitur, vt deinceps refutationes infra quindecim dies registrari debeant in Regiæ Cameræ quinternionibus, & Curia ex hoc certior facta, possit per mortem Refutatarij releuium petere, vel deuolutionem in casibus ex

VI. *In refutatione pura proximè successuro facta releuium ob refutantis mortem non deberi, quia Domini assensu non est opus, sed iure feudali ipsa valida manente, solummodò infra 15. dies registranda ex prag. 20. de f.*

iure inuestituræ contingentibus (ibi) *E perche quando dette refutationi sono ben fatte senza fraude, portano escusazione del releuio)* vt notant cit. *Reg. de Ponte, Reg. Tap. & Conf. Rocc. d. locis.*

34 Quapropter vsquè ad nostra tempora notorius viget iudicandi stylus, vt facta pura, ac simplici refutatione feudorum, absq; fraude, refutatarius ad releuium, ob refutantis mortem non teneatur, vt vno ore fatentur, ac decisum pluriès Nostrates superiùs recensiti testantur. Qui planè mos vel ipse solus legem causæ huic præbere posset. cum stylum pro lege regularitèr seruari demandetur, *l. prolatam* 4. *C. de sent. et interlocut.* & in specie de Regiæ Cameræ stylo pro lege seruando; *Reg. Moles dec. R. Cam. § 3 q 5. n. 40. et 44. R. Rouit dec. 28. n. 3. R. Galeota resp. fisc. 25. n. 15. R. de Philipp. dissert. fisc. 1. n. 147. Præs. Gananerro dec. R. Cam. 29. n. 25. et dec. 56. n. 33.* & in his releuij terminis *Conf. Rocc. resp. 43. n. 31. et resp. 52. n. 29.*

VII. *Per mortem refutantis tãtùm, vbi fraus concurrit releuiũ exigendum.*

35 HAsce autem refutationes, vt releuij solutionem euadant, bona fide, nec animo Fiscum fraudandi factas esse oportere, non inficior, ideòq; pro fisci notitia infra 15 dies illæ registrari debent iuxtà *Pragm. 20. de feud.* Proinde *Capan. de iure releu. p 4. q. 15. n. 15.* monet fiscales, vt sint cauti, & non statim pronis manibus subscribant, *Vidit Fiscus*, cum ideò Fisco notificentur, ad finem, vt videat, an fraus interueniat, quæ cessare dicitur, quando illam patitur registrari; licet ex alia clausula, *citrà præiudicium*, vel *saluis iuribus*, in subscriptionibus apponi solita, minimè sibi Fisci Aduocatos præiudicare, peritè ostendat *R. de Philipp. dissert. Fisc. 2.*

36 Et quamuis fraus in dubio non præsumatur, cum sit delictum, ad *tex. in l. meritò D. pro Soc. Menoch. de præsumpt. lib. 4 præs. 82. n. 10. et lib 6. præs. 83. n. 3. D. Reg. Marcell. Marcian iunior in excerptis for. exercit cap 7. à n. 1.* Tantò magis, quia sumus in solutione rele], quæ abhorret à regulis iuris feudalis, & est odiosa, cuius res, & quæstio intelligenda strictè euenit, non autem præsumptiuè, vel interpretatiuè, *Capan. in d. tract. p 4 q 21. n. 9. vers. tantò.*

At quia fraudem coniecturis probari, magis communitèr voluerunt DD. ex *l. dolum, C. de dolo*, ideò ex quibus præsumi possit refutantis animus, vt in fraudem releuij refutationem facere velit, has præcipuas recollegi.

37 Primò quidem, refutationem fraudulentam præsumi dicunt, si post refutationis contractum, refutans ante, vel post paucos dies delictum perpetraret, ex quo esset feudo priuandus, ad tex. *in l. post contractum D. de donat. Capyc. dec. 50. Capan. de iure releu. p. 4. q. 17. n. 8.*

38 Deinde, si refutans in senectute, vel infirmitate constitutus refutaret, quod si postcà moriatur, tunc fraudulentam esse refutationem circà releuium, ex text. *in l. filiæ meæ emancipatæ egræ D. solut. matr.* tradit *Frecc. de suff. feud lib. 2. aut. 3. num 34.* sed præsumptionem hanc latius enucleat *Capan. d. p. 4. q. 18. et 19.* vt si pater valdè senex propè mortem refutaret, nulla legitima causa præcedente, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. § 4. n. 9.* quod intelligi post annum, vult *Capan. ibid.* & infirmitas debet esse ita grauis, vt de breui dubitetur de vita, si nempè post dies 20. moreretur, *Conf. Marcian. lib. 1. conf. 38. n. 12. vers. amplius*, sed hanc fraudis præsumptionem cessare, si refutatio fiat ex aliqua causa, docent *ibidem*; Secùs verò si nulla infirmitatis existente suspicione refutaret, & deinde moriatur intrà tempus, alias de fraude suspectum, *Capan. d. p. 4. q. 21.* cum semper homo proximus morti videatur, quia, *qua hora non putamus, filius hominis veniet.*

39 III. Si donans, filijs donationis tempore carebat, ac de illis propter senectutem fuisset desperatus *Napod. in Consuet. Et si testator fol. 12. dt. Conf. de Georg. alleg 22.* vel ob sterilitatem, si nempè post longum coniugij tempus filios non procreauerit, *Paris. cons 29 n. 40. Rodoer. ad R. de Marin. lib. 1. resol. 24. n. 5 et 6.*

40 IV. Fraudulentam præsumi refutationem, si post illam refutans reperiatur esse in possessione feudi refutati, nisi adesset constitutum, quo dicitur possidere nomine refutatarij, scribit *Capan. d. p 4. q. 17. n. 10 et 11.* Et ita ex hac possessionis retentione penès donantem, non præsumi fraudem releuij, post alios probat *R. de Marin. in obs. ad R. Reuert. dec. 324. n. 3.* quia videtur possessionem continuasse causa percipiendi fructus, non autem animo fraudandi, ex *R. Galeot. contr. 6. 2. t.*

Imò si refutatio simpliciter sit facta, & in alio actu incontinenti inito coram eisdem Notario, & testibus eodem die essent apposita pacta reseruatiua, sine dubio eam valere, decisum fuisse pluriès per R.C. testatur *Gallupp.* relatus per *Thor. in*

comp.

comp.dec.p.3.sect.3.ver.refutatio, fol.49.

41 V. In fraudem releuij factam præsumi refutationem omnium feudorum, voluit *Andr.in cap.1 §.sed,& res n.7.& 8. per quos fiat inuest.* motus argumento textus in *l. omnes §.Lucius D.qua in fraud Cred.* quem referendo nonnulli sequuti sunt, pecorum ritu, pergentes non qua eundum est, sed quà itur, vt ait *Seneca cap.1.de Vita beata.*

VIII. *Fraudem in refutatione omnium feudorũ præsumi, quomoda intelligatur.*

42 Ast aduertendum est, quod præsumptio, quæ oritur ex textu in *d. §.Lucius*, procedit respectu Creditorum præsentium, & non futurorum, vt declarant ibi *DD.* nisi ex coniecturis aliud appareret, aliàs non dicitur in fraudem donatio, etiam si facta sit de omnibus bonis, vt putà donatio clam celebrata, grauis infirmitas, debita paulò ante, vel post contracta, & similia; Fiscus autem non dicitur creditor præsens, sed futurus sequuta morte, imò in spe, cum possit fieri refutatio, vel alienatio non prohibita, vt egregiè probant *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.8.§.4.à num.3. ad seqq. Cons. Marcian lib 1.cons.38 ferè per tot.*

43 Imò declarando *Andr.* secundùm legem, quam allegat, *idem R.de Ponte d.§.4. nu.* 14. inquit, quod voluit intelligere, quando donatio est omnium bonorum, non verò omnium feudorum, quod idem *Andr.* sic declarare videtur in *Const.post mortem n.* 30. ibi: *nisi tunc donaret omnia bona sua.*

44 PRæterea si in hac refutatione omnium bonorum, siuè omnium feudorum adesset aliqua causa, quia omninò tunc cessat præsumptio fraudis, refutationem non præsumi fraudulentam, ideoque releuium non esse soluendum ob refutantis obitum; omnes censuerunt, ac fuisse ità decisum testantur.

IX. *Qualiter in donatione omnium feudorum, ob iustam causam facta, fraus excludatur.*

Reg.Reuert.dec.271.dec.294 dec.403.dec.404. & dec.564. quæ omnes prodierunt in refutationibus omnium feudorum.

Reg.Moles in doctissimis decis. R.C. §.21.de Iure releu. q.9. n.5. & seq. vbi ità concludit: *Sed nos iudicauimus in Ca. quod si refutatio prædicta omnium bonorum est facta filio, contemplatione matrimonij, vel aliqua alia causa, itàquod cesset suspicio fraudis releuij, tunc non debetur releuium, quia refutatio omnium bonorum valet de iure communi, l.si quis argentum, §.sed, & si quis, C.de donation; Et de iure feudorum c.1. de Vasall. decrep. ætat. Nec ipsa de per se considerata potest dici in fraudem fisci, quia non potest tunc dici creditor releuij, nam potest filius præmori in vita patris, et ideò si pater sub aliqua causa donauit filio, maximè causa matrimonij; tunc non debebitur releuium, quia cessat omnis præsumptio fraudis, Angel. n l si quis post hac, circà medium, vers.vel si pro filio, C.de bonis proscript. maximè quanda donatur filio proximè successuro, quia censetur potiùs debiti solutio, l.1. C.de impon.lucratiu descript.lib.10.et ità iudicauimus eum Comite Syuopolis, &c.*

Anna allegat.37. num 6. & in repetit. rubr. de Vasall. decrep. ætat. num.241. & in sing.568.

Reg de Ponte de potest Proreg.d tit.8.n.7. vbi ait ità fuisse decisum in causa Comitis Synopolis (de qua *Reg.Moles dict.loc.*) & in causa Principis Melphiæ (de qua *Reg.Reuer.d.dec.271.*

Cons.Marcian.d.cons.38.n.4. vbi refert causam Ducis Magdaluni, (cuius meminit *R.de Pont.d.tit.8.§ 4.in fin.*) in qua per R.C. fuit solum decisum, vt solueretur medietas simpli releuij, tùm quia donatio erat sine causa, & facta à Duce infirmo, tùm etiam quia in ipsa multæ reseruationes additæ erant, vt considerat *Cons.Rocc. respons.52. num.30.*

Capan.de iure releu.p.4.q.17.n.4.& 5. & alibi.

Reg.de Marin.in calce Arrest. R.C.702. & in obs. ad præfatas Reg. Reuerter. decis. & præsertim in dec.271.n 4.& dec.294.n.2. ibi: *Secundò notamus adhuc ex refutatione vniuersali feudorum non deberi releuium, si refutatio facta proponitur omni fraude cessante, nam si verum est, deberi releuium ex refutatione omnium feudorum, quia præsumitur fraudulenta, quotiès fraus cessaret, releuium non debetur, & id continget; quando refutatio fieret ex aliqua iusta causa, &c.* vbi etiam tradit, non obstare dispositionem *d.Pragm.15. de feud.* quæ prodijt ex gratia huic Regno concessa de anno 1557. dum ait procedere, vbi in donatione omnium feudorum Rex assentijsset, expresè releuium Regiæ Curiæ reseruans.

Cons. Pratus discept.for.l.3.cap.21.n.23.24.& alij.

X. *Quibus ex causis tollitur fraus, easq; species huic adaptari, demonstratur.*

45 CAusæ autem, quarum singulæ omnem fraudem excludunt; plurimæ sunt à DD. consideratæ, quas omnes hic volui recensere, non tàm doctrinæ gratia, quàm vt causæ huic appositè adaptarem.

46 Primò itàque prætensa fraus excluditur, quia refutatio non fuit facta à Principe infirmo, vel sene propè mortem, siuè decrepitæ ætatis, vel desperato de prole, sed hodiè ille sanè viuit, & ità viuit, vt adhùc possit filios procreare, vt notoriè constat, vndè fraudis suspicio omninò cessat, *Cons. Rocc. resp. 52. n. 14. t. 1.* Imò in actibus mundanis hoc mortis periculum non consideratur, cum secùs, esset destruere vniuersum, nullus enim perpetuitati studeret, imò quò plus senior, eò magis dominio, ac disponendi potestate se priuare non intendit, *auaritia* enim *senilis, quid sibi velit, non intelligo* (teste *Cicerone de Senectute*) *potest enim quidquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere?* Quis autem Strongoli Principem ex iusta, & vrgenti causa ad donandum fuisse inductum non concludat, dum animum supra obitus metum agit, & ita validis viribus est roboratus, vt per plures annos mortem non extimescere possit?

47 II. Quia sumus inter Magnates, & diuites, eorum famam custodientes, qui parua releuij quantitate Dominum fraudare non præsumuntur; præsertim si sint incorruptæ conscientiæ, vt rectè ponderat *R. de Ponte d. tit. 8. §. 4. n. 15.* quem sequitur *Cons. Rocc. d. resp. 52. n. 13.* Hanc verò bonam qualitatem in hac præclarissima Domo de Pignatellis, tot Officijs apud Catholicam Maiestatem decorata, maximè relucere, perspicuè patet.

48 III. Quia refutatio fuit facta palàm, & bona fide, cui per sex menses præcessit publicum instrumentum, præuio assensu super abdicatione, & consensu Ill. Ducissæ Tulbij matris, ex quo omnis fraudis suspicio tollitur, *Cons. Rocc. d. resp. 43. nu. 13. & resp. 52. n. 15.* cum sit actus palàm, non autem clandestinè celebratus, *l. palàm, D. de ritu nupt. l. cum ipsi C. de contrah. empt.*

49 IV. Facta namq; fuit refutatio propter beneficia, obedientiam, amorem, ac reuerentiam, ideò non est fraudulenta, & releuium non est soluendum ob mortem refutantis, docente *Capan. d. tract. p. 4. q. 15. n. 15. & q. 17. n. 4.* Vndè quando aliud non cogitando, sed tàntùm amorem ergà proximum agnatum, siuè filium, ad donandum inducitur, non attenditur indè, quod in consequentiam Fiscus veniat releuio priuandus, cum hoc non fuerit in intentione ad regulam *text. in l. si quis nec causam D. si cert. pet.*

50 V. Quia refutatio facta fuit Tulbij Duci intuitu etiam matrimonij contracti cum D. Isabella de eiusdem familia Pignatellorum *de Rastello*; hac enim consideratione facta donatio pars quædam matrimonij esse censetur, cum in hoc Regno adeò frequenter fieri soleat, vt ratione consuetudinis necessariò fieri debeat, *Cons. Gizzarell. dec. 22. n. 14.* vnde cessat suspicio fraudis circà releuia, quia subest causa donandi, quæ est matrimonij contemplatio, siuè consideratio, vt omnes tradunt, & decisum referunt, videndi apud *Cons. Rocc. d. resp. 43. nu. 30. & 32. & resp. 52. num. 16. & 30.*

51 VI. Quia Princeps donans iàm agnouit, se iterùm ad aliud matrimonium conuolare pro filijs procreandis minimè indigere, dum rectè sciebat suum nepotem aptum ad agnationis incrementum, Vasallorum regimen, ad splendorem, & conseruationem domus sustinendam, quæ omnia tollunt quamlibet fraudis suspicionem in tàm laudabili refutatione ad beneficium dilecti nepotis, vt rectè tradit *Cons. Marcian. cons. 38. n. 8. vers. in casu verò.* Vir enim nobilis naturali impulsu nihil magis desiderasse credendus est, quam principaliora bona (vt sunt feuda) in familia manere, honoris, memoriæ, & dignitatis causa, ex *l. pater §. Iulianus D. de leg. 3.* vbi Primipilaris quispiam testamento suo vetuit domum suam majorem alienari; ne vel incideret in illud *Ennij*, apud *Cicer. lib. 1. de offic. O' Domus antiqua heù quàm dispari domino dominaris!*

52 Quod, eò libentiori animo in hac celebri familia fateamur, oportet, ex qua tot Decij, ac Scipiones prodierunt, pro Rege, pro Patria gloriosè bona, ac sanguinem effundentes; esset enim summus rigor apud Sacrum Regiæ Cameræ Senatum hoc expugnare, quod propugnari oportet, cum à Republica sit, & publicæ vtilitati principalitèr prospicere dicatur, qui amplificandis, & augendis Illustrium, & Nobilium familijs studet, *l. 1. §. publicam D. de ventre inspic. Gregor. Tholos. in syntagm. lib. 45. cap. 13. n. 4. Philipp. Knipschilt de fideic. famil. nobil. cap. 7. n. 4.* & firmamentum

mu-

munimentumq; regalis potentiæ ex illustri oobilium familiarum dignitate reputandum, scribit *Anna.Robert.lib.2. ver. iudic. cap.4.* Vndè exoeo cum facundissimo *Symmacho lib.10. epist.47. Quæso igitur, ne in contumeliam iudicij vestri, & iuri, & innocentiæ fraus paretur. Nec enim ius fuerit, vt vna familia nouo opprimatur exemplo.*

53 Quanquam, dom longiùs abeo, nimis foetasse parum iudicio vestro tribuere videor, sed cum ità sit, & iam ratio veeitatem ostendat, veritas aoimum impellat; video vos, Sapientissimi Iudices, ità animos composuisse, vt verè mecum affirmare non dubitetis, nihil vnquam io hac causa de releuij solutione cogitandum, releuij autem coosuetudinem, qua nihil odiosiùs, solùm in successore, & hærede strictè retioendam. Obsecro tamen, atque obtestor ipsum fisci Patronum, Oratorum nostri æui facilè primùm, Iueisconsultorum maximum, Senatoeum optimum, vno verbo Feaociscum de Andeea, vt hæc omnia æqui, bonique faciat: *Sed si de certo, de perspicuo, de probato, de iudicato, vobis iure esse constituendum videtis, nolite committere, vt in re tàm inueterata quidquam noui sentiatis, imò illa ante oculos proponite:* Primùm, morem, qui hoc releuium introduxit: deinde, maiores, qui illius præstationem pee donatarij mortem tantùm approbaruot: Postremò, Senatum, qui persæpè hoc iudicauit, ita & vos iudicaturos.

Cicer. in Orat. prò l. Corn. Balb.

Hæc supplici voto scripsi, ex meo Musæo Neap. XVII. Kal. Quintilis, Redempti Orbis Anuo CIƆIƆCXC.

Caietanus Ageta.

54 *Et post hæc scripta, in quodam* Summario m.5. Consultationum Regiæ Cameræ, *reperimus notatam Consultationem expeditam die 17. Septembris 1573.* in Reg. Consult. Curiæ 4. fol. 185. *in qua narratur, quod cum S. Maiestàs certiorata esset, in assensibus super donationibus, ac refutationibus feudorum, quæ per Barones in beneficium successorum fiunt, Regiam Curiam fraudari releuio, ideò scripsit Exc. Proregi, vt hoc tractaretur in R. Camera, ac deinde in Collaterali Consilio: Et remisso negotio ad Regiam Cameram, vt cum voto ei relationem faceret, eadem Regia Camera, re prædicta plenè discussa, fuit voti, quod huiusmodi innouatio fieri nequiret, quia ex inueterata Regni Consuetudine, releuium non debetur, nisi ex successione, & pro refutationibus feudorum inter viuos ad beneficium filiorum, aut immediatè successorum, nunquàm per Regium Fiscum prætensum est releuium, nisi refutatio facta esset in fraudem veram, aut de iure præsumptam, quo casu illud deberetur; Et quod licet refutationibus factis non simpliciter inter viuos, sed ex nunc pro tunc sequuta morte, vel in præambula hora mortis, super quibus partes petierunt assensum, sit stylus Cancellariæ in eo apponere clausulam, quod adueniente morte soluatur releuium, ex forma* d.Capitulorum *in d. Consult. insertorum, id non procedit in d. refutationibus, quæ simpliciter fiunt inter viuos.*

AD QVAEST. X.

An, & quando pro fructibus iurisdictionis criminalis, vel ciuilis debeatur releuium.

Et quid in iuribus portulaniæ, ponderum, & mensurarum, niue, pice, sacchararo, manna, & alijs, à n.5. ad 8.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

R*Eleuium, an solui debeat de prouentibus iurisdictionis criminalis, vel ciuilis, à num.1. ad 3.*

Declaratur in duobus casibus per Reg. de Marin. *num.4.*

1 CElebris est decisio in illo altercabili articulo, an releuiũ soluendum sit de pecunia, quam Baro iurisdictionem in suo Castro habens percepit, ex pœnis ciuilibus, vel criminalibus, vt sunt prouentus, compositiones delictorum factæ per Curiam Baronis?

Et

2 Et nullo modo de his prouentibus iurisdictionis soluẽdum esse releuiũ, cõcludit noster *Author hic*, tùm quia isti prouẽtus nõ sunt fructus, quia nõ nascũtur, nec renascũtur, *l. diuortio* §. *vir D. solut. matrim.*, imò potiùs commoditates, quæ proueniunt ex ipsa Iurisdictione, vnde vulgò prouentus appellantur, licet largo modo sub nomine fructuum contineantur, *l. loci corpus* §. 1. *D. de seruit.* attamen cõsiderandi sunt, vt incerti, & inæquales, & releuium debetur ex fructibus certis, & æqualibus, etiam si ex prouentibus non soluatur salarium Capitaneo, nec pro custodia carcerum, nec alijs similibus, quæ expensæ deduci debent in liquidatione fructuũ, sed huiusmodi expensas facere teneatur Vniuersitas, & sic decisum fuisse referr idem *Author num.* 5. *&* 9. in liquidatione Testarum *Ferrandinæ, & Montis Albani* cum Ill. D. *Garzia de Toleto* per R. Cam. referente eodem nostro *Authore* sub die 6. Iulij 1571. fuitq; id confirmatum anno 1574. facta relatione in Reg. Coll. Consi.

3 Et *Authorem* nostrum hic recensent, ac sequuntur *Reg. Constant. in Comm. ad l.* 1. *num.* 67. *& seqq. C. penit fiscal. cred. præferr. Capan. de Iure releu. par.* 4. *quæst.* 2. *ex num.* 14. *ad seqq. Danza ad Grammat. decis.* 46. *n.* 11. *&* 22. *Didac. de Mari in add. ad Gizzarell. decis.* 33. *num.* 5. *Reg. Tap. lib.* 6. *Iur. Regn. Neap. tit.* 20. *in annot. ad Const. post mortem num.* 7. *fol.* 212. *Reg. Camill. de Curte in suis resol. feud. cap.* 3. *num.* 66. *Reg. de Marin. lib.* 2. *resol. cap.* 84. *num.* 3. *&* 4. *cap.* 183. *n.* 11. *& cap.* 184. *à num.* 1. *Thor. in comp. decis. par.* 3. *sect.* 3. *ver. releuium fol.* 54. *& fol.* 57. *Conf. Rocc. de offic. rubr.* 14. §. 5. *de pœnis pecun. num.* 90. *&* 91. *Conf. de Rosa consult.* 30. *num.* 44. *tom.* 1. *& to.* 2. *lection. feud. num.* 4. *Episcop. de Afflicto in controu. forens. in add. ad cap.* 46. *num.* 17. *fol.* 481. *Conf. Petra in Comment. ad Rit. M.C.* 56. *in fin. tom.* 1. *Reg. Marcellus Marcian. iunior in Excerptis forens. exercit. cap.* 10. *num.* 2.

4 Quas *Authoris* decisiones non procedere fundat, in eo casu *Reg. de Marin. d. cap.* 84. *à num.* 5. quando feudi alienatione nulla declarata, in liquidatione fructuum venditori reuocãti restituendorum, veniunt etiam prouentus, siuè pœnæ pecuniariæ, quas emptor percepit, quod etiam comprobat ex relata quadam annotatione *Io: Angeli Pisanelli*; Proùt nec quãdo feudum est locatum, quia tunc facit corpus introituum certum, ideoq; solui releuium, ex quodam notabili *Iulij Cæsaris Minadoi* scribit *idem R. de Marin. d. cap.* 184. *num.* 3. *&* 4.

5 Ampliatur verò, vt id, quod percepit Baro ex Iuribus Portulaniæ, ponderum, & mensurarum, veniat in releuij præstatione, vt decisum fuisse per Reg. Cam. in releuio *Marchionis Argentij* sub die 22. Decembris 1565. refert *Reg. de Curte resol. feud. d. cap.* 3. *num.* 66. *in fin.*, secùs autem est in Iure Adohæ, vt annotauimus suprà ad *quæst.* 1. §. 4. *de Iure Adohæ*.

6 Similiter de Niue, vt veniat appellatione fructuum, & de ea solui debet releuium, decisum refert in S.C. tempore mortis *Principis Scyllæ*, *Conf. Gizzarell. decis.* 33. vbi *Addent.* memorantq; *Reg. Tap. lib.* 6. *Iur. Regni tit.* 20. *in annot. ad Const. post mortem num.* 8. *fol.* 212. *Capan. de Iure releu. par.* 2. *q.* 17. *ex num.* 3. *Reg. Galeot. resp. fisc.* 10. *num.* 16. *Episc. Rocca disp. iur. tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 11. quamuis de dicta decisione dubitandum esse dicat idem *Gizzarell. d. decis.* 33. *sub n.* 27. *vers. nec de releuio*, quinimò ait Principe postmodùm conquerente, ac prætendente restitutionem exactorum redditduum ex niue, fuisse dictum, quod fieret relatio in Reg. Camera ad finem prouidendi, an essent numerandi inter feudales introitus, & mandauit posteà Reg. Cam. articulum esse decidendum cum interuentu omnium partium Curiæ, & adhuc non est decisus, memoratque *Thor. in compend. decis. par.* 2. *ver. releuium*

uium Curia, fol.546. Gallup. in meth. feud.par.4. cap.4. num. 79. Capan. d. loc. num.5.

7 Proùt de pice, cum in fructu dicatur, eò quod renaſcitur, ſoluitur releuium, *Capan. d.par.2. q.17. num.8.* ſic de laudemijs, ſiuè vt dicunt *quartarijs* rerum feudalium, vt docuit *Afflit. in Conſtit. Comitibus num. 9. Conſ. de Anna conſ.4. ex num.77.*

8 Idemq. dicitur de ſaccharo, quod colligitur de cannis melleis, cum renaſcatur, secùs de ſacchato iàm confecto, quia tunc magis verſatur hominis induſtria, ex dictis per *Capan. d.q.17.n.14.& 5.* quem ſequitur *Bottilier.de ſucceſs.tit.de feud. & vita mil. cap.3.num.28.verſ.Vnde*, & ſic etiam diſtinguit de *Holoſerico*, *Capan. ibid. num. 9. & ſeq.* & de Manna eſse ſoluendum releuium, tradit idem *Capan. d.l.num.7.* quid autem de palea, oleo, lapidicinis, & alijs *idem Capan.d.p.4. quaſt.1.*

AD QVÆST. XI.

Quando pater, & filius vnus poſt alium moriuntur in vno, eodemque anno, an debeatur duplex releuium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

R*Eleuium, an duplex debeatur, ſi intrà annum petenda inueſtitura duo feudi ſucceſſores moriantur, à num. 1. ad 5.*

Et quid in veniente iure accreſcendi, n.6.

1 Singula ſingulis referendo, ſi intrà annum petendæ inueſtituræ à Titio ob mortem patris, moriatur ipſe Titius, & ſuccedat nepos, vel alter proximior vocatus à lege feudorum, vel ex inueſtitura, iſte tertius ſucceſſor ad duo releuia ſoluenda teneri videtur, vnū ob mortem patris Titij, alterum ob mortem aui; Etenim quot ſunt mortes Vaſallorum, tot anni debent currere ad petendam inueſtituram ſucceſsori, ſecundùm magis veriorem ſententiam, proùt poſt *Andr.* dixerunt *Mozz. de ſubſtantial.ſeù requiſit.feud. num.45.& num.49. Zaſ.de feud.par.7. nu.7. Io.Borcholten de feud.cap.8. n.8. Io. Scheneid de feud. par. 1. num. 31. Hartm. obſeru. feud. 12. verſ. Item ſi*

2 *Vaſallus*; Si igitur duo anni currere debent, videtur, quod ſolui debeant duo releuia, vt tradit *Nicol. Intrigl. de feud. cent.2. art. 5. num. 628.*

3 Veruntamèn, licet hæc veritatem præſeferre videantur, vt duo, vel tot anni, quot mortes euenerint, debeant currere ad petendam inueſtituram, non per hoc duo ſolui debent releuia, ſed vnicum tantùm; quia dum appoſitum eſt tempus, vt infrà annum, & diem petatur inueſtitura, ſufficit, ſi hoc tempore ſemèl debeatur, tùm quia ſatis, ſuperque eſset vno, eodemque tempore, & anno grauare de duobus releuijs, quæ integros feudi fructus abſorberent, & nihil penès heredem remaneret, & ſic iudicatum refert noſter *Author hic*, vbi addit, duas cauſas lucratiuas regularitèr ſimùl concurrere non poſse, ex *Bart. in l. Mæuius §. duobus ff. de leg. 2.* ſequuntur *Capan. de Iure releu. par. 5. quaſt. 25. Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regn. Neap. tit. 20. in annot. ad Conſtit. poſt mortem num.25. fol.215. Reg. de Curte in ſuis reſol.feud. cap.3. num.57. Epiſc. Ricc. collect. 2515. Laratha in theatr. feud.par.12. dilucid.43. Nouar.forenſ. quæſt. 10. par.1.Conſ. Staib. reſol.176. num. 70. Conſ. Paſchalis de patria poteſt. par. 4. cap. 1. num.15.* vbi *Conſil. Prat. in addit. ver. Et quando pater, De Luca in obſ. ad deciſ.Praeſ.de Franchis 306.num.3.*

4 Ampliatur, vt non ſolùm ſi moreretur pater, vel filius, ſed etiam ſi more-

reretur nepos, vel alij condomini, quorum alter alteri succederet, ex identitate, imò maioritate rationis, post nostrum *Authorem hic n.3. Capan. d.par.5.q.25.num.12. Nouar. d.quæst. 10.nu.1.circà fin. De Luca in d.obseru. 306.num.3.in fin.*

5 Imò & secundò ampliat idem *Capan. ibid.ex num.14.ad seqq.* vt nouus successor non teneatur soluere aliud releuium, si eodem anno, quo moritur feudatarius, fuisset solutum releuium, antequàm annus esset elapsus, & in eodem anno posteà alter feudatarius moreretur, quia non obstante, quod releuium reperiatur solutum, & inuestitura facta, non debet iste nouus successor aliud releuium soluere, ex præfatis rationibus, & præcipuè, nè duplici onere eodem anno grauetur feudum.

6 Similitèr de feudo duobus insolidum concesso, itaùt vnus succedat alteri, quolibet defuncto, à superstite, cui feudū peruenit, siuè accrescit, releuium non soluitur, *Io: Vinc. Anna sing.434. Episc. Ricc. collect. 585.* & decisum refert *Thor. in compen. decis. iur. releuium non soluitur, in causa Artalis de Cordona, Camill. de Laratha in theatr. feud. par. 12. dilucid. 50. Capan. de Iure releu. par.4. q.29.*

QVæstiones quatuor, quæ sequuntur, licet nō sint in editione Decisionum Authoris *nostri* de anno 1670. *quia tamèn nostro in* Codice manuscripto *reperiuntur, ideò hìc fideliter eas imprimendas operæ pretium duximus, annotationibusq; nostris eas quoq; ditauimus.*

QVAEST. XII.

An Releuium solui debeat pro omnibus fructibus industrialibus, qui fuerint anno mortis, an solùm prò fructibus Terratici, & Hortagiorum, quos percepisset Baro, etiam si industrius non fuisset

SVMMARIVM.

1 *Fructus industriales sunt certum quid seorsum à feudo.*
2 *Solitum Regiæ Cameræ, in percipiendis fructibus.*
3 *Decisio Regiæ Cameræ super hoc.*
4 *Quid si territorium dedisset Baro ad culturam.*

BAro non dedit in affictum Territorium feudale, sed voluit ipse Territorium suum colere. moritur anno illo, in solutione releuij, Fiscus dicit liquidandos illos fructus, omnes quod ex industria Baro percepit, deductis tamen expensis; Et dubium contrà Fiscum oriebatur, quod de fructibus industrialibus non deberetur releuium per ea, quæ citauimus superius *in quæst. 1. post med.*

1 sunt enim certum quid seorsum à feudo; item quia solita sempèr fuit R.C. de Territorio feudali, de quo solet percipi terraticum per Baronem, & si à locatoribus cul-
2 turæ sit traditum, recipere terraticum solitum, & non culturam factam ab illis, non obstante quod in effectu territorium illud plus fructuum reddiderit, quàm quod æstimatur terraticum, & sic prò hac parte iudicauerunt aliqui ex Dominis, quod non attenderentur fructus percepti ex cultura, & industria Baronis, nec fieret liquidatio illorum fructuum, adiuncta etiam liquidatione expensarum, sed tamèn haberetur ratio de terratico solito.

3 Fuerunt attamèn prò maiori parte alij contrariæ sententiæ, scilicet, quod solueretur releuium prò omni eo, quod anno illo perceptum fuerat, expensarum deductione non negata, super quibus mandauit R.C. à conuicinis informari, & ratio, quæ eos mouit, ea fuit, quod prò releuio debentur fructus, qui percipiuntur, non qui percipi possunt, vèl potuissent, & ideò si paucos fructus percepisset Baro anno illo, eius incuria (vtrique, quia non coluisset, nec conduxisset Territoria, seù ex iam cultis nihil ob sterilitatem percepisset), non dubium, quin releuium consequentèr, parum prodesset Curiç, vt dictum est *in 1 quæst.* Sic è contrario si pinguiores fructus ex sua diligentia, & industria percepit, consequentèr non iniquū, quod releuium pinguius sit.

Itèm

4 Itèm si Territorium dedisset Baro ad culturam, solitum alias dari ad pabulum, vtiq; solueret istos fructus perceptos ex cultura, non verò perceptos olim ex pascuis, & si pauci fructus essent, ex cultura collecti, non ideò poterit R. Curia fructus olim plures perceptos ex herbagijs, seù affictum petere, & ideò sic decisum die 23. Augusti 1572. in releuio *Prosperi Suardi*, referente *Brancaleone*.

ANNOTATIO.

1 QVæstionem hanc relatam per nostrum *Auth.* testatur *Reg. Camill. de Curte in suis resol. feud. cap. 3. n. 56.* euenisse ipso, tunc existente Fisci patrono, in causa fratris *Ill. Marchionis Casalisarboris*, ac maiorem votantium partem cum fisco se conformasse; Et sic etiam *R. Tapia lib. 6. Iur. Regni tit. 20. in annot. ad Const. post mortem n. 8.* inquit, R. Cameram seruare, vt exigatur, quod solitum erat locari territorium antequàm Baro illud coleret, sed aliquos fuisse in ea sententia, vt releuium soluatur ex omnibus fructibus, deductis tamen expensis erogatis in eorum recollectione; & hanc *decis.* nostri *Auth.* refert quoq; & sequitur *Capan. de Iure releu. par. 2. quaest. 13. n. 11. & 12.*

2 Et licet negatiua pars suaderi videatur ex eo, quia, quādo incrementum feudi prouenit ex industria, labore, & impensa feudatarij, non debet in eius præiudicium maioris oneris intelligi factum, & ità tenere videtur *Iseruia in c. 1. §. si quis de manso n. 18. ante med. vers. secunda videtur*, ibi: *Secùs ergò, si diligentia prioris* (hoc est possessoris, vt legit ibi *Liparulus*) *feudum esset augmentatum, & in c. 1. n. 1. in fin. de Vasall. decrep. atat. Marin. Frecc. de subf. auth. 5. n. 21. Cumia in c. si aliquem ver. seruitij consueti n. 84. & 8.* Quod confirmari potest ex *Imperatoris* rescripto *in l. 3. C. de Alluuion. & palud.* non permittente augeri seruitium emphyteuticum, seù vectigale, ibi: *Ne doleant diligentes operam suam agri dedisse cultura, nec diligentiam suam sibi damnosam indicantes intelligant*; & ità fundat *Reg. de Marin. lib. 2. resol. 183. n. 8. & 9.*

3 Attamen, quod solui debeat releuium, & vt augetur feudum, ità augeri releuium, latè probant, & declarant *Capan. de Iure releu. p. 2. q. 9. Pres. R. Cam. Ganauer. decis. 35. per tot.* Et omissis alijs rationibus, vtcunq; sit, dominium augmenti non pertinet ad feudatarium, imò illud emanat ex vbertate fundi feudalis, & releuij quantitas pendet à quantitate, si igitur pinguiores sunt fructus, licet ex sua diligentia, & industria perceperit, cōsequentèr non iniquum, quod pinguius sit releuium, vt dicit noster *Author hic n. 3. & R. de Curte d. loc.*

4 Si autem Vasallus habeat feudum concessum cum animalibus ad culturam, tunc quia feudalia sunt talia animalia, si vltrà culturam deseruirent, adeòut Vasallus aliquod lucri perciperet, tunc releuium, ex hoc lucro quoq; feudali, soluendum est, *Capan. p. 4. quaest. 1. num. 26. vbi n. 30.* id quoq; ampliat.

QVAEST. XIII.

Quid si in hæreditate feudali adest fluuius sine fructu, & hæres infrà annum mortis feudatarij, ædificat in eo molendinum de propria pecunia, an de illius fructuum perceptorum medietate, releuium debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum Fisci.*
2 *Casus iste indecisus.*
3 *Opinio* Authoris, *& eius rationes contrà Fiscum.*

COntingit dubitari, quod mortuo Barone, in hæreditate feudali erat comprehensum

sum flumen, quod tamen fructus non dabat, hæres infrà annum ædificauit propè aquas fluuij molendinum de propria sua pecunia: prætendebatur per Fiscum releuium, saltim
1 pro rata temporis illius anni: qui mouebatur forsan ea ratione, quia in fine anni, in quo fit diuisio fructuum, & medietas fisco datur, reperiebantur hi fructus molendini in hæreditate feudatarij.

2 Hoc non fuit decisũ: Credo forsàn, ni malè recordor, quia omissa fuit à fisco huiusmodi posteà instantia. Et si iudicandum foret,
3 crederem, non iure peti à Fisco, nam cõtrà ipsum militant omnes rationes prææallegatæ in his proximè præcedentibus quæstionibus, & si pro feudo reempto fuit hæres condemnatus prò rata temporis, id aliqualiter diuersum natura, uam licet tempore mortis feudum illud non erat in dominio feudatarij, hoc verè realitèr, & absolutè intelligẽdo, attamèn quia ius illud luendi erat in bonis defuncti, illudque feudale erat, vt prædiximus ibi, rectè dici poterat, quod feudum illud erat in dominio feudatarij saltim intellectuali, & interpretatiuo, & ius illud erat æstimabile, & sic hæres licet reemisset propria pecunia, attamen fructum percepit, ex illo Iure sibi relicto, & prò comperto est, huiusmodi venditiones, quæ fieri solent cum pacto de retrouendendo, fieri diminuto pretio, & rectè quidem, nàm emens tali adiecto pacto retrouendendi, quia pro certo cogitat, feudum nequaquam sibi perpetuò remansurũ, non applicat se ad meliorationes omnes, & augumenta feudi, quæ fieri solent, & possunt, quarum spe feuda, ideò, & si grauata tot oneribus, vt sunt adohæ, & releuia, & restricta in successionibus, & coarctata in dispositione libera ipsorum, venduntur, & vendi solent cariori pretio, quam alludialia; & sic reempto illo feudo, certum est hæredem vtilitatem non modicam ex eo percipere; At in casu præsenti nulla huiusmodi dictorum militat ratio, & sic diuersa esse debet iuris dispositio, *arg. tex. vulg. in l. illud, D. ad leg. Aquil.*

ANNOTATIO.

1 HVius quæstionis casus refertur à *R. Tapia lib. 6. Iure Regni tit. 20. in annot. ad Const. post mortem num. 20. in fin.* his verbis: *Item etiam quæri posset, si successor in feudo infrà annum construi faciat molendinum in flumine, in quo prius non erat, an debeat soluere releuium de eo, quod peruenit ex molendino prædicto. De hoc fuit dubitatum in R. Cam. sed non reperio decisum, & potest decidi ex ijs, quæ superiùs dicta sunt.*

2 Appositè hìc cadit quæstio, si in meliorando molendino, quod erat in reditu centum, fuerit multùm expensum, itaùt post melioramentum reperiatur esse in reditu biscentum, an in liquidatione releuij, sit deducenda rata reditus, ex melioramento subortì? Et negatiuè decisum refert *Præs. Iul. Cæsar Minadous in suo notabili trãscripto* per *R. de Marin. in obs. ad Reg. Reuert. decis. 225. num. 3. & 4. et lib. 2. resol. 184. num. 7. & 8.*

3 Publicæ verò vtilitatis intuitu de Iure gentium proditum est, vt cuilibet in flumine publico, & multò magis in priuato, & proprio, molendina construere liceat, per *text. in l. fluminum 23. in princ. & §. præterea D. de damn. infect. Hering. de Molendin. q. 9. num. 61. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 3. n. 45. Borrell. de Magistr. edict. lib. 4. c. 7. n. 32. & seqq. Thomat. decis. 298. Card. de Luca tom. 2. discurs. 145. nu. 10. Ant. Gob. in tract. de aquis q. 14. n. 23.* An autem, & quãdo aliquis habens molendinum in flumine, possit ab alio aliud fieri, vide *Borrell. cons. 3. cent. 2. Pecchius in tract. de Aquæductu lib. 4. de Molendin. q. 10.*

4 Allodialia item potiùs, quàm feudalia præsumuntur molendina, *Alciat. reg. 2. præsumpt. 3. Bursat. cons. 41. Seraph. decis. 894. num. 1. Gallia cons. 27. n. 115.* vbi ampliant, etiamsi à Principe deriuarent, & intrà fines feudi continerentur, præsertim si super nauibus sint extructa, quia in istis feudum consistere non potest, *Gallia d. cons. 27. num. 116.* Ex coniecturis tamèn, & signātèr si probentur de pertinentijs feudi, quod à Vasallo iure feudi possessa fuerint, quod intrà fines, & quod saltem ex publica voce, & fama sint de iurisdictione feudi, feudalia quoque esse censentur, ex latè traditis per *Iacob. Gall. cons. 32.*

per

*per tot.Seraph.d.decis.*894.*Reg.Lanar. cons.*2.*per tot. Card.de Luca tom.* 2. *de feud.discurs.*3.*per tot.* latè, ac optimè *Episc. Rocca disp. iur. lib.* 1. *cap.*57. & 58. vbi & sæpè allegat Nos *in Visionibus feudal.*

5 In omnibus autem casibus, in quibus res præsumitur feudalis, debet solui releuium, *Capan. de Iure releu. par.*1.*q.* 14.*num.*8. *vers.Et sic.*

QVAEST. XIV.

An mortuo Barone, qui habebat dohanam in feudum, in solutione releuij debeat fieri deductio expensarum salarij Dohanerij, & Credenzerij.

SVMMARIVM.

1 *Credenzerius dicitur Custos, & obseruator Dohanerij.*

2 *Decisio Regia Cameræ, quod fiat deductio in releuio, & ratio.*

3 *Expensæ factæ pro Custode Dohanæ in releuio deductæ.*

AD aliqualem intelligentiam quæstionis huius, videas priorem *quæstionem* 10. in qua assertum fuit, prouentus criminales, ideò non venire in liquidatione releuij, quia excomputantur eum expensis; In hac dubitatur,àn mortuo Barone habente Dohanam aliquam in feudum, in solutione releuij debeat fieri deductio expensarum salarij Dohanerij, & Credenzerij.

Et ratio dubitationis erat, quia in casu quæstionis illius, expensæ ideò admittebantur, quia videbantur necessariæ, & sine illis non rectè poterat iurisdictio concessa exerceri, nec prouentus commodè percipi; hic verò videntur illę voluntariæ, & primò quoad salarium Dohanerij tales videbãtur, quod cum ipse Baro in primis haberet officium, alium nomine Dohanerij, substituere non oportebat, & quo ad salarium Credenzerij multò magis, quia officialis necessarius nõ est causa exigendorum fructuum,

1 sed magis custos, & obseruator Dohanerij, *l.*1.*D.de admin.tutor.*

2 His tamen reiectis, contrarium fuit decisum die 13. Martij 1571. in releuio Ill. Ducis Amalfiæ, referente *Magnif. Prospero de Piatto Rationali*, nàm dicimus necessarias

3 expensas, quia Dohanerius ponitur gratia recolligendorum fructuum, nec venit in consideratione, quod Baro debuisset ipse exercere, nàm ex mente Regis concedentis cognoscitur, quando datur aliquid in officium, vel in beneficium, & certum est huiusmodi officia non esse proportionabilia viro nobili, & Baroni, & paucis nos expediuimus super hoc per clara iura, & multa exempla.

ANNOTATIO.

1 HAnc nostri *Authoris* decisionem referunt, & sequuntur *Capan. de Iure releu. par.*1. *quæst.* 13.*num.*26. & 27. *Reg.Tapia lib.*6. *Iur. Regni tit.* 21.*in annot.ad Const.post mortem n.*9. *fol.*212. Fuit enim decisum esse deducendas illas expensas pro salario Dohanerij,& Credẽzerij Dohanæ,quam habebat in feudum; sunt enim necessariæ,quia ipsi recolligunt fructus, & ista sunt officia, quæ nõ benè competunt Baroni, tanquàm viro nobili; tacitè enim colligitur mens Principis concedentis Dohanam supèr feudo, vt concedat, deductis his oneribus, *Author hic num.*3. quem sequitur *Capan. d.q.*13.*n.*17.

2 Licet expensas factas in satisfaciendo salatium Aetatij,& Collectoris introituum feudalium, non esse deducendas, doceant *Reg.de Curte in suis resol.feud.cap.*3. *num.*71. *Præf. de de Ganauerr.decis.*34. *num.*23. *Reg.de Marin.in obs.ad Reg.Reuert.decis.*225. *n.* 2. ex quo hæc impendia non possunt iudicari fructuum causa facta, & introitus veniunt ad manus Aerarij, iam perfecti, & in esse deducti, quotũ cõseruatio pertinet ad dominũ eorum, & feudatariũ, ex *Freccia lib.*2.*author.*3.*num.*29.& diximus suprà ad *quæst.*6.

QVAEST. XV.

An debeatur releuium ab hæredibus Viduæ pro feudo, quod illa priùs sibi adiudicari fecerat pro dote, & antefato.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio transfert dominium, & quos effectus pariat.*
2 Tex.in l.si vt proponis, C. de rei vindic. *non habet locum in feudalibus.*
3 *Mulier pro antefato est vsufructuaria tantùm, & pro dotario.*
4 Decisio Reg. Cam. *in fauorem hæredum Viduæ circa releuium.*
5 *Sententia non transfert plus Iuris, quàm alicui competit ex suis scripturis.*
6 *Per mortem mulieris resoluitur adiudicatio.*
7 *Feudum datum pro dotario, reintegratur Baroniæ ex morte Viduæ.*
8 *Feudo dato pro dotario, filij recuperantes, ob mortem matris, non dicuntur succedere matri in illo, sed patri.*

ISabella de Aquino, viro mortuo petierat,
& obtinuerat adiudicationem pro dote, &
antefato in feudis viri, tamen, & ipsa etiam
1 moritur; Dubitatum fuit, an deberetur releuium; Prò fisco dicebatur, quod adiudicatio transtulerat in ipsam, dominium, quæ ideò remansit debitrix in pecunia hæredibus viri prò restitutione valoris antefati prædicti, & non debitrix ad restitutionem feudi, & sic, quod hæredes viri non poterant venire ad successionem feudi illius adiudicati, sed tantummodò ad successionem pretij, seù valoris antefati prædicti, & quia hæredes ipsius mulieris sunt, qui veniebant ad successionem feudi, licèt tenerentur ad restitutionem pretij antefati, & mulier erat creditrix in pecunia prò antefato, quando fiebat adiudicatio, feudum non sortiebatur eamdem naturam, cuius natura erat creditum in pecunia, quia *tex. in l.si vt proponis*
2 non habet locum in feudalibus, secundùm *Andr. in c. 1 de duobus fratribus.*

Prò Vidua verò dicebatur, ipsos hæredes
3 des non teneri, quia illa respectu antefati erat vsufructuaria tantùm, iuxtà *Consuetudinem Ciuitatis Neap. incip. quartam autem*, ex quo reliquerat filios, & iuxtà *Const. Regni incip. mulier, quæ dotariũ*; quod firmat *Andr. in tit. de controuers. inuest. nu. 7. in fin. & in tit. qualitèr olim pot. feud. al. n. 6. §. per hoc patet*, & sic, quod in ipsam transierat dominium feudi; quoad vsumfructum tantùm, vt in *d. Constit.* & dicit *Capyc. col. 81. vers. sed ego credo in c. Imperialem, dè probib. feud. alienat.*

4 Hæc quæstio cum fuisset discussa die 12.
Ianuarij 1572. translata resolutione ad aliã
diem, tandem die 11. Martij eiusdem anni
fuit decisum in fauorem Viduæ mortuæ, &
sic absoluti hæredes à petita releuij solu-
tione, nàm licèt fuisset facta adiudicatio
simplicitèr, & dominium fuisset simplicitèr
in mulierem translatum, intelleximus, quod
5 sententia non transtulerit, nec transferre po-
tuerit in eam plus Iuris, quàm ipsi compe-
tebat ex suis instrumentis, & cautelis, & per
consequens, quoad respectum vsufructus
tantùm intelligeretur facta adiudicatio, &
non alitèr; quo casû, quia per mortem mu-
6 lieris resoluitur ipso iure illa adiudicatio,
per consequens iuxtà *cap. Regni incip. mulier*
dotarium, feudum quod erat prò dotario,
7 reintegratur Baroniæ, à qua exierat ob di-
ctam adiudicationem, ideò hæredes mulie-
8 ris releuium soluere non debent, nam feu-
dum habebant vti hæredes patris per *Auth.*
hæres, C. de secund. nupt.

ANNOTATIO.

NOn deberi releuium ab hæredibus
viduæ pro feudo, quod sibi adiu-
1 dicari fecerat pro sua dote, & ante-
faro, decisum refert noster *Author hìc*
num. 4. quam decisionem recensent
quoque *Capan. de Iure releu. par. 4.*
quæst. 11. num. 18. Thor. in comp. decis.
par. 3. sect. 3. ver. releuium, an debeatur
fol. 54.

2 Distinguit tamen *Capan. ibid.*, aut
ista vidua reliquit filios, aut non re-
liquit. Primo casu, quando reliquit
filios, tunc siuè in Capitulis nuptia-
libus fuerit dictum, filios succedere
vti hæredes viri, siuè, vti filios, semper
non teneri ad releuium, quia filij non
succedunt ad feudum, sed ad valo-
rem, & sic ad pretium antefati asse-
curati super feudo; assecuratio au-
tem non transfert dominium rei ex-
tantibus liberis, sed tantùm vsum-
fructum, & sic procedit *Authoris* no-
stri decisio, ea ratione, quia per mor-

tem

tem viduæ illa adiudicatio resoluebatur, & feudum reintegrabatur ad hæredes viri.

3 Secundo casu, si nempè non extant filij, & tunc, quia adiudicatio transferebat dominium, etiam quoad proprietatem in vxorem, maximè si adiudicatio fuerit facta pro concurrenti quantitate, tunc quia non ad filios vti non extantes, sed ad hæredes mulieris feudum transit, & verè dicuntur succedere, cum ipsa mulier erat vera domina, releuium debetur, *Capan.d.q.1.num.19. & 20.*

4 Quid autem dicendum, stante *Reg. Pragm.* tempore Exc. *Ducis Ossuna* Proregis promulgata, quod scilicèt mulier de antefato sit tantùm vsufructuaria, & mortua muliere antefatum reuertatur illuc, vnde exiuit, an si feudum pro antefato fuerit iàm datum, vt mortua muliere feudum ipsum rediret ad hæredes mariti, vel dotantis, teneâtur soluere releuium? Et negatiuè respondet *Capan.d.tract. par.4.q.11.nu.34.* tùm quia feudum reuertitur ad illos, nõ autem dicitur, eos succedere, vti hæredes, prout disponit *d.pragm.* quæ dicit, quod antefatum reuertatur ad proprietarios, tùm etiam quia, dum vxor est vsufructuaria, & dotantes, siuè promittentes antefatum proprietarij, tunc mortuo vsufructuario proprietarius non tenetur soluere releuium.

5 Præterea feudo per vxorem cum Regio assensu in dotem dato, mortuo viro releuium debetur, secùs si assensus non fuerit expeditus, quia soluerettur per mortem vxoris, *Io. Vinc.de Anna alleg.95.nu.10.& in Const. Constitutionem Diuæ Memoriæ num.21. & 22.* licet *ibidem* indistinctè teneat, q siuè cum assensu, siuè absq; assensu fuerit feudum pro dote datum; per viri mortem nullo pacto fisco esse soluendum releuium, sed tantùm per mortem vxoris, quia licet sit expeditus assensus, tamen legis ministerio dominium feudi in vxoris posse remansit, *l.in rebus C.de iure dot.* sicque refert decisum per Reg. Cam. inter Regium Fiscum, prætendentem duo releuia annuorum introituum feudalium in dotem datorum per *Isabellam Sances, Ferdinando Capano* eius viro, vnum ob mortem viri, & alterum ob mortem vxoris, expedito assensu super datione in dotem, sed vnum tantùm deberi, decisum fuit sub die 5. Decembris 1556. vt testantur post alios *Capan. d. q. 11. n. 20. Laratha in theatr.feud. par.12. dilucid.56. Thor.in comp.decis.par.1.ver. releuium fol.452.Reg.de Marin. in obs. ad Reg.Reuerter.decis.45. num.1.*

6 Et *Reg. Reuert. in d. decis.45.* decisum tradit, per mortem viri fieri locum solutioni releuij, vbi feudum fuerit datum æstimatum, & ea æstimatione, quæ emptionem, & venditionem faciat, secùs si feudum esset datum inæstimatum, vel æstimatum non ea æstimatione, quæ emptionem, & venditionem faciat; ad *text. in l. plerumque D. de iur. dot.* quam decisionem typis mandari quoque curauit *Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regni tit.20. fol.215.*

7 An verò de feudo dato in dotem filiæ fœminæ, ob mortem dotantis teneatur filia, vel maritus soluere releuium, & quid in casu contrario, vt ob mortem dotatæ feudum si reuertatur ad dotantem; teneatur dotans de illo soluere releuium? latè adeundus *Capan.d.par.4. quæst.12.per tot.*

8 Nec releuium deberi, Castro, vel feudo per Socrum genero pro dote filiæ dato, dominio, & vsufructu, vita durante, reseruato, Socro mortuo, & feudo peruento genero, docet *Laratha d. par. 12. dilucid.55.* ea ratione, quia filia habebat hoc feudum ex contractu, non autem ex successione.

Lectio deniq; feudalis dignissimi *Reg. Cons. D. Petri Caranitæ,* superiùs recensita, est sequens.

PRI-

PRIMA

LECTIO

FEVDALIS

PETRI CARAVITAE

I.C. NEAPOLITANI

Aduocati Primarij, & in Almo Neapolitano Gymnasio Feudorum Interpretis.

HABITA DIE DOMINICA
Decima Martij 1647. in Licæo Maiori Publici Regij Studij.

SVMMARIVM.

1 *Oratio ad Principem.*
2 *Refertur quæstio* Iserniæ, *& eius resolutio.*
3 *Emendatur litera* Iserniæ.
4 *Prælatus nouus successor, non tenetur ad solutionem releuij pro feudo Ecclesiæ.*
5 *Prælatus non est Dominus bonorum, & feudi Ecclesiæ, sed Administrator, defensor, & dispensator.*
6 *Dominium bonorum, & feudi Ecclesiæ semper est penès ipsam Ecclesiam, quæ possidet per Prælatos, sicut per procuratores, & colonos.*
7 *Releuij solutio moribus est introducta, in uno casu successionis in feudo.*
8 *Quod datur Ecclesiæ, datur Deo.*
9 Afflicti *ratio refertur, & refellitur.*
10 *Ecclesia respectu feudi subest Domino feudi, & in Regno adest concordia cum Sanctissimo.*
11 Iserniæ *secunda ratio refellitur.*
12 *Ecclesia in feudo vtitur iure priuati, & sicut alij feudatarij vtuntur.*
13 *Argumentum contra rationem* Iserniæ, *& resoluitur, num. 15.*
14 *Releuium in Regno est taxatum in medietate fructuum, quod exigitur in pecunia, & quid in Regno Siciliæ.*
15 *Releuium non est onus fructuum, nec intrinsecum feudi.*
16 *Releuium soluitur ratione inuestituræ, quæ petitur.*
17 *Contractus vel quasi fit cum Domino ratione petitæ inuestituræ, & contrahitur tacita hypotheca.*
18 *Hypotheca tacita contracta pro solutione releuij, est cum prælatione super feudo, etiam etiam creditoribus cum assensu, & ita obseruat Regia Camera, & quare?*
19 *Decisio Regiæ Cameræ in causa creditorum Marchionis Gruptulæ refertur.*
20 *Actio pro exactione releuij, quæ cōpetat Fisco,* ex Isernia.
21 *Releuium est onus feudatarij, & quomodo ex distinctione* Marchionis Torelli.
22 *Decisio S.C. in causa creditorum Ducis Grauinæ refertur.*
23 Iserniæ *doctrina, aliorum Doctorum testimonio comprobatur.*
24 *Stylus Cameræ, secundum modernos circa solutionem releuij pro feudo Ecclesiæ, refertur.*
25 Marchio Belmontis *aliter scribit.*
26 *Ex stylo Cancellariæ Vniuersitates soluunt releuium singulis quindecim annis pro feudo secundùm Frecc. & declaratur num. 27.*
28 *Quindenuium soluitur de beneficijs, & bonis emphyteuticis Ecclesiasticis, quando deueniūt ad manus mortuas.*
29 Marinus Freccia *notatur.*
30 *Rex, an teneatur assentire, si Ecclesia offert soluere quindennium, cum decis. R. Cameræ, & Collat. Cons.*
31 *Assensus Regis, non autem Proregis requiritur in alienationibus feudi in manus mortuas, & de stylo Cancellariæ respectu hypothecæ.*
32 *Decisiones Reg. Cameræ referuntur circa releuium soluendum per Vniuersitates.*
33 *Doctori attestanti de stylo, & consuetudine, non est credendum.*
34 *Clausula, de releuio soluendo pro feudo Ecclesiæ, vel Vniuersitatis non apposita in inuestitura, vel assensu, an censeatur apposita tanquam de stylo Cancellariæ.*
35 *Articulus de clausulis appoui solitis, & omissis, remissiuè.*
36 *Clausulæ* constituti, & precarij, *& pacti de capiendo, omissa in assensu, censentur appositæ.*
37 *Clausula, de solutione releuij facienda per Ecclesiam, & Vniuersitatem, omissa in inuestitura, vel assensu, non censetur apposita, licet esset de stylo Cancellariæ secundum opinionem Authoris, cum decis. Reg. Cam.*
38 *Tenor inuestituræ, & assensus attēditur, etiam contra consuetudines feudorum.*
39 *Clausulæ, quæ sunt de stylo Cancellariæ, si non apponuntur, & non sunt necessariæ, non vitiatur actus, & si apponuntur, quæ de stylo non erant apponendæ, sunt seruandæ.*
40 *Clausula,* Iuribus nostris, & alienis semper saluis, *quando nihil operatur.*
41 *Decretatio,* quod fiat in forma, *quid operatur, clausulis solitis omissis.*
42 *Releuium non comprehenditur sub reseruatione seruitij.*
43 *Inuestitura dubia interpretatur secundum stylum,*

lum, & consuetudinem.

44 *Releuij tempus, & quantitas interpretantur ex stylo, & consuetudine.*

45 *Declaratur doctr.* Iserniæ *de solutione releuij in casu successionis, & refertur decisio Reg. Cam.*

46 *Veniens iure accrescendi, non debet soluere releuium, remissiuè.*

1 REGVM est, atque Gubernantium (Princeps Excellentissime, Proregum optime) leges constituere, easquè docere, sicut & exequi, *Petr. Gregor. de rep. lib. 17. cap. 11. in princ.* Inutiles enim essent leges, si non manifestarentur, & Ciues in illis non assuescerent; assuescere autem non possunt, nisi à Doctore magistro instruantur, *l. 2. §. post hoc deindè, ff. de orig. iur. Arist. l. 5. polit. c. 8.* Sic Dauid 1. *Paralip. c. 26. v. 29.* & Iosaphat 2. *Paralip. cap. 17. v. 7. & seq.* Hierosolimitani Reges, subditorum prosperitati consulentes (in qua & Principes prosperantur) *Bonifac. 8. in prohem. 6. decretal.* leges edocendas curarunt. Sic apud Assyriorum 4. *Reg. c. 17. ver. 26. & 27.* Persarum 1. *Esdra cap. 7.* Tuschorum *Beros. lib. 5. in Nino.* Lacedemonum *Pet. Gre d c. 11. n. 3.* Reges sancitum, & obseruatū traditur; Marcus Antonius Romanorum Imperator, cum primum Athenas venit, Doctores pro legum doctrina instituit *Pet. Gre. de Rep. l. 15. cap. 1. n. 25.* Iulianus Cæsar, & hoc ipsum agnouit munus, & cùm in singulis Ciuitatibus adesse non posset, decreto Curialium optimorum conspirante consensu remisit *Magist. C. de Profess. & Med. lib* 10. Carolus Magnus, & Nonus, Alphonsus Castellæ Rex delectis Magistris legum, scholas erexerunt *Petr. de Greg. d. c. 1. n. 21.* In hoc nostro almo Neapolitano Gymnasio, antiquioribus temporibus omissis, & Proregum iussu aliquando, & decreto, Antecessores, Doctoresquè Magistri constituti sunt; feudorum tamen Cathedra semper Proregum delectioni debito iure specialitèr remansit, modo prouectis causarum Patronis præpositis, modo Regijs Consiliarijs, Regiæ Cameræ Præsidentibus, eiusdemque Fisci patronis, qui hic Collaterales, & in supremo Italiæ Consilio Præsides, & eiusdem Regiæ Cameræ Locumtenentes euaserunt, sicut & Aduocati ipsi ad eandem supremorum Magistratuum munera deinde euecti sunt. Tales namque fuerunt Bartholomæus Camerarius, *ipse Camer. in cap. Imperialem. §. præterea Ducatus, car. 98. lit. S.* Io: Antonius Lanarius *vt in suis repet. feudal. in præfat.* Io: Franciscus de Ponte *vt in suis lectio. feud.* Camillus de Curte *in suo diuer. feud.* Io. Andreas Georgius *in suis repet. feud.* Io. Baptista Melior, *Anellus Amat. in Prologomen. feud. in princ.* Anellus Amatus *ipse vbi sup.* & Andreas Marchesius, ad cuius iam defuncti substinendas vices in ipsa die obitus non currentem, sed cunctantem, non attritæ frontis, sed verecundum, *Bernar. lib. 4. de consid. ad Eugen. lit. M.* me eligendo dignum fecisti, Excellentissime Princeps. Sanè par erat, vt mihi de Principum beneficijs tractaturo, & hoc tanto beneficio dares; & sicut Gentiles mei pluribus Principibus successiuè ministrarunt, ego te auspice eisdem pluribus ministrarem. Streuuus enim ille Eques Aluarus Carauita generalis Aragonum Bayle cum Alphonso I. Rege Neapolim, cum aliquibus suis appulsus, pro tutanda eiusdem Regis vita in Castro Capuanæ propriam vitam obijt, *Zurit. to. 2. annal. Arag. lib. 13. cap. 16. Conflant. in histor. Regni lib. 14 fol. 323.* vt meritò deuotissimis posteris suis in Regno remansis datum sit, eiusdem Alphonsi successoribus, nempè fælicissimis, & Augustissimis Austriacis Regibus omnibus in eodem Castro Capuanæ togatos deseruire, & dum horum omnium Principum Feudales Constitutiones me interpretaturum posuisti, Excellentissime Domine, ipsis omnibus insimul deseruire fecisti. Tibi gratias referre, immortalesque laudes tuas recensere, Regię domus tuæ Magnates, & Proceres cum eorum assiduis in Hispania sexcentorum annorum curriculo præclarissimis gestis, *Sandoual. in Chron. Alphonsi 7. fol. 449.* commemorare, & si hic deberem; non tamen valeo; alium namque optimè excultum non me balbutientem Oratorem deposcunt. Ostendunt, & Cognomen, & Stemma, ostēdit & Arcensis Ducatus; Arcus enim magni est nominis. Si de cœlesti sermo est, scriptura dicit: *Eccles. c 43. ver. 12. Vide Arcum, benedic eum, qui fecit illum, valdè speciosus est in decore suo.* Si de triumphali: *Arcum marmoreum S. P. Q. R. Druso dicauit Sueton. in vita Claud. c. 1.* Si de Militari eminus arcet hostem. Si de eo, quod est Lyrę, dulcem sonum componit. Si de illo ædificiorum, ad sustentandum ponitur. Sub Tui ergo Arcus auspicijs, Diuino inuocato Numine Lectionem aggredior, ad doctrinam *Isernia in cap. 1. ver. similiter n. 15. cum tribus sequent. de Capit. Conrad.* præstantissimi Prædecessoris sequendo institutum.

Posuit *Isernia* in præcedenti *num. 14.* quo-

quomodo hæredes Vaſſalli dant releuia Dominis, & inter hæredes, quomodo teneantur minores, de quo eximius prædeceſſor noſter in ſuis poſtremis lectionibus
2 copiosè tractauit. *In num.15.* cum tribus ſeqq. quærit. An Prælatus nouus ſucceſſor ſoluat releuium, ſi tenet feudum, & concluſiuè reſpondet: *nam videtur vti iure priuati, argum. eſt in ſeq. §. & hoc ſi ſit vſitatum ſoluere Eccleſiam illam pro feudo, aliàs non tenetur.*

Illud verbum, *nam*, ponitur ex emenda-
3 tione *Loffred.* hic in ſua *paraphraſi*, & *Epiſc. Nicol. Liparuli*, quia in litera corrupta *Iſerniæ* habetur, *non videtur*, & non correſpondet cum ſeq. verbis.

4 Regula igitur *Iſerniæ* deſumitur: Prælatum nouum non teneri ad ſolutionem releuij; item & exceptio ad ipſam regulam, niſi vſitatum ſit, Eccleſiam illud ſoluere: regulã probat duabus rationibus; & prima, quia Prælatus non eſt Dominus bonorum Ec-
5 cleſiæ, ſed procurator, *cap. 2. de donat.* aliquando dicitur diſpenſator, aliquando adminiſtrator, aliquando defenſor, *cap. Caſellas, cap. Epiſcopus 10. q. 2. cap. in Canonibus 16 q. 1.* & dominium bonorum, & feudi Ec-
6 cleſiæ, ſemper eſt apud ipſam Eccleſiam, *l. iubemus, §. ſcientes, §. ſi quando, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſine traditione tranſit ipſo iure, *l. fin. C. eod. tit.* propterea Eccleſia poſſidet per Prælatos, ſicut per Procuratores, & colonos, *l. ſicut, ff. quod cuiuſq; Vniuerſit. nom.* Sed ſolutio releuij eſt inducta in vno caſu,
7 ſcilicèt, cùm ſuccedîtur in feudo, & ſic ſe habet conſuetudo, mos, & forma Curiæ, ergo Prælatus, qui non ſuccedit in feudo, non tenetur ad ſolutionem releuij, cùm ille mos, & conſuetudo ſit contra ius, non trahitur ad alium caſum ſimilem, etiam ſi adeſſet eadem ratio, ſicut ſolutio de plauſtro vini, non trahitur ad plauſtrum olei, *l. 1. & in gl. C. quæ ſit longa conſuet.* & odioſa reſtringuntur, non autem ampliantur, *l. cùm quid, ff. de liber. & poſthum.*

8 Secunda ratio *Iſerniæ* eſt, quia quod datur Eccleſiæ, datur Deo, qui immortalis eſt, *l. 4. ff. ad l. Iul. peculat. l. 1. §. ad municip. ff. ad l. falcid.* ſed debet eſſe differentia inter res humanas, & diuinas, ſiue cœleſtes, *l. ſancimus, la ſeconda, C. de Sacroſ. Eccleſ.* ergò Prælatus non debet ſoluere releuium, prout ſoluit laicus, vt ſic differentia inter res humanas, & diuinas.

Afflict. hic *num. 9.* addit aliam rationem, quia conſuetudo ſolutionis releuij eſt laico-
9 rum, quæ Eccleſiam non ligat, *cap. benè quidem 96. diſtinct.* hæc ratio *Afflicti* fuit ab *Iſernia* excogitata, & tanquam non ſubſiſtens reſoluta, dum hic *num. 17.* dicit, quod in feudo, quod Eccleſia tenet à temporali Domino, ſubeſt ei, à quo tenet, *cap. verum, cap. licet, de foro compet. cap. cæterùm, de indic.*
10 & in Regno adeſt concordia facta cum Sanctiſſimo, vt in *cap. Regni 94. incip. Item ſtatuimus, quod Clerici, & in Pragm. 1. de Cleric. & Diac. ſaluat.* Et ideo Eccleſia feudataria dicitur vaſalla, *DD.* apud *R. Merl. tom. 1. contr. for. cap. 13. n. 39.* Ergo Eccleſia ipſa feudataria, vtitur iure priuati, & conſequenter ligatur conſuetudine aliorum feudatariorum, & ex hoc etiam reſpondetur
11 ad ſecundam rationem *Iſerniæ*, ſcilicèt circa ſolutionem releuij, nullam eſſe differentiam inter res humanas, ſiuè terrenas, & res
12 diuinas, ſiue cæleſtes, dum Eccleſia vtitur iure priuati, & ſicut cæteri alij feudatarij laici vtuntur, quod pluries dicit *Iſern.* hic, *& in conſtit. Regni, incip. Iuſtitiarij nomen, Lucas de Penna in l. ſi diuina n. 13. C. de exact. tribut. lib. 19. Afflict. in cap. 1. n. 69. & 70. ex quibus cauſis feudum amittatur, Ioann. Monac. in cap. quia nonnulli, num. 2. de immunit. Eccl. lib. 6. Iacobin. de Sanc. Georg. in inueſt. feud. in verb. in feudum, n. 33. fol. 189. at. p. 1. 10. vol. tract. diuerſ.* Reſtat propterea illa ſola ratio *Iſerniæ*, quod Prælatus nouus non tenetur ſoluere releuium, quia non eſt Dominus feudi, ſicut & in ipſa vnica ratione reſidet hic in *d. n. 17.*

13 Sed contra hanc vnicam rationem *Iſerniæ* argumentor, nempè: In hoc Regno releuij præſtationem conſiſtere in medietate
14 fructuum feudi illius anni, in quo moritur feudatarius, quam medietatem exigit Curia in pecunia, *Theodor. alleg. 21.* licet in Regno Siciliæ ſit aliter taxatum releuium, *Maſtrill. deciſ. 112. n. 8. Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 93. n. 82.* ſed Prælatus reſpectu fructuum tenetur, Domino, ſicut vaſallus laicus, & circa fructus ſibi præiudicat, vt habetur in *§. ſeq. incip. Iterum ſi Clericus*, ergo tenebitur ad ſolutionem releuij contra doctrinam *Iſerniæ*; Sed defendendo *Iſerniam* pro reſponſione
15 dico, releuium non eſſe onus fructuum, nec feudi intrinſecum, ſed eſſe quandam præſtationem extrinſecam à feudo, vt pluries dixit idem *Iſern. hic num. 21. & 24. & in cap. 1. §. ſed etiam res, num. 11. per quos ſit inueſt. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Prorg. tit. de refut. feud. §. 4. n. 4. & 14.* & ſoluitur ratione
16 inueſtituræ, quam petit hæres vaſallus, per quam habet confirmationem poſſeſſionis, & veteris inueſtituræ, & ſoluit Domino releuium ob reuerentiam, quam debet Domino, & ſic non eſt propriè inueſtitura, ſed abuſiua, *Iſern. hic n. 2. verſ. hac autem inueſtitura, & in cap. 1. quid ſit inueſtitura, Frecc.*

lib. 2,

lib. 2. de subfeud. auth. 3. num. 3. & 4. Praf. de Franch. decis. 125. Gizzarell. decis. 8. in princ. Marchio Torelli decis. 92. num. 9. Reg. de Pont. lect. feud. 2. num. 50. Reg. Ron. in pragm. 4. n. 9. de feud. & in prag. 1. num. 11. de offic. Procur. Cas. Georg. alleg. 18. n. 23. Anell Amat. cons. 14. num. 15. Camill. de Medicis cons. 55. nu. 4. Borrell. in summa decis. vniuers. tom. 1. tit. de releuio, num. 6. Reg Galeot. controuers. for. lib. 1. controuers. 9. & lib. 2. controu. 3. num. 36. Mastrill. d. decis. 112. num. 7. Iacobin. in d. inuest. in verb. qui quidem inuestitus, num. 78. Marcian. cons. 34. n. 1. lib. 1. Capan. de iure releuij, par. 1.

17 q. 7. Ex qua petitione inuestituræ fit contractus cum Domino; secundum *Affl. dict. num. 9.* sed melius fit quasi contractus secundum *Frecc. d. num. 4.* ex quo quasi contractu Fiscus habet tacitam hypothecam super feudo, *l. 1. & l. 2. C. in quibus causis tacitè pignus contrah., l. aufertur, §. Fiscus, ff. de iure*
18 *Fisci*, & illam tacitam hypothecam habet cum prælatione in ipso feudo omnibus creditoribus vasalli, etiam cum assensu, quia contrahitur ratione feudi, & ex tenore inuestituræ vassallus tenetur Domino ad omnia, quæ debet ratione feudi, & dicitur inuestitura contractus vltro, citroque obligatorius, *Camill de Medic cons. 18.* & ideò pro solutione releuij Fiscus præfertur, prout in dies obseruat Regia Camera, & molestat etiam tertios possessores feudi, *Frecc. d. n. 4. Reg. de Pont. in d. tract. in tit. de regal. imposit. in princ. num 13 Reg Ron. in d. prag. 1. n. 11. de offic. proc. Cas. Marchio Torell Reg. Capyc Lat. in consult. 13. n. 25 lib 1. Capan. d. p. 1. q. 7. Reg. Moles in tract. manuscripto, de Regal. Regni*
19 *Neap. tit. de releuijs, qu. mihi 12.* Et in causa creditorum Marchionis Gruptulę, in qua Fiscus prætendebat terram Gruptulæ esse deuolutam in beneficium Curiæ ob mortem Marchionis absque hærede in feudis, & frater vterinus prætendebat, ipsum esse hæredem, & comparuit in Regia Camera, denunciando mortem fratris, petendo inuestituram, offerendo releuium, tandem Fiscus deuenit ad concordiam cum fratre vterino, & illum admisit ad successionem, & voluit releuium, pro quo pecunia peruenta ex fructibus Gruptulæ, fuit liberata Regiæ Curiæ exclusis creditoribus Marchionis, etiam cum assensu. Et ego eram Aduocatus creditorum, & instabam, illam concordiam non debere afficere creditoribus, & nihilominus pro Fisco fuit citatus, *tex. in l. filium quem in potestate, ff. de bon. poss. contra tab.* vbi beneficium est venale, & hæc non contradicunt dictæ doctrinæ *Iserniæ*,
20 quod releuium est præstatio extrinseca à feudo, quia non per hoc competit actio personalis tantum pro releuio, vt dicit *Camill. de Medic. d. cons 18. in princ.* Sed est præstatio extrinseca à feudo cum hypotheca feudi orta ex illo contractu, seu quasi ratione petitionis inuestituræ; & sic est onus
21 feudi non intrinsecum, sed extrinsecum contractum per feudatarium, quia illa hypotheca est onus, & ita sunt intelligendi *Anna cons. 4. num. 17 lib. 1. Camill de Medic. dicto cons. 18. Marchio Belmontis Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regni tit. 20. quo temp. miles inuestit. pet. debet in Constit. incip. Post mortem, n. 37. Marcian. d. cons. 34 n. 1.* dum dicitur, quod hodiè releuium est factum onus feudi, nam Regia Camera molestat tertios possessores, quia hoc est intelligendum de onere extrinseco orto, ex contractu per ipsum feudatarium, & *Marcian.* dicit, quasi onus, & *Capan. p. 3.* ponit quatuor quæstiones 1. 2. 3. & 4. Et propterea propriè est onus ipsius hæredis feudatarij, & in eius damnum cedit, non autem in damnum creditorum feudatarij defuncti, vt fuit iudicatum in S.C. *Gizzarell. d. decis. 8. Marchio Torelli d. dec. 92.* vbi & de alio pulchro casu, in quo fuit Aduocatus, quod limitat idem *Marchio Torelli d. consult 13. n. 25. & 26.* vt procedat respectu creditorum cum assensu, respectu quorum hæres non potest deducere solutionē factam pro releuio, sed respectu creditorum sine assensu, & respectu legatariorum tenet *Marchio*, quod solutio releuij cedat in eorū
22 damnum, & hæres potest deducere, & in casu creditorum Ducis Grauinæ D. Michaelis Antonij Vrsini in vna Aula per S.C. fuit iudicatum, solutionem releuij cedere in damnum creditorum, & Ducissa Sermonetæ Soror, & hæres fuit declarata creditrix patrimonij Ducis D. Michaelis Antonij fratris pro quantitate soluta pro releuio, Actuario Carbono.

Ex quibus omnibus, solutio releuij non est onus intrinsecum fructuum feudi, sed onus ipsius feudatarij in ipso feudo succedentis; & ideò Prælatum non succedentem in feudo, non teneri ad solutionem releuij iuxta doctrinam *Iserniæ* tàm hic, quàm in dicta *Constit. Regni, incip. post mortem*, & ex omni sui parte remanet tuta, & sicut est verissima, ita passim à DD. recepta. Sequuntur enim *Iserniam*.

23 *Affl. hic d. num. 9.*
Balzaran. n. 13.
Iacob. de Ayello in tract. de iure adohæ, n. 75.
Frecc d. auth. 3 n. 39.
Petr. Gregor. de success. feud. p. 8 q 16. in cap. de iure releuij n. 4.
Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 5. num. 636. & seq.

Reg. Rouit. in d. prag. 1. num. 16. de offic. procur. Cæs.
Reg. Tap. in d. const. Regni, incip. post mortem, num 18.
Camill. de Medic. d. cons. 55 n. 2.
Episcop. Campanil. Practicabil. Ecclesiast. tricent. 1. q. 21.
Borrell. d. tit. de releuio n. 11.
Capan de releuio p. 4. q. 28.
Rota sub die 10. *Decemb.* 1629. *coram Buccabella*, quam decisionem refert *Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. cap.* 235 *n.* 21.

Sed omnia, quæ vidimus, hodie videntur inutilia, ex stylo Regiæ Cameræ, quem moderni referunt: *Montan.* enim *in cap. Imperialem, §. præterea si quis infeudatus, nu.* 52. scribit, quod stylus Regiæ Cameræ ſe ha-
24 bet, quod Ecclesia, quę tenet feudum à Regia Curia, singulis quindecim annis soluit releuium, & appellatur vulgò quindennium, *Capan. d. p. 4 q. 27 n. 8. Bitocta in concl. feudali conclus. 12. Io: Bapt. Thor. in supplem. Compend. Decision. in verbo Releuium ab Ecclesia*, & *Montan.* subdit sic vidisse per Reg. Cameram decisum, & exequutum in anno 1614. in causa Monasterij Montis Oliueti cum Regio Fisco.

Marchio Belmontis in d. Constit. Regni, in-
25 *cip post mortem n.* 18. postquam dixit, Prælatum non teneri ad releuium, subdit, *Licet quoad feuda, quæ possidentur per Vniuersitates, consuetum sit releuium solui singulis quindecim annis*, & nihil allegat, & videtur facere differentiam inter Prælatos, & Vniuersitates.

Quare est videndum de veritate harum assertionum, & primus omnium *Marinus Frecc. in d. auth. 3. num.* 15, *circa medium*, loquutus est de feudo Vniuersitatis, cuius do-
26 minium semper est penès ipsam, & non penès Syndicos, qui sunt tantum defensores, & administratores, vt in *authent. de defensor. Ciuit.* & dicit *Freccia, quod in Regno singulis quindecim annis, quando conceditur feudum Vniuersitati præstatur releuium. hæc est forma Cancellariæ, quando præstatur assensus, fuit certa taxa ex super indictione antiqua, seu magis conuentione partium à principio dationis feudi. nec potest dari de hoc vera ratio, nec arbitrari ex l. hæreditatum, ff. ad l. falcid. quia singula singulis adaptantur casibus, & separaterum est separata iuris censura.* Hucusquè *Freccia*; Qui non de stylo Cameræ, sed de stylo Cancellariæ loquitur in præstatione assensus, non de omnibus feudis ab antiquo per Vniuersitates acquisitis absque dicta clausula, sed de concessis cum clausula præstationis releuij in assensu; & ideò non est moribus introductum tale quindenniū,
27 siue releuium, nec ex aliquo iure per Vniuersitatem debetur Curiæ, sed quando Dominus expressit in assensu, & sic quando ab initio dationis feudi fuit reseruatum, & cōuentum, quod non negat *Isernia* hic *n.* 16. nec ab aliquo potest negari, dum fuit expressum, & reseruatum in principio dationis feudi, sicut & in beneficijs, & bonis emphyteuticis Ecclesiasticis expressè est pro-
28 uisum de quindennio per plures Pontificias Constitutiones Pauli II. Pauli IV. Pij V. & Sixti V. de quibus latè tractat *Nouar. tom. 1. bullar. in tit. de quindenniorum exactione.*

Nec est verum illud aliud, quod dicit
29 *Freccia*, non posse dari rationem de illa solutione facienda singulis quindecim annis, cùm sit desumpta ex *text. in l. si quis argumentum, §. sin autem donator, C. de donat.*

Ex *Freccia* ergo desumitur, quod est stylus Cancellariæ in datione feudi, quæ fit
30 Ecclesiæ in assensu reseruari releuium ad beneficium Curiæ, ex quo stylo fuit aliàs disputatus articulus in Regia Camera, & in Collaterali Consilio, si tenetur Rex assentire in alienatione feudi, quæ fit in Ecclesiā, quæ offert soluere quindennium; & quia assensus, & si sit gratia, continet tamen iustitiam, & absque causa, non potest denegari tamquam de solitis concedi, *Isern. in cap. 1. de prohib feud. alien. per Lothar. Camerar. in d. cap. Imperialem, car. 44 lit. S. Reg. de Pont. in d. tract. de potest. Proreg. tit. de assensu Reg. super dote. §. 1.* dicit *Tasson.* obtinuisse consultationem à Regia Camera, & Collaterali Consilio in beneficium Monasterij, *in pragm. de antefat. vers. 2 obseru. 2. à num* 116. *cum pluribus seqq.* & dicit *Tasson.* obtinuisse consultationem, quia dum agitur de assensu in beneficium Ecclesiæ, deuenit feudum ad manus mortuas, *cap. si gratiosè, de rescriptis in 6.* & Vicerex non potest assentire, sed
31 Regis requiritur assensus, vt in *pragm. 4. in 1. cap. de feud.* & respectu hypothecæ est adiuncta cautela, quod in assensu apponitur clausula, dummodò succedente casu, alienatio fiat personæ habili, & cum dicta clausula præstat Vicerex assensum validè, *Reg. de Pont. in d. tract. tit. de assensu Reg. §. 8.* & hæc de stylo Cancellariæ.

32 Circa verò stylum Regiæ Cameræ, quem Moderni referunt, inuenio duas decisiones eiusdem Regiæ Cameræ sibi contrarias, & aduersantes; siquidem in causa Ciuitatis Sulmonis cum Regio Fisco de anno 1563. fuit iudicatum, teneri Ciuitatem Sulmonis ad solutionem releuij Regiæ Curiæ singulis quindecim annis pro baiulatione, quam in feudum a Rege tenebat, quod releuium,

vulgò

vulgò quindennium dictum, deindè per eandem Regiam Cameram de anno 1632. fuit declaratum ad beneficium emptoris eiusdem Ciuitatis tamquam comprehēsum in venditione facta à Curia de ipsa Ciuitate, & ego fui Aduocatus Ciuitatis, sed post dictam decisionem de anno 1563. iterum articulus fuit disputatus in causa Ducissæ Amalphiæ cum Vniuersitate Maiuri, & discusso puncto, & discussa prædicta præcedenti decisione anni 1563. fuit iudicatum contrarium, & absoluta Vniuersitas à prætensa per Ducissam solutione releuij, ex doctrina *Isernia* hìc loquētis de Prælato, quod scilicèt dominium feudi est penès Vniuersitatem, & non penès Syndicos, qui mutantur, non autem mutatur Vniuersitas, refert has decisiones *Io. Bapt. Thor. in 3. p. Compen. fest 3. in vers. releuium an soluere teneatur*, & *in vers. seqq.* quare attestatio styli Regiæ
33 Cameræ, & contra Ecclesiam, & contra Vniuersitatem est dubia, & DD. communiter dicunt non esse figendos pedes in Doctore attestante de stylo, & de consuetudine, vt in materia feudali dixit *Arias de Mesa lib. 2. variar. cap. 18. n. 9.* (Est verum,
34 quod intrat videre, si præsupposito stylo Regiæ Cancellariæ, de quo loquitur *Frecc.* non apposita in assensu, vel inuestitura clausula de soluendo releuio, seu quindennio censeatur apposita tamquam de solitis, & de stylo, vt propterea sit verum asserere, hodie Ecclesiam, & Vniuersitatem teneri ad solutionem releuij singulis quindecim annis, licèt de eo in inuestitura, siue assensu
35 non sit facta mentio, & licèt articulus generalis sit nimis controuersus de clausulis apponi solitis, & omissis, vtrum censeantur appositæ, de quo copiosè *Moderni* distinguentes inter clausulas respicientes substantialia, naturalia, accidentalia, & accessoria actus, *Farinac. tom. 5. praxi crim. de falsit. & simulat q. 157. n. 52. cum seqq. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 9. Mascard. de probation. tom. 2. conclus. 1102. & seq. Ant. Fab. de error. Pragmat. decad. 1. error. 1. Gait. de credit. cap. 4. q. 6. nu. 233. & q. 11. n. 2072.*
36 Tamen in materia feudali habemus particulares doctrinas, & de clausulis accessorijs constituti, & precarij, & pacti de capiendo propria authoritate, quod omissæ censeantur appositę scribit *Marin. Frecc. d. lib. 2. q. 15.* sequitur *Reg. de Pont. in conf. 17. n. 50. lib. 2.*
37 Sed de ista clausula de stylo Cancellariæ apponenda circa solutionem releuij, seu quindennij faciendam per Ecclesiam, & Vniuersitatem, dico non censeri appositam, & omissam haberi pro omissa, iuxta dictam *decis.* Regiæ Cameræ in dicta causa Ducissæ Amalphiæ cum Vniuersitate Maiuri, reiecta dicta decisione in causa Ciuitatis Sulmonis; ratio est in promptu, quia in posse Domini est concedere feudum in manus mortuas, sicut & assensum præstare, *cap. 1. de alienat. feudi*, sibi est imputandum, dum non expressit, quod poterat, *l. veteribus, ff. de pactis.* Sumus in contractu, & assensu, in quibus omissum, habetur pro omisso, & negligentia officialis, Domino eligenti est imputanda; non tamen debet, nec potest obligare partes non consentientes, *l. non omnis, ff. si cert. petatur*; Receperunt enim inuestituram, vel assensum absquè dicta clausula, & aliter non recepissent, tenor in-
38 uestituræ, & assensus, qui loco inuestituræ est, attenditur, etiam quod sit contra consuetudinem feudorum, quia ex conuentione feudum accipit formam, *Bald. in l. cùm te, ff. de pactis inter empt. & vendit. & in cap. 1. § præterea, quid sit inuest. Afflict. decis. 335. num. 15.* Sic se habet communis, & practi-
39 cata opinio, quod clausulæ, quæ de stylo Cancellariæ non sunt apponendæ, & apponuntur, sunt seruandæ, aliàs irritatur actus, & si omittuntur clausulæ, quæ de stylo Cancellariæ sunt apponendæ, non tamen sunt necessariæ, non irritatur actus, & tenor tātum attenditur, sic indicatum est in S.C. *Afflict. dicta decis. 335. num. 15. Reg. de Ponte conf. 5. n. 32. cum alijs seq. lib. 1. Reg. Rouit. in pragm. 1. n. 12. de fide memor. et decis. 84 nu. 2.* Nec clausula, *iuribus nostris, et alienis semper*
40 *saluis*, aliquid in hoc casu operatur, quia reseruatio illa conseruat ius, quod Curia habet, non autem de nouo aliquod ius tribuit, *Pras. Franch. dec. 540. num. 15.* & dum ex concessione, & assensu in Ecclesiam, nullum competit Curiæ releuium, nihil habet, quod conseruet illa clausula, vt considerat *Reg. Reuert. decis. 13 et seq. p. 5. in manuscript.* (*siuè dec. 404. in editis.*)
41 Hanc meam sententiam limito, quando præcederet decretatio, quod *fiat in forma*, & in priuilegio deindè esset omissa clausula de solutione quindennij, tunc enim, & si omissa, censetur apposita ex voluntate Domini, qui voluit fieri priuilegium in forma Cancellariæ per illa verba: *Fiat in forma*, & sic secundùm stylum Cancellariæ, & consequenter cum clausula de solutione quindennij, quando officiales clausulam omiserunt, fuit negligentia contra voluntatem Domini, cui non potest imputari, & tenor decretationis est attendendus, & feudatarius non debet accipere contra voluntatem Domini, sic intelligitur iudicatum in Collaterali Consilio facta relatione per

Regiam Cameram, Fisco, & partibus auditis, ex regula, quod operatur propositum, in proposito, operatur oppositum in opposito, *l.fin. §.fin. ff. de leg.3.* in causa Mariæ Bernizzone cum creditoribus mariti, *Reg. Rouit.in d.decis.*84. quam exornat, & in assensu super cessione actionis feudalis procedere scribit *Francisc. Maria Prat. discept. for. cap.*26.*n.*39.

42 Habet & dicta quæstio aliam inspectionem, quid si in inuestitura, vel in assensu sit reseruatum seruitium, an intelligatur etiam reseruatum releuium, & dico, quod non intelligitur reseruatio de releuio, quia & si dum Curia exigit releuium, non tenetur hæres vasallus pro illo anno soluere seruitium adohæ, nè hæres duplici onere grauetur, & nè remaneat absquè fructibus in illo anno, & ita videtur quodammodò releuium in eo anno succedere in locum seruitij; tamen releuium non est seruitium, præstatur pro confirmatione veteris inuestituræ, & possessionis, vt superiùs dixi, & in puncto considerat *Reg. de Pont. Lect. feud.*1. *num.*51. Inuestitura, siuè assensus de releuio expressè, & clarè loquitur, quod non

43 est seruitium, & nulla indiget interpretatione facienda secundùm stylum, & consuetudinem, tunc intrat interpretatio, quando inuestitura, siue assensus est dubius, tunc recurritur ad stylum, & consuetudinem, *Afflict.in cap.*1.*num.*10.*an agnat. Mantica dict.tit* 9.*num.*31. Et assensus, siuè inuestitura dubia, quando esset reseruatum releuium, & nihil dictum de solutione facienda singulis quindecim annis; tunc esset facienda interpretatio, & recurrendum ad stylum, consuetudinem, & vsum, & absque dubio solutio est facienda singulis quindecim

44 annis, iuxta vsum, & consuetudinem; tempus enim, & quantitas subiacent stylo, & consuetudini, *Isern. hic num.*16. Et ex his restat regula *Iserniæ* vndique tuta circa solutionem de releuio faciendam per Prælatum; Consequens est, videre de illa ratione *Iserniæ*, quod præstatio releuij est inducta in vno casu, scilicèt successionis in feudo, quomodo hoc procedat, in quo consideratur casus disputatus in Reg. Cam. cum

45 Alexandro Galeota. Episcopus enim Squillacensis patruus Alexandri emerat feudum à Principe Bisiniani pro se sua vita durante, & post eius mortem pro dicto Alexandro nepote, mortuo Episcopo dicebat Alexander, non teneri ad solutionem releuij, quia ipse non succedebat Episcopo, sed erat in assensu vocatus proprio nomine; tamen quia Alexander in vita Episcopi non acquisierat feudum, sed post mortem Episcopi fuit iudicatum, teneri ad solutionem releuij iuxta doctrinam *Iserniæ, Reg. Reuert.dec.* 35.*p.*4.*in manuscript.*(siuè *dec.*343.in editis)

46 & ex hoc oritur quæstio de eo, qui venit iure ascescendi, an teneatur ad solutionem releuij, de qua in sequenti.

IN eodem articulo, pro Fidelis. Ciuitate Capuæ, vtili domina Ciuitatis Calui, ac Terræ Castrimaris de Volturno, aduersùs Regium Fiscum, responsum quoq; enucleauit *D.Nicolaus Carauita*, inter primæ notę Aduocatos, eruditissimus I.C. auitis, ac proprijs meritis omni Magistratu dignissimus, qui denuò dictam *Lectionem doctiss. R.Consiliarij Petri Carauitæ*, typis tradendam curauit, eiq; in dicto suo *responso* addidit authoritatem *Reg. de Marinis in obser. ad R.Reuerter.dec.*403.*à n.*6.*ad* 11.iuxtà nouiss.edit. *et in alleg.*144.*to.*3.*resol. Conf.Prat. in pract. obs.cap.*8.*à n.*18.*et cap.* 22. *à n.* 11.*lib.*4. *discept for.* qui post alios tradunt, releuium non solui per Ecclesiam, aut Vniuersitatem, nisi in ipsa feudi concessione illud pactum sit, vel R.Curia esset in possessione illud exigendi; sed in assensu præstando, quando feudum peruenit ad has manus mortuas, solere apponi clausulam, *dummodò ponatur in caput personæ laicæ, seù priuati ; Vel singulis quindecim annis releuium Reg. Curiæ soluatur*, quod vulgò *quindennium* appellamus.

A D §. XXII.

De Iure Tapeti, quod vnà cum releuio debetur per hæredem Baronis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs Tapeti est antiquissimum, & ad quam rationem M. Camerario soluatur, num. 1. *&* 2.

Et an fiat deductio adohæ, num. 3.

*Vnde sit denominatum, num.*4.*&* 5.

*Iuris tapeti directus debiti ex morte Baronis, tempore M. Camerarij, an debeantur illius hæredi, an verò Regio Fisco, num.*6.7.*&* 8.

Et an in eius solutione attendatur tempus

pus denunciationis, vel mortis Baronis, num. 9.

1 Inoleuit etiam in Regno nostro alia consuetudo soluēdi tempore inuestituræ, quandam aliam quantitatem vltrà releuiū, quæ communi vocabulo dicitur *Ius Tapeti*; quod est in Regno antiquissimū, eiusque meminit *Rit. R. Cam. sub rub. de Offic. Camerarij*, vbi inter alia, quæ ad officium prędictum spectant, adest Capitulum subsequentis tenoris.

Item habebit à quibuscunque personis facientibus homagium, pro qualibet feudo militari, vnciam auri vnam, de qua medietas debet esse Cambellariorum Regis.

2 Ex quibus verbis colligitur, quod hoc Ius Tapeti soluitur Magno Camerario, ad rationem tarenorum quatuor pro qualibet vncia, quæ summa ascendit ad rationem duc. 13. 1. 13. in singula centena eius, quod pro releuio soluitur, per nostrum *Authorem hìc*, *Capan. de Iure releu. par. 1. quæst. 1. num. 24. & 25. Reg. Camill. de Curte in suis resol. feudal. cap. 3. num. 75. Io. Baptist. Thor. in supplem. compen. dec. verb. Ius Tapeti fol. 327. Episc. Verde in addit. ad Gallup. in praxi par. 3. cap. 2. fol. 237.*

3 Nec fit aliqua deductio adohæ respectu huius Iuris Tapeti, *Author hìc nu. 2.* quem refert, & sequitur *Capan. de Iure releu. d. par. 1. q. 1. num. 25.* & *de Iure adohæ q. 28. num. 7.* vbi transcribit decretum Reg. Cameræ latum sub die 2. Aprilis 1554. per quod fuit decisum, esse soluendum, non obstante deductione facta, seù facienda pro adoha.

4 Et non omittendum, quod teste *Præs. Mastrillo in suo Repertorio manuscripto ver. Ius tapeti*, dicebant antiqui *Domini de Camera*, quod istud Ius Tapeti eam sumpsit originem, quia *Ser. Regina Ioanna* donauit officium Capitaneatus *Lanciani* cuidam suo familiari, eique iussit, vt mitteret aliquod pulchrum *tapitum Lanciani*; Et pro officio Capitaneatus cuiusdam Terræ exigi pro vno officio, *in libro notam. Cam. 1506. et 1507. fol. 20.*

5 Verùm dicendum potiùs est ex *Tapetibus, Tapetijs*, siuè *Tapetis*, idest aulęis, quibus subsellia, & cathedræ insterni solent, suntque vela picturata, & versicolori textura spectabilia; Dicta *Aulęa* ab Aula *Attali* Regis Asiæ, in qua primùm inuenta; Vnde dicitur *Ius Tapeti*, quia quando vasallus præstabat homagium, per Magnum Camerarium debebat asportari *Tapetum* ante pedes Regis, ibique illud sternere, noster *Author hìc num. 5. Capan. ibid. Reg. de Curte d. loc.* cuius iuris tapeti meminerunt etiam *Cuiac. de feud. in princ. Damhouder in praxi rer. ciuil. cap. 268. Præs. de Franch. dec. 121. in princ. Cęsar Caracciolus in alleg. 34. inter diuers.* apud *Reg. de Marin. tom. 3. Cons. Rocc. respons. 87. in princip. tom. 1.*

6 Tradit insupèr noster *Author hìc num. 3.* hoc nempè Ius Tapeti teneri conductum per *Ill. Marchionem Piscariæ*, quem refert *tit. Capan. d. q. 1. n. 25.*

7 *in fine*. Sed aduertendum est, quod quando Rex concessit officium prædictū *Ill. Marchioni Piscariæ, & Vasti* anno 1598. expressè dixit: *Cum omnibus, & singulis potestatibus, vtilitatibus, iurisdictionibus, salario annuo, gagijs, lucris, emolumentis, honoribus etc. ad dictum officium spectantibus, tam de iure, quàm de consuetudine, seù alio quouis modo, & præsertim cum iure tapeti, & releuiorum dicto duo tuo, alijsque Magnis Camerarijs prædecessoribus tuis in dicto officio exhiberi, & concedi solitis, seù eo modo, & forma, quibus meliùs, pleniùs, et efficaciùs dictum officium dicti prædecessores tui, dum vixerunt, tenuerunt, & possederunt*; vt testatur *Thor. in supplem. comp. decis. d. ver. Ius Tapeti circa med. fol. 327. & Cons. Rocc. d. respons. 87. in princ.*

Cu-

8 Cuius cōcessionis vigore, fuit difficultas in Reg. Camera excitata per Fisci patronum prætendentem, pro quauis morte Baronum sequuta in vita *d. Ill. Marchionis Piscaria* huius Regni runc Magni Camerarij, & non denunciata ipso viuenre, dirictus Iuris Tapeti non ad ipsum, seù ad eius hæredes. spectare, sed ad Regiam Curiam, ad quam officium pędictum fuit deuolutum per illius obitum; Et per R. C. die 29. Ianuarij 1636. fuit prouisum, Ius Tapeti Baroni mortui tempore *Ill. Marchio Piscarię* deberi eius hæredi, licet non fuerir exactum per dictum M. Cameratium, *Thor. d. loc.*

9 Et eum dubitaretur in Reg. Cam. ad quĕnàm spectarent dirictus Iuris Tapeti, qui debentur Magno Camerario, quando soluitur Regiæ Curiæ releuium, ad Regium Fiscum, vel potiùs ad M. Camerarium, si contigerit mors Baronis tempore quo officium Magni Camerarij est vacans ob illius mortem, licet posteà tempore denunciationis reperiatur prouisum officiū; & per R. C. fuit decisum sub die 9. Februarij 1573. quod in soluendo dirictus Iuris Tapeti, attendatur tempus denunciationis mortis Baronis, non autem mortis, vt *in Arrest. 362.* ex recollectis per *Reg. de Marin.* in quo casu scripsit *Cæsar Caracciolus in dicta alleg.* 34. apud *Reg. de Marin.*

AD QVAEST. VNICAM.

Magnus Cameratius, qui habet à Rege Ius Tapeti huius Regni, si illud vendit, vel locat, an veniat in contractu idem Ius Tapeti, quod fortè contingit per ipsum deberi.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM:

Ius tapeti, an solui debeat per ipsum M. Camerarium, si illud vendat, vel locat, num. 1.

Et comprobatur hac decis. *aduersùs* Cam. de Medicis, *ex verbis* Reg. de Marinis, *qui illā trāscripsit, n. 2. et 3.*

Locans, aut vendens gabellas, an ad illas teneatur, num. 4. & 5.

Et declaratur, n. 6. & 7.

Excomputo petito, est dandus terminus, non impedita solutione mercedis, seù extalei, & quid ordinatum in extaleo maturato, num. 8. & 9.

Consignatarij arrendamentorum ante dationem in solutum, an in iudicijs excomputi sint principalitèr audiendi? Refertur decisio in Arrendamento iuris prohibendi tabacci, & quid in arrendamento farinæ, n. 10. Et supèr eodem articulo transcribitur Iuris Responsum D. Præsid. D. Didaci Moles, *à n. 11. ad 34.*

Audiri, an debeat tertius ratione simplicis hypothecæ, vel cum constituto, & precario &c. à n. 18. ad seqq.

Exemplis, an sit iudicandum, n. 34.

1 CIrcà Ius istud tapeti controuersum fuisse, tradit noster *Author hic*, si filius Magni Camerarij, post conductionem factam huius iuris, & solutum releuium ob mortem M. Camerarij, teneretur insimùl ad Ius Tapeti suo Conductori? Et decisum refert affirmatiuè referente *Præs. Berardino de S. Cruce* sub die 15. Nouembris 1570. *Author hìc num. 8. & 11.* ex *Bart. in cons. 226. de Statuto Montis Politiani*, vbi de cōmuni firmat, quod teneatur Vniuersitas ad gabellas venditas; licet con-

2 trarium pro dicto Magno Camerario scripserit *Camill. de Medicis*, vt in *suo cons. 96. per tot.*

3 Et sequentibus verbis hanc *Authoris decis.* laudat, & confirmat *Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 158. n. 8.* *Nàm* (inquit) *cū mortua esset Ill. D. Maria de Aragonia dicti Marchionis mater, prætendit Scipio conductor, Marchionem locato-*

eatorem vti successorem in bonis feudalibus matris suæ, ad Ius prædictum Tapeti soluēdum teneri, nec superiùs enarrata locum habere posse, quia quando Marchio Tapeti ius locauit, considerabatur, vt Marchio, & quando exactio prætendebatur, vt hæres eius matris censebatur, & sic vt alia persona, quo casu contraria cessabant, per text. *in l. si tibi* §. *pactum D. de pact. etiam sic in fauorem Scipionis contra D. Marchionem fuit pronunciatum die 15. Nouemb. 1570. pro Scipione patrocinante D. Petro Follerio sua tempestate Iurisconsultissimo, vt ex eius responso, quod ad pennam habeo, vbi decisionem hanc scriptā, & notatam reperi manu Dom. Præsid. de Sancta Cruce Causæ relatoris, quam demùm post hæc scripta, & impressa per extensum inueni scriptam à D. R. Moles, qui in illius causa, dum esset Præses Regij Patrimonij, vti Iudex interuenit, in suis decisionibus manuscriptis in tit. de Iure Tapeti &c.* ibique à *num. 9.* hanc *decis.* integrè transcripsit.

4 Idemque iudicatum fuisse testatur *Auth.* hic *n.* 12. sub die 12. Decemb. 1571. in Causa *Principis Venusij*, ex quo Rex *Rogerius* concessit Ecclesiæ SS. Trinitatis Venusij omne Terraticum, quod solitum erat præstari olim Duci Venusij; quæ Ciuitas cum demùm fuerit concessa in feudum, Princeps prætendebat, se non teneri ad Terraticum, ad quod soluendum teneri decisum fuit.

5 Dubitandi ratio desumitur ex illa regula, quam exornat *Bernard. Diaz in regul.* 307. quod in generali concessione exigendi vectigalia à quacunque persona, non videtur includi persona loquentis; *l. obligatione generali D. de pignor. l. inquisitio C. de solution.* quæ regula procedit etiam in locatione, *l. qui in insulam* §. *fin. D. locat.* quam etiam assignauit *Alberic. in l. licitatio* §. *Fiscus D. de publican.* vbi ait, textum illum, per quem disponitur, vt fiscus non teneatur soluere gabellam, facere contrà mercatores, qui conducunt gabellam Salis à communitate Bononiæ, quæ postea emit Salem, vt ipsa ad aliquid pro gabella soluendum mercatoribus illis non teneatur, ea inter alias ratione, cum in generali sermone non includatur persona loquentis, quam sententiam amplexi post alios fuere *Boer. decis.* 213. (vbi reprobat *Bart. in d. cōs.* 226.) *Surd. cons.* 47. *n.* 23. *Laffarte de decim. q.* 18. *n.* 92. *& seq. Guttier. de gabell. quæst.* 85. *Olea de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 2. *num.* 24. *De Medic. d. cons.* 96. *Reg. de Marin. in obs. ad Reg. Reuerter. decis.* 548. *num.* 1. *& d. cap.* 158. *à num.* 2. *ad* 7. *Præs.* R. *Cam. Gaauerr. decis.* 14. *ex n.* 14. *ad seqq. Rodoer. in add. ad Reg. de Marin. dict. cap.* 158. *num.* 3. *Pisan. ad Goffred. de Gaeta super Rit. R.C. rubr.* 2. *de iure fundici num.* 279.

6 Attamen *Author* noster *hic n.* 10. *&* 11. dicit, quod Præsidentes R. Cam. considerarunt sanum intellectum decisionis DD. *in d.* §. *Fiscus*, quod procedat in casu suo, quando fiscus habet gabellas suas proprias, proùt in Vniuersitate, quæ exigit gabellas soluendas inter Ciues, tunc repugnat, quod sibi ipsi soluat, & obliget, & actio, & passio non concurrunt in eodem subiecto, *l. Vranius vers. Sed cum duo D. de fideiuss. & mand. Menoch. cōs.* 231. *num.* 73. Sed quando aliquid de-

7 betur à Fisco, vel Vniuersitate sui natura, vt in Iure Tapeti, quod debebatur à *Marchione Pischariæ*, vti ab alijs Baronibus, tunc in generali locatione, vel vēditione facta per *Marchionem* alteri, si non est reseruatum ius, quod ab ipso deberetur, venit in locatione, quod etiam annuere videtur *Guttierez d. q.* 85. *num.* 15.

8 Annotandum denique est, quod in Causa *Io. Bapt. de Angelis*, qui conduxit ab *Ill. Marchione Vasti*, vti Magno Camerario dictū ius tapeti, dato termino, ac probationibus factis impedimenti vsus dictæ locationis, ob seditiones exortas, die 29. Ian. 1649. per S.C. fuit dictus *Ill. Marchio* condemnatus ad faciendum excomputum liquidandum vsque ad diem li-

tis

tis motæ, teste *Conf. Recc. respons.* 87. *lib.* 1.

9 ET nupèr in causa R. Fisci, & Consignatariorum supèr Arrendamento iuris prohibendi tabacei, cum Arrendatoribus generalibus, tàm supèr solutione mercedis iàm maturatæ, quàm supèr excomputo per eos petito, die 7. Iunij 1692. ad relationem integerrimi *Dom. Præsid. D. Octauij Capycij Scondito*, per R. Cam. fuit iuxtà instantiam Regij Fisci impartitus terminus, *non impedita interim solutione extalei* (quod irà passim in R. C. iudicari testatur *R. de Marinis in obs. ad Reg. Reuert. dec.* 509. *nu.* 4. *& lib.* 2. *resol.* 187. *n.* 7.) Additumq; ad instantiam Cõsignatariorum, quod *nec minùs terminus currat, nisi facta reali solutione eiusdem extalei hùcvsque decursi*, vt in actis, apud *Act. Io. Bapt. Granata*.

10 Cumq; ad instantiam eorundem Consignatariorum, per præfatũ *Dom. Commissarium* ordinatũ fuisset, quod illi audirentur in omnibus in d. iudicio; & contrarium defenderent Mag. Aduocati d. Arrendatorum, ex eo, quia d. Arrendamentũ nõ est in solutum datũ, sed tantùm supèr eo Cõsignatarij à R. Curia assignationẽ habent, & sic interesse principale est solùm R. Fisci; Ideò me patrocinante pro d. Cõsignatarijs insimùl cum doctiss. I. C. *Io. Casimiro Morcina*; dicigentibus pro assignatarijs, omni virtutum laude, ac morum probitate dignissimis I. C. *Marco Antonio Pisciona*, ac *Antonio Petrone*, peritissimi, ac magni I. C. Regẽtis *Dominici Petrone* patris perceslebri filio, ac imitatore magnifico, dicebatur, quod licet illi ex d. assignatione habeant tantùm hypothecam, ex traditis in *dec.* 245. *R. Reuert.* vbi fuit decisum, licere assignatarijs tantùm assistere locationi per R. Curiam faciendæ; Non poterat tamen dubitari, quod principale habeãt interesse, adeòq; sunt audiendi; quod enim omnes tangit, debet ab omnibus approbari, *c. quod omnes, de reg. iur. in* 6. *c. quia proptèr, de elect.* vt in causa Consignatariorum supèr Arrendamento farinæ huius Ciuitatis, aduersùs excomputum per eandẽ factum, ponderat *Reg. Capyc. latr. dec.* 194. *n.* 32. *vers. dicebant*, vbi *num.* 47. decisum refert anno 1643. quod Arrendatores facerẽt pro tunc depositũ duc. 20. m. Ex quibus, ac alijs rationibus in Aula expositis, fuit hoc habitum pro vero, & firmum remansit decretum, quod audirentur in omnibus d. assignatarij, decretumque deinde interpositum, vt suprà, cum Rubrica: *In causa Regij Fisci, & Consignatariorum, &c.*

11 Et in simili articulo, ante dationem in solutum in Arrendamento Serici, peritissimè quoque scripsit *Dom. D. Didacus Moles*, deinde meritissimus R. Cam. Præsidens, cuius *Responsum* pro communi vtilitate hic edendum curauimus.

IVRIS
RESPONSVM
PRO
Consignatarijs Arrendamenti Serici.
CVM
Arrendatoribus eiusdem Arrendamenti.

Circa articulum, quòd in iudicijs excomputi ipsi Consignatarij, etiam ex integro sint audiendi.

Decidendum per Regiam Cameram in Collaterali Consilio.

12 PVblicanorum temeritas eò iam deuenit, vt spretis, ne dùm iuris ciuilis præceptis, sed etiam Regijs ordinationibus ex friuolis, ac figuratis causis in Regijs ordinibus non com-

comprehensis, etiam in Arrendamenti principijs, iudicia excomputi intentare non erubescant, vt tertiis Consignatarijs ipsorum bona, non sine maximo Regij Fisci dedecore, ac notabili eorum substantiæ detrimento, miserabilitèr iactare conentur. Quibus malitijs, vt obuiam eatur, instituunt Consignatarij ipsi in iudicio prædicto ex integro audiri, vt non minùs Regij Fisci, quam propria iura tueantur, quod optimis iuris principijs fulciri non dubitatur: Sunt enim ipsi Consignatarij creditores vigore contractuum venditionis annuorum introituum per Excellentissimos Proreges nomine Suæ Cattholicæ Maiestatis ad eorum beneficium celebratorum, specialiter super dictis introitibus, ac generalitèr super omnibus alijs bonis ipsius fisci.

13 Omissa igitur disputatione, si ex tali cōtractu dominium transferatur ipsis Consignatarijs pro cōcurrenti quantitate annuorum introituum venditorum, prout inquit satis doctè *Reg. de Curte in suo diuersorio iuris feudalis cap.9. num.*18. *fol.mihi* 24.*dt.* reprobans acerrimè *Dom. de Franch. decis.* 159. res enim subiugata pro censu censetur vendita pro concurrenti quantitate census, vt post alios probat *Malfes. ad consuet. Neap. p.2.tit.de bon.q.*12.*num.*8. *et cons.*11.*num.*17. & 18. inquiens ex hoc resultare, vt venditiones annuorum introituum super feudo sine assensu Domini non valeant, cùm censeatur feudum alienatum pro concurrenti quantitate sortis principalis, allegans *Cannet. Intrigl.*, & *alios*, & in hac possessione videtur manere Regius Fiscus, cùm ex talibus annuis introitibus feudalibus exigat relenium per mortem possessoris, hec obligatio de propria pecunia tollit difficultatem, quia fit ad maiorem cautelam emptoris, vt perbellè, & satis nervosè probat idem *Reg. de Curte* vbi suprà *num.* 19. & 20. Quod si contraria sententia videtur verior, ex latè adductis per *Reg.Rauit. in prag.*5. *nu.*66.*cum seq. de censib.*

14 Hypothecam acquiri vigore dicti contractus, nè dum super ipsis redditibus specialitèr obligatis, sed etiam super quantitatibus debitis per Arrendatores vigore obligationis per ipsos factæ ad beneficium Regiæ Curiæ sub iudice non cadit dubitatio, cum etiam in generali obligatione veniat debitoris nomen, tam præsens, quàm futurum, immò quod plus est, siuè adsit hypotheca tacita, siuè expressa secundum veriorem sententiam, de qua per *Dec. cons.* 349. *num.*10. *vers. Adeò quod etiam dos*, post *Bart. in l. nomen num.* 3. *C. quæ res pignori obligari possunt*, *Andreas Gayll. pract. obseru.obseruat.* 25. *num.* 6. *lib.*2. *Castrens. in l. si constante §. fin. num.*2.*ff.solut.matrim.*& *cons.*193.*num.*1. & 2. *lib.*1. *Negusan. de pignor. par.*1. *memb.* 4. *col. penult. in princ. vers. insuper ad declarationem num.* 165. *Surd. decis.* 140. *num.*3. & *cons.*4. *num.* 20. *cum seq. lib.* 1. *Cyn.* & *alij in l. vbi adhuc in fine C. de iur.dot. Tiraquel.in l.si vnquam in verb.bona num.*8. *C.de reuocand.donat. Cart.decis.Gen.*19. *num.*20.

15 Immò etiam intentari poterit via exequutiua contra tale nomen debitoris, quemadmodum creditor posset hoc facere, ita vt in tali casu, neque sit necessaria vtilis actio, *Angel. in l.à Diuo Pio §. sic quoque num.*2. & *ibi Alex. in fine*, *Imol. ibid. num.* 29. *ff.de re iud. Surd.cōs.*4.*n.*24.*lib.*1.*Cassan.super consuet. Burgund. rubr.*5. *§.* 2. *in princ. fol. mihi* 817. vbi ampliat etiam sine cessione, *per tex. in l. si pignori ff. famil.ercisc.* & tradit ex regnicolis *Carauit. Rit.*166. *num.*70.

16 Et licèt contrarium sentiat *Rebuff.de literis obligatorial.art.*1. *glos.*9 *num.*31.*to.*1.cum alijs per *Coler.de processibus exequutiuis par.* 2. *cap.* 3. *num.* 489. *circa med. vsque ad* 493. quia ista procedunt, quando ex parte debitoris posset negari debitum; tunc enim non posset agi exequutiuè, tanquam nō sit parata probatio incontinenti. Aliud est quando fateretur debitum, & de eo non posset dubitari, vel si adesset obligatio exequutiua, in qua liquido constaret de debito, tunc enim exequutio potest fieri celeritèr, sicut posset facere principalis, prout declarat *Roderic.Suarez in l.post rem indicatam notabili* 7. *alias* 8. *vers. addas alium casum contra fiscales in fin.ff.de re iud.*& ita etiam distinguit *Coler. de processibus exeq. p.*2.*cap* 3.*in fine num.*494. adeò vt neque hoc casu sufficeret negatio debitoris, si appareret non subsistere, ideò non excludit ius exequutionis, vt latè concludit *Surd d.cons.*4.*num.*27.*vsq.ad* 32. *lib.*1. *Ayman.cons.*55.*num.*30.*Socc.cons.*47.*num.*24. *lib.*4.& *Carauit.*vbi supra legendus.

17 Prout dabitur etiam Saluianum interdictum contra talia nomina debitorum, cùm illa veniant, vt dictum est, in bonorum obligatione, qua stante est locus huiusmodi remedio, *Aret.in §.item Seruiana nu.*8. *instit.de actionib.Gabr.cons.*46.*num.*20.*lib.*1.*Ratand.cons.*14.*num.*13.*lib.*3. *Surd cons.* 131. *nu.* 11. *lib.* 1. & in Regno nostro remedium assistentiæ introductum à *prag.*1.*sub tit.de assistentia*, locum sibi vindicat, nè dùm super nomine debitoris, sed etiam in bonis per ipsum debitorem debitoris possessis, prout decisum refert per S. C. *Reg. Rou. in allegata prag.*2.*num.*8.*in vltima impressione*.

18 Et ex his resultat clara iuris dispositio, quod tertius ratione simplicis hypotecę est audiendus, etiam si non possideat rem, super qua est controuersia, vt ex *glos. in l. sæpè in verbo de proprietate in princ. ff. de re iudic.* & ex alia *glos. in cap. penult. de re iudic. in finalibus verbis*, & ex *Ioseph Ludouic. decis. Perus. 26. num. 8. & ex decis. Rot. Rom. 335. num. 2. par. 2.* apud *Farinac.* desumit *Reg. Rouit. dec. 1. num. 37.* quam opinionem habuit pro vera Sacrum Consilium iunctis Consiliarijs duarum aularum, vt magis clarè tradit idē *Reg. Rouit. ibidem num. 40. circa finem*, his sanè verbis:

19 *In hac igitur causa maxima pars Dominorū habuit pro vero, quod filij Marchionis Anzij habebat interesse præsentaneum in hac causa, in qua agitur de proprietate bonorum feudalium nunc possessorum per Marchionem Lareni conuentum ex dotibus maternis, pro quibus habent hypothecata eadem feuda, quę si per sententiam proferendam venirent auferenda à dominio, & possessione Marchionis Lareni, proculdubio eorum hypotheca, quoad hæc feuda euanesceret, et ideò ex dispositione dictæ* l. sæpè ff. de re iud. *debebant audiri, admittendo illam opinionem, vt ille* tex. *procedat, nedùm respectu eius creditoris, qui pignori incumbit, & possidet bona hypothecata, sed etiam in eo, qui non possidet, sed habet hypothecam: At maior pars habuit pro indubitato, quod adesset magna præsumptio calumniæ ad finem dilatandi expeditionem processus iam compilati, & remouendi aliquot ex Iudicibus, qui erant suspecti dicto Marchioni Anzij. Ideò fuit prouisum, quod non audiatur, sed liceat ei assistere tantùm*, hæc Regens Rouit.

20 Nec mirùm, si calumniæ præsumptio fuit ratio exclusionis, cùm in hac materia regula sit generalis in omnibus casibus, in quibus tertius admitti debet de iure in iudicio, siuè antè, siuè post sententiam, si aliquo modo emergat præsumptio calumniæ in eius persona, tunc à iudicio erit excludendus, vt post *Abb., Ias., Franc. Mar., Gayll., Marchesan., Cancer., Crauett., Guttier, Costam, Giurbam, & Couar.*, pro indubitato habet idem *Reg. Rouit. in dict. decis. 1. num. 34.* quibus addo ex nostris *Consiliarium Gizzarel. decis. 40. num. 3.* vbi ex *Text. in capit. final. vt lite pendente in sexto*; desumit, quod multotiès istæ oppositiones fiunt, & procurantur calumniæ causa potiùs, quàm ex necessitate, & nè lites finem accipiant; quo in casu sunt tertij reijciendi, quæ præsumptio cùm omninò cesset in casu nostro, vbi nulla inter fiscum, & consignatarios aptari potest, sed potiùs vt causam diligentijs, scripturis, ac probationibus valeant adiuuare, dubio procul remanet inconcussa opinio tàm maturè, prout in casu dictæ decisionis relatæ per *D. Rou.* habita pro vera per S.C. immò si post sententiam, sed ante addictum pignus veniat tertius, summariè cognoscendum erit de iure istius tertij, & eius causa erit paritèr executiua, sicut & principalis; *Ioseph Ludouic. d. decis. 76. n. 15. Intrigl. sing. 203. lib. 1. Cumia rit. 38. nu. 26. Mastrill. decis. 253. n. 7. lib. 3. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 160. n. 3. Ball. lib. 5. ad prag. de censibus, q. 2. n. 2. Alex. cons. 82. vol. 1 Paz. in praxi p. 4. cap. 4. n. 7. tom. 1. Giurb. dec. 64. n. 1.*

21 Sed vlteriùs addo aliam ponderationem, Nos scilicet non versari in simplici hypotheca super aliqua re stabili, sed nomine debitoris, quo in casu licèt communis opinio Doctor. fuerit, vt post sententiam creditori cum simplici hypotheca se opponenti aduersus exequutionem non liceat eam impedire, sed solent istæ oppositiones reijci, saluis iuribus in iudicio ordinario, vel hypothecario, ad tradita per *Bart. in l. à Diuo Pio §. super rebus n. 8. ff. de re iud. Ias. n. 17. Alex. n. 24. Castrens. n. 8. Ioseph Ludouic. dec. Perus. 26. n. 3. & 8. Caualc. dec. 28. n. 18. p. 2. Diaz regul. 266. Dueña regul. 274. Couarr. pract. q. c. 16. n. 14. vers. decimo ex his constat, Muscatel. in eius praxi de appell. p. 3. glos. seruata, n. 49. Costa de reintegr. distinct. 95. n. 6. Card. Tusc. concl. 86. n. 13. lit. T. tom. 8. Milanens. dec. 12. n. 128. vsq; ad 132. & seq. lib. 2. Ballus lib. 5. ad prag. de censib. d. q. 2. num. 5. Surd. dec. 61. Muta dec. 25. n. 27.*

22 Si tamen creditor se opponeret ad impediendam exequutionem, vel distractionem, seù exactionem nominis debitoris, tunc impeditur exequutio etiam ratione nudæ, & simplicis hypothecæ; Ratio est, quia per exactionem nominis à creditore faciendam extingueretur hypotheca tertij Creditoris se opponentis, & hypothecarij Creditoris ius efficeretur deterius, immò penitùs periret, atque euanesceret hypotheca, & quoad tertium de hypotheca opponentem super nomine debitoris de irreparabili præiuditio ageretur, *Alex. cons. 17. n. 4. lib. 1. & cons. 15. n. 4. 5. & per totum, lib. 6. Loffred. cons. 6. n. 17. Natt. cons. 300. sub n. 2. post Bal. Nouell.* quem citat *Felin. in cap. eum super n. 17. vers. tamen tertius, de re iud. Crau. cons. 109. n. 33. 34. 35. 36. Milan. d. dec. 12. num. 136. lib. 2. Giurb. decis. 61. nu. 11. in fin.* dum respondet *Card. Tusco*, & latiùs *n. 21. Card. Tusc. tom. 5. lit. N. conclus. 63. n. 6. 7. 8. & tom. 8. lit. T. conclus. 86. num. 25. Cartar. decis. 19. num. 4. Ambrosin. decis. 2. n. 42. Trentac. lib. 3. var. res. tit. de solut. resol. 29. n. 3. & 8. Suarez receptarum sententiarum, verbo creditor, & lib. 7. com.*

opin.

opin.tit.33. de reuocand. ijs, quæ in fraud.cred. n.7. Seacc. de appell.lib.3.cap.2.q.17.limit.6. n.4. & 85. Ball. lib. 5. ad d. prag. de censib. q.2.n.6. Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 160. *n.28. & cap.447. n.31. tom.1. Osast.dec.62. n.17.Gratian.discept.439.n.7.*

33 Quod optimè contingit in casu nostro, cum non minùs solutione, quàm sententia, qua mediante Arrendatores debitores non esse, vel non in integra summa declaratur, creditorn, & hypoteca irreparabilitèr euanescant.

34 Secundò, & fortiùs non versamur tantùm in simplici hypotheca, & super nomine debitoris, sed in hypotheca, cum clausula *constituti, & precarij*; quam vti de stylo in Regno nostro, etsi in instrumento non adesset, pro apposita haberi voluit *Vrsill.in addit.ad Afflict.dec.139. sub n.5 cum seq.* pro qua conclusione firmanda plures concordantes adducit *Consil.de Anna consf.93.n.25. lib.2.* per quam clausulam nulli dubium est, quod in alium transferatur possessio contentorum in instrumento, *l.quod meo, ff. de acquirenda possess.l.habet, § penult. ff.de precario, Tusc.in verb.constitutum, conclus.785. per tot & in verb.possessio,concl.406. n 44.& seq. Christoph.de Paz de tenuta cap.4 num.3.Rota diuers.dec.549.n.1.p.1.& dec.562. n.1.par.4. Mantic.dec.33.n.13.& dec.37.num.1. Rota in recentiorib.dec.270.in princ. p.1.Canaler.decis. 515.n.1.* & quidem per constitutum transfertur omnis possessio tam ciuilis,quàm naturalis, *d.l.quod meo, in princ.Pontan.in tract. de spolio lib.2. cap.14. n.109. Surd.consf.481. n.6. lib.4. Gratian. lib.5. discept. forens.954. n.2. Rot.diuersor. dec.766. nu.5. p 1. Barzius dec.49.n.24. Guttier. pract.quæst. lib.5. q.64. n.24.& lib 2 q.87. Molin.de Hispan. primog. lib.3.c.13.n.4. Cyriacus controu. forens. lib.2. controu.258.n 28.Seraphin. dec.157.sub nu.1.* & dicta possessio non est ficta, sed vera, ac realis, *Giouagnon.consf.9. nu.1. lib.1. Menoch. consf.687.n.7.Guttier.pract.quæst.lib.5.d.q.64. n.23.& lib.2.q.87.n.8. Giurb.dec.112. n.11. Canaler.dec.319.n.2.* & transfertur nedùm vera, & realis, sed etiam verè, ac propriè, *Rot.diuers.dec.167.n.2. Ludou.decis.437.nu.1.* & ibi *Beltram.in additionib. n.5.* licèt modus translationis sit per actum fictum, *Giurb. d. dec.112.n.11. et Guttierez pract. quæst. lib.5. q.64 n.23.et lib.2.q 87.n.8.Beltram.d.num.5.* & ista omnia procedunt tàm in corporalibus, quàm in incorporalibus, *Barzius decis. 66.n.40.et 41.Beltram.loc.alleg.n 5.*

25 Et ista procedunt ad omne remedium possessorium, *Ludouis. d. decis 437.n.2.* vt ad effectum agendi actione spolij, *Beltram.in addit.ad d.dec.Ludouis.347. num.6. Pontan. de spolio lib.2.cap.14.n.109. et seq.* ad effectum etiam mandati de assouiando, *Salustius Tiberius in eius praxi A.C. lib.1. cap.57.per tot.* ac ad effectum concedendi mandatum de manutenendo, *Caccheran. decis. Pedemontan. 133.num.7.Beltram. in d.addit.ad d.decis.Ludouis.437. sub n.6. Rot. in decis. diuers. decis. 549. n.1.p.1. et in recentioribus dec.230. in principio p.1.et dec.551. num.3. p.2.* Ac denique ad quoscunque Iuris effectus, *Beltramin.vbi supra n.6. Marta de clausulis par. 1. claus.20.n.4.* & ita decisum per Rot.Rom. habetur *in dec.89. n 6. post tractatum Ludou. Poss.de manutenendo.*

26 Et licèt magna sit differentia inter precarium, & simplex constitutum, nam quando debitor constituit se bona possidere precario nomine sui creditoris, tunc ei solùm transfertur ciuilis possessio; quando verò dicit, se ea possidere eius nomine per simplex constitutum, tunc ei transfertur non solùm ciuilis, sed etiam naturalis possessio, nec aliud penès ipsum constituentem remanet, nisi quædam simplex tenuta, vt post alios plenè refert *Tiraquell.de iur. constitut. in 1.p. n.4. et seq.* & pleniùs *n.55.cum pluribus seqq.* Verùm perpetuò notandum est, quod si in contractu apponitur vtraque clausula .s. *precarij, & simplicis constituti*, tunc vna vitiatur per aliam, propter earum repugnantiam, vt pulchrè refert *Cassan.in consf.7.n.36. et seq.* licèt hanc opinionem esse nimis duram, & propterea si per imperitiam notariorum clausula coniungitur, tunc præualere clausulam *constituti*, nulla de *precario* habita ratione affirmat *Fontanell. de pact. nupt claus.4.gl.27.n.37. fol.366. et Ant.Fab. in C.Fabriano lib.7.tit.7. de acquir.possess. definit.16.per tot.*

27 Et ne desit punctualis doctrina in materia tertij se opponentis, licèt creditor cum simplici hypotheca post sententiam, & eius exequutionem non sit audiendus ad finem impediendi pignoris distractionem, secus tamen ante sententiam, vt latè supra fundauimus; Tamen si iste tertius, nedum de hypotheca, sed etiam de constituto opponeret, quod fortè rei hypothecam haberet, quam distrahere intenderet creditor, quod tunc executionem, & distractionem impediret not. *Gram.decis. 92.n.31.& seq. Natt.cõs.300. num.2. Milanens.decis.12.nu. 135.lib.2.* qui testatur aliàs decisum in Curia Prætoriana inter Iulium de Milazzo tertium opponentem de hypotheca, & cõstituto contra Isabellam de Romo, *Ann. sing. 598. Ceph consf.668. vol. 5. Muscat. in praxi ciuilil. par.3 glos. adiudicantur n. 60. Vrsill. dec. 199. Aluar.Valas.dec.55. Thes.*

O 2 dec.

dec. 206. Bero.q.106.n.3. Cart.tr. decis.8. n. 2.Costa de remed. subsid. remed.1.Canale decis. 5 num.39 p.4. Intrigiol.sing 32.lib.2 Giurb. decis.16.num.20.Ball lib.5 ad prag. de consib. quest.2.num.6.

28 Et hoc stāte vera possessionis naturalis, & ciuilis translatione facta per cōstitutum quamuis per actum fictum, & ob id impeditur executio ad instar habentis veram possessionem, DD. *in. l. quod meo ff.de acquir. possess. Tiraq.de constit.p.1.n.2.3.4.& seq.& p.2.am.pliat.1.n.2.1.2.& 3. & p.3. limit.26. n.5.& 6.Castill. decis,74.n.6.7. Surd.cons.73. num.44.& cons. 162.nu 46.Perusin.decis.29. num.6 Fontanell.de pact. nuptial claus.4.glos. 27.n 6.* alios affert *Giurb.decis.61. num.20.*

29 Tertiò, & denique in occurrente casu nedùm adest hypoteca cum constituto, per quam vera trasfertur possessio quod ad omnes effectus iuris, ac etiam quò ad Audientiam tertio concedēdam, sed ipsi consigatarij sunt principales quòad actionem, & possessionem; quòad actionem nedum ex causa obligationis nominis debitoris, cùm pro exactione istius nominis debitoris obligati, si non directa, datur tamen vtilis actio, *l.nomen, vbi Cyn.num.2.in.fine Bart. num.2. Salic. nu 3 Aloys.de Leo n.3. C.quæ res pignori obligari possunt, Dec.cons. 349. infin. num.3. Castrens. in l.si conuenerit la 2. in. principio, num.2.ff.de pignor.act.& cons. 198.num.2 lib. 1. Surd. cons.4. n. 23.* Vtilis, n' ac directa eandem habent potestatem, & effectum *l. actio 47.ff. de neg gest* & probat nouiss. *D. Cons.Arias de Mesa lib.1. Var,resol. cap.14. sub n.26.* ad quod allego solemnē doctrinā *Baldi in §.quid ergo, in fin.de inuestitura de re aliena facta in vsib.feud.* vbi dicitur, vtilem, & directam actionem nasci ex diuersa forma, eadem tamen potentia.

30 Hinc punctualitèr dixit *Iul.Cęsar Galluppus in methodo feudali, par.1.cap. 3.n.73 & 74. fol.mihi 28.* quod ratione istius hypothecæ consignatarij Arrendamenti habentius commune cum Fisco in Arrēdamento, ita & talitèr, vt pro eodem pretio in afficlu alijs extraneis præferantur.

31 Secundò habent actionam citra contractum venditionis annuorum introituum, saltem personalem ex conuentione inita cum Regia Curia de soluendo ipsis consignatarijs, cùm illa vtilis actio per fiscum quæsita sola eius voluntate in ipsos transferatur, præcipuè iusta causa interueniente absque cessione, iuxta *tex.in l.fin. C.quando fisc.vel priuat.l.ex nominis, & l.final. C.de hæredit. vel actione vendit. cum concord.* prout benè, & satis doctè post alios explicat *Dom. Cons.Arias de Mesa lib.1. var,resol, cap.19.n. 9. & 10.* directæ enim actiones sola cessione acquiruntur, *l.ex legato 18. C.de leg. l.4. C.si cert.pet.l.ex nominis, C. de hæred. vendit. idem Cons Arias de Mesa vbi supra num.11.* quod videmus in dies practicari per doctos tamen, ac circumspectos Dominos Præsidentes, nam ad instantiam consignatariorum contra Arrendatores, vt moris, in tempore non soluentes nedùm ordines de ipsis consignatarijs soluendo, sed etiam literas exequtoriales expediunt.

32 Tertiò & strictiùs, nedùm actionem habent, sed quod magis est possessionem, cùm iam ipsi Arrendatores vigore pacti soluerunt nonnullas tandas ipsis Consignatarijs; datur enim in annua perceprione, alijsque iuribus incorporalibus quasi possessio exigendi, iuxta *tex.in cap. querelam, de electione,* nam, & conceditur mandatum de manutenendo existenti in quasi possessione exigendi quamlibet annuam præstationem, seù responsionem, vel redditum, *Marant. de ordine iudic.p.4.distinct.7.n.27. Bocc. de interdicto vti possidetis cap.8. nu.8. Salustius Tib. in pract A.C.lib.2.cap.7.n.2. Put. dec.180. n.4. Ruginel.de appell.§.2.cap.3.n.694.Cancer.variar.resol.lib.3.de manutent.cap.14. sub n.48. Episc.Ricc.collect.decis collect.668.in fine,Ludouis.decis.438.n.1.* & aduersus negantem soluere potest agi interdicto possessorio, *Valasc de iure emphyt.q.32. n.24.* ad quem quasi possessionem acquirendam vnicus sufficit actus, secundum veriorem opinionem *glos. in cap. si verò 12. de iur. iur.* & est de mente *glos. in cap. cum Ecclesia Sutrina in verb.trium de caus.posses.& propriet.* quam ibi sequuntur *Card.n 3. Rip.n.91. Rebuff.nu. 10.* & post *Balb. de præscript. p.5. q.8.* communem sæpius confitentur *Couar pract.cap. 14 n.2.& regula possessor p 2.in princ.num.6. Card.Tusc.tom.3.lit.E.concl.83. n.5. & to.7. verb.possessio concl.421. & verb quasi possessio concl.421. & verb.quasi possessio concl.34. Triusan.dec.54. par.2. Puteus dec.192. lib.1. Mascard de prob.concl.173. à n 8.* post *Rocch. Lamber.*& plures alios,*Gonzal.ad reg.8.Cancell.glos 45.§.2. à num.29.* post *Caputaquens. Achil.de Grass.Aloys. Ric.in collect dec. p.4. collect.1554.post Guttier. & Menoch. Ceuall. Com.contra Com.q.717. n.4.* post *Duaren.ras.* & alios *Nicol.Gars.de benef.d c.5.n.56. cum seq.* optimè *Gabed.de patronatibus Regiæ Coronæ cap.6 in princ. Camill.Borrell in summa decis.tit 32.n.216.* imò stantibus solutionibus factis de voluntate ipsorum Arrendatorum, & Regij Fisci non ampliùs possunt Fisco soluere, & si soluerent, non liberarentur, sed ipsis assignatarijs continuare tenentur, iuxta *text.in l.3.C.de nouat.*

Quo-

33 Quomodò igitur dubitari poterit, quin iudicium cum ipsis congnataríjs, & possessoribus erit instituendum, cùm in iudicio quilibet possessor non solum iustus, prout Consignatarij Regiæ Curiæ, sed etiam iniustus citari debeat in Iuribus suis, *Innoc.in cap.inter, de maioritate, & obedientia, Bal.in l. 2. C.si propter publicas pensitationes, Roman. in l.iustè possidet, ff.de acquir.possess. Petr. de Anchar.cons.274. Calder. in tit.de dilat. cons. 4.& Bald.& Angel. in l. si maritus la prima, C.de donat.inter vir.& vxor Felin. in cap.dudum de præsumpt. Rot. in decis.5. in tit. de restitut spoliat.in antiquis, Ruin. cons.17 vol 5: Felin.in cap.cum olim de re iud. & Hyppol.de Marsil sing.195.* nec possessione priuari poterit, absque causæ cognitione, est bonus tex. & ibi *Bart.in l.meminerint, C. vndè vi, Alex.cons.83. visa facti narratione col.1. lib. 2. & cons.30. ponderatis col fin. lib.5 Decius cons.400 sub nu.6.* quos sequitur *Cons. Marcian.cons.1. n.62.* ex quibus clarissimè patet non solùm esse audiendos, sed nullum esse iudicium excomputi, ipsis Consignatarijs non vocatis, nec citatis.

34 Nec obstant exempla, de quibus pars aduersa fecit magnum festum in aula Regiæ Cameræ, dicens aliàs per Regiam Cameram fuisse decisum, ipsos consignatarios non esse audiendos, sed quod tantùm *ipsis liceat assistere*, si voluerint: exemplis enim non est iudicandum, *l.nemo Iudex, C.de sentent. & interlocut. omn. iudic.* nec spectandum est, quid actum fuerit, sed quid agi, vel fieri debeat, *l.sed licèt, ff. de offic.Præsid.Menoch.cons. 75.n.94* hinc benè scriptum reliquit *Neuiz. lib.5.sylua nuptialis, n.62.* à recepta DD.opinione recedendum non esse, & si aliquando contra eam iudicatum sit, & licèt nô ignorem, quod exemplis Summi Iudicis, veluti Præfecti Prætorio, vel Senatus iudicandum sit *glos.in d.l.nemo Iudex*, facit *tex. in l.1. §. hoc autem*, ibi; *sic esse sæpè iudicatum, & in l. nam Imperator, ff. de legib.* vbi Consultus tradit authoritatem in similibus rerum iudicatarum, facilis enim est responsio, nàm procedunt respectu alterius Iudicis inferioris, *non* autem respectu Supremorum Magistratuum, vel eiusdem Senatus, quia mutatio opinionum ipsis permittitur, vt latè côcludit, & sic in specie declarat, *Menoch.cons. 59.per totum*, præcipuè *n.10.lib.1.per tex. in l.nam, & si parentibus, §.filius, ff. de inofficioso testam.l.circa, ff.eod.tit. l.denunciasse, §.vlt.ff. ad leg.Iuliam de adulterijs*, voluit etiam *Bald. cons.334. præmittendum est ad euidentiam in fin.lib.2. Aymon.cons.232.n.2. Zasius in rubr. ff.de except.n.6.& 7.* at hæc nunc non erunt consideranda, nam vt innotescit ipsis integerrimis Senatoribus eiusdem Reg.Cameræ contenta in præsenti allegatione non fuerunt deducta, cùm nullus fuerit defensor in hoc articulo, per quem fuissent opposita, vndè decisum dici non potest, vt tradit *Bal. in l.receptitia, C.de constit.pecun* quem sequitur *Præs.de Franch. & si decisionum compilator insignis, decis.367. n.14.* & sic omni iure pro ipsis Consignatarijs iudicandum spectatur.

D.Didacus Moles
vnus ex Deputatis Arrendamenti.

AD §. XXIII.

De Iure Deuolutionis, quæ, siuè ob lineam finitam, siuè culpam Vasalli, vel alio iure, competit Regi in hoc Regno.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs deuolutionis, quare sit Regale, et quænam bona comprehendat, *nu.1.& 2.*
Feudum, *quibus ex causis ad Dominum deuoluatur, num.3. & 4.*

1 IVs deuolutionis Regale esse docet noster *Author hic*, quippè quod ad Fiscum Principis spectant feudorum hereditates, & bona, dum moriuntur ab intestato, nullis relictis personis, ad quas iure legitimo succedendi facultas deuoluatur, ideircò vacantia illa appellantur, vt *Callistratus* ait *in l.1.§.Diuus Pius D. de Iure fisci lib.1. C. de bon.vacant. lib. 10.cap.vn. quæ sint regal.* & rationem reddit elegantèr *Cassiodor. var.lib.6. epist. 8.* quia Principis persona post omnes debet esse; neque optare solet acquirere, dummodò sint, qui relicta debeant possidere.

Inter

2 Inter regalia Fisci etiam referuntur bona, quæ indignis auferuntur, bona contrahentium incestas nuptias, proscriptorum, & damnatorum, committentium crimen Lęsæ Maiestatis, de quibus *in cap. vnic. quæ sint regal.* latissimè *Camill. Borell. de Reg. Cath.præst. cap.14. cum seqq. Montan. de Regal. fol. 83. & seqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 9. cum seq. D. Franc. Amaya in l.1.C.de bon. vacant. lib.10. Maximil. Faust. in cons. pro ærario clas. 6. ordin. 562. & seqq. Antunez Portugal tom. 2. de Donat. Reg. lib. 3. cap. 14. ad seqq.*

3 Ex bonis quoque feudalibus, quæ vel finiuntur, vel amittuntur, Principis augeri solet ærarium, *Faust. pro ærario clas.10. ord.* 784. Deuoluitur enim feudum ad Dominum, vasallo decedente, nullis relictis successoribus, *cap. vn. in princ. vers. rursus si fidelis, quib. mod. feud. amitt.* vel conuentione expressa, puta refutatione, quæ fit Domino à vasallo, *cap. vn. in princ. qualiter olim poter. feud. alien. cap. vn. de vasall. decrep. ætat.* siuè tacita, vt in feudo *Guardiæ*, & *Castaldiæ, cap. vn. de Guardia, & Castald.* Principaliores

4 autem causæ, ob quas feudum amittitur, & redit ad Dominum, ad hæc duo genera reuocari possunt, vel ob culpam, quam Iuris feudalis compilatores, *Felloniam* appellant, vel ex alijs quibusdam causis, de quibus latissimè *in libris feudorum*, & DD. in commentarijs attestantibus agunt, & præsertim post alios *Herm. Vulteius de feudis lib. 2. cap.11. Georg. Schultz. in Synopsi iur. feud. cap. 11. Georg. Adam. Struuius in syntag. feud. cap.15. Schrad. de feud. par. 9.* Rosenthal. *de feud. c. 10. concl.1. & seqq. R. Lanar. in repet. feud. §. huius autem generis, in quib. caus. feud. amitt. Reg. Camill. de Curte de feudis par. 4. Gallupp. in meth. feud. par. 4. cap. 5. 6. & 7. Laratha in theatro feud. par. 10. per tot.*

AD QVAEST. I.

Confiscatis bonis, an Fiscus dicatur hæres confiscati.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Fiscus ratione confiscationis bonorum, an succedat per annihilationem, vel per repræsentationem, siuè sit successor anomalus, &c. à num. 1. ad 3. & quid in bonis vacantibus, num. 5.

An teneatur soluere debita, ac dotes constituere filiabus, pro viribus hæreditatis, à num. 4. ad 8.

Et nùm in bonis feudalibus habeatur, tanquàm hæres extraneus, n. 9.

Deuolutione feudi sequuta, an dominus creditoribus etiã cũ assensu teneatur, an verò sint extinctæ actiones, à n. 10. ad 12. & rejcitur opinio Consil. Carleual *n. 13. & à n. 51. ad 54.*

Fiscus, siuè dominus succedens feudatario mortuo absque legitimo successore, an teneatur satisfacere quantitatem ab illo cum assensu donatam ex nunc pro tunc sequuta morte absque filijs? Transcribuntur allegationes in hoc puncto elucubratæ per DD. Scipionem Martinum, Vincentium Raetanum, *&* Antonium Florillum, *à num. 14. ad 73. Et refertur exitus causæ in deuolutione* Montis Aquilæ, *num. 74.*

Donatio facta ex nunc pro tunc sequuta morte, *an dicatur pura, vel conditionata, & an valeat, impetrato assensu in fraudem Regij fisci? discutitur latè à num. 15. ad 73.*

Clausula per Aduocatos excogitata in conditionalibus, ex nunc pro tunc conditione adimpleta, & non aliter, *quid operetur, num. 55.*

1 ACris est difficultas, an Fiscus, ratione confiscationis bonorum, succedat per annihilationem, vel potiùs per repræsentationem, siuè sit successor vindictæ, vel potiùs, vt hæres extraneus? Et non esse hæredem, sed tantùm loco hæredis, adeòque non per repræsentationem, sed per annihilationem personæ succedere, tenent *Mantica de tacit. & ambig.lib.12. tit. 18. n. 18. Alex.Trentacinq.var.lib.2.de iur.fisci resol.2.num. 2.Fontanella de pact.nupt. claus.5. glos.4. num. 64.* quos contrà Reg.*Constant.*sequitur *Io.Stephan.Garon.resol.fiscal. decad.1. cap.7. num.8.*
2 *& 9.* vbi excipit duos casus, in quibus fiscus est hæres, quando scilicet hæreditas iacet ob defectum legitimorum successorum, & quando est hæres institutus; ex *Christoph. de Paz in tract. de tenuta par.2.cap.81.n.1. & seq. & Clapper. in centur. caus. Fiscal. caus.2.q.1.num.6.* cuius verba recenset etiam Reg. *de Marin.in obseru. ad Reg.Reuert. decis.506. num.2.*

3 Ideò non dicitur propriè hæres, sed loco hæredis, *l. quoties §.fin.D.de nouat.* & sic hæres anomalus, *Reg.Lanar.cons.9.num.1. Guazzin.de confisc. bon.conclus.20.num.4.& seqq.R.Rouit. ad prag.1. num.14.& 15. de bonis proditor. Massinus de confiscat. quæst. 35. num.8.Card.de Luca de Regal.discurs.* 160. alter *De Luca in animaduers. ad Gratian. cap.423.num.2.tom.3.* Licet autem hæres non sit, *l.1.§.idem 14.in fin. D.depositi;* tamen successoris loco
4 habetur, ideòque creditoribus pro modo successionis tenetur, *l.si vt proponis 5.C.de bonis præscriptor.l.si ademptis 5.C.de sent.pass.* qua ratione confiscatis bonis transeunt in fiscum actiones actiuæ; *l.vlt. in fin. D.de acq. hæred. l.reo criminis D. de solut.l.inter Socerum §.vlt.D.de pact.dotal.* & passiuæ actiones, *l.cum fisco D.ad S.C.Syllan.* vbi *Gothofredus* concordantia refert, vt post alios docent *D.Melchior de Valentia lib.1. Illustrium iur. tract. 4.cap.9. num.6. Intrigliol.cons.22.Viscont.conclus.iur. verb. Fiscus tenetur, Farinac.de delict. quæst.25.à num.169. Olea de cess.iur.tit.3.quæst.9. num.7.* Et quando, & ad quæ debita confiscatis bonis fiscus teneatur, notantèr prosequitur *Acosta de priuil.credit. reg.2. ampliat.7. à num.170. ad 220.*

5 Prout Fiscus succedit in bonis vacantibus, non vt hæres, sed per occupationem, quia in eum ipso iure transfertur dominium, *l.fin. C.de bonis vacant.* ibi: *Vt iussu nostro vacantia, vel aliæ res, nomine occupentur ærarij*, vt optimè fundant *Amaya in comment. ad l.1. C. de bon. vacant.lib.10. nu.7. & seqq. Antunez Portugal.de donat.Reg.lib.3.cap.21. ex n.1. tom.1.* Vnde licet Fiscus succedens in his bonis vacantibus teneatur Creditoribus defuncti, *l.non pos-*
6 *sunt 11. D. de iure fisci.* Non tamen tenetur vltrà vires hæreditarias, sicut teneretur, si vt hæres succederet, vt docuerunt *Cæuall.comm.contrà comm. quæst.822. Reg.Constant.in l.1. n.157. C.pœnis fisc.Cred.præfer. Amaya d.loc. n.11.* qui etiam asserunt, non teneri conficere inuentarium bonorum sibi delatorum, quia non conuenitur, tanquàm hæres, si succedit his bonis vacantibus, vel confiscatis, sed vti successor vniuersalis, siuè possessor, *Afflict.dec.385. Guazzin. de confiscat. concl.20.n.23.* Reg.*Capyc.latr.consult. 121.n.41.*R.*de Marin.ad* R.*Reuerter. dec.506.n.2.* latè *Episc.Fermosin.alleg. 62.p.1.*

7 Satis verò controuersum est, an Fiscus ne dum ad debita soluēda teneatur, vt suprà, sed etiam ad legata, & fideicommissa in testamento relicta? De quo articulo adeundi *Chifletius de iure fideic. lib.4. c.1. Sixtin. de regal. lib.2: cap.9. ex n.42. Reg. Constant.in d.l.1. C.pœn.fiscal.ex n.125.ad seqq.* Et negatiuam sententiam latè probant *Amaya in d.l.1.C.de bon.vacant.*

tant. a num. 16. Antunez Portugal de Donat. Reg. d. lib. 3. cap. 21. ex num. 5. ac explicat *Fermosin. d. alleg. fisc. 62. ex n. 13.*

8 Imò publicatis bonis, dotes filiabus constituendas esse à Fisco, docuerunt, post alios *Gigas de crim. lesæ Maiest. lib. 3. cap. 15. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 31. nu. 15. Guazzin. de confiscat. concl. 20. num. 17. Io. Steph. Garon. de tad. 1. resol. fiscal. d. cap. 7. num. 1. & 2.* contrariam autem sententiam, filias dotare non teneri, tuentur *Reg. Constant. in d. l. 1. num. 124. Acosta de priu. cred. d. reg. 2. ampl. 5. num. 209.* confert dem *Fermosin. alleg. 22. & 23.*

9 Quoad bona feudalia, Fiscus sequuta deuolutione feudi, propter lineam finitam, aut ob culpam vasalli succedit, vt successor vniuersalis in feudo, & loco extranei hæredis, ex *l. 3. §. cum ex causa D. de iure fisci,* vbi Fiscus, ad quem pertinent omnia bona, habetur loco hæredis, quia feuda non trāseunt, nisi ad suos hæredes, & non ad extraneos, & ea, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, non transeunt ad fiscum, vt probat noster *Author hîc à n. 2. ad 6.* quem post alios referunt, ac sequuntur *Bottilitr. de success. feud. et Vita milit. cap. 3. n. 31. De Luca tom. 2. de Linea Legali art. 7. num. 71. et 74.* & in *obseru. ad Prof. de Fransb. decis. 213. n. 9. Carolus de Rosa* in sua alleg. impressa *in Glos. ad Consuet. Neap. à num. 582. ad seqq.* apud *R. de Marin. in obs. ad Reg. Reuert. decis. 143. num. 30. et 31. in nouiss. editione, et Cons. Petra super Rit. M.C. 226. nu. 3. tom. 2.* Verùm reuertuntur ad dominum directum, *Reg. Rouit. cons. 12. nu. 13. lib. 2. Montan. de Regal. ver. bona committ. crim. num. 14. fol. 306.*

10 An autem sequuta deuolutione, sint extinctæ actiones hypothecariæ passiuæ supèr feudo deuoluto, durante linea creditoris habentis feudum obligatum, & de actionibus actiuis, fisco succedente feudatario? scripsit *Episcop. de Afflicto* in celeberrimo *responso, de actionibus deuoluto feudo, hæredi extraneo defuncti vasalli aduersùs dominum directum competentibus,* in controuersia agitata inter *D. Emanuelem Carafa,* hæredem in allodialibus *Ill. Ducis Nuceriæ Paganorum D. Francisci Mariæ Carafa,* defuncti absque legitimo successore in feudalibus, & pro Fisco peritè calamum arripuit *Regens D. Carol. Calà;* Quorum *Responsa* transcripsit *D. Carol. Ant. de Luca lib. 2. de linea legali art. 7.*

11 Si tamen deuolutio fiat ob lineam finitam, dominus, ad quem deuolutio facta est, creditoribus non tenetur, *Medic. cons. 109. num. 15. Cons. Theod. alleg. 83. num. 20.* nisi sit creditor propièr pecuniam datam ad emendum feudum, *Reg. Lanar. cons. 80. n. 51. & 52. Reg. de Ponte decis. 4. ex num. 28. R. de Marin. alleg. 146. num. 10. & 11. to. 3. Georg. Adam. Struuius in syntagm. iur. feud. cap. 14. n. 7.*

12 Quotiès verò adest assensus Regius in debitis contractis, tunc Fiscus tenetur soluere creditoribus, *Fachin. lib. 2. contrau. cap. 56. Schrader. de feud. par. 8. cap. 4. num. 43. Struuius d. cap. 14. num. 5. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. iur. lib. 2. cap. 48. ex num. 14. Fuluius Lanar. in add. ad patruum super repet. §. huius autem generis, quib. caus. feud. amitt. num. 1. Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 130.* vbi *Rodoer. in add. num. 1. Consil. Altimar. ad Reg. Rouit. cons. 53. num. 18. & 19. tom. 1. & ad cons. 52. num. 17. tom. 2. De Luca d. lib. 2. de linea legali art. 7. num. 108.*

13 Quod procedit, quamuis in assensibus adsit clausula, *Iuribus nostris semper saluis;* nam hæc clausula non suffragatur domino in expressè concessis in assensu, quę hypothecā patiūt, & sic ius reale, quod transit ad quoscunque successores, *Bilotta concl. feud. 33. num. 15. Marcian. cons. 69. nu. 55. lib. 2. R. Cap. latr. cons. 34. n. 23.* Et licet in contrariū satis ingeniosè quidem scripserit *Cōs. Carlen. lib. 2. de iud. disp. 23.* nimis tamē impertinētèr scatus, vt ait *Reg. de Marin. d. cap. 130. nu. 3.*

Hanc

Hanc tamen sententiam in Regno ratione, auctoritate, & praxi in omnibus causis receptam praeconizat *D. Reg. de Philipp. in alleg.* 116. *num.* 19. apud R. *de Marin. tom.* 3. sicq; mandauit Inuictissimus noster Rex *Philippus IV.* per rescriptum expeditum die 16. Septembris 1640. remissum Reg. Cam. die 12. Ianuarij 1641. vt meminit *cit. Reg. de Philipp. d. alleg.* 116. *n.* 19. *in fine*, & legitur apud *tit. Cons. Carleual. in fine cit. disp.* 23.

14 An autem Fiscus, siuè dominus directus succedens feudatario mortuo absq; legitimo successore, teneatur satisfacere quantitatem ab illo donatam, *ex nunc, pro tunc* sequuta morte absq; filijs, cum assensu? Scripsêrũt p donationis validitate tũc celeberrimi Aduocati *Dom. Scipio Martinus*, deinde *Reg. Consil. ac Dom. Vincentius Raetanus*, posteà *Regens*, & pro Reg. Fisco *Dom. Reg. Antonius Florillus*, tũc acerrimus Fisci patronus, vt in sequentibus *Iuris Responsis*.

IN IVRE

P R O

D. Francisco Caracciolo.

C V M

Regio Fisco.

15 DFranciscus Caracciolus Cantelmus vtilis Dominus Terrę Montis Aquilae, & aliorum feudorum, cognoscens obligationem maximam, ad quam tenebatur Domino Iulio Caracciolo eius fratri consobrino ob diuersa beneficia ab eo recepta, donauit eidem in anno 1641. sub die 10. Octobris ducatos vigintimille consequendos ex nunc pro tunc sequuta morte absq; filijs cum Regio assensu, quoad ea bona, in quibus habet successorem.

Et illo mortuo in anno 1652. absq; legitimo successore, Regius Fiscus cępit possessionem feudorum, & Franciscus Caracciolus frater vtriuq; coniunctus Iulij Cęsaris, instituit in Regia Camera pro satisfactione dictę quantitatis; & compilato processu, Fisco audito, instat pro expeditione in eius beneficium.

16 Praesupponendum est, D. Franciscum donantem tempore donationis legitimos habuisse successores, nimirum Hectorem Caracciolum patrem, qui refutauit feuda, & sic successorem, *ex decis.* 1. *de Franch.* ac Catherinam Caracciolam Amitã sororem dicti Hectoris, prout in facto, quę pariter erat legitima succeditrix, cum sit in tertio gradu in dictis feudis antiquis à communi stipire obuentis D. Francisco donatis, ex *Constit. vt de successionib. ac ex prgmgat.* 6. *de anno* 1532. *& pragm.* 8. *de anno* 1636. *de feud.* Secundò, praesupponendum est, D. Franciscum esse tempore donationis annorum 40. in circa, quod probatur ex capitulis matrimonialibus stipulatis inter dictum Hectorem Caracciolũ, & D. Felicem Cantelmi in anno 1598. fol. 123.

Tertio. Est probatum dicto tempore D. Franciscum fuisse in bona salute, & aptum ad procreandum filios.

17 His praesuppositis pro veris & indubitatis dicimos, assensum legitimè fuisse concessum, quia adhoc, vt assensus valeat, requiritur, quod contrahens habeat successorem tempore celebrati contractus, & concessi assensus, licet tempore mortis eo caruisset, quia praemortuus sit, hic euentus non inualidat assensum, sed ille remanet in sua firmitate, secundum *Camer. in cap. Imperialem f.* 30. *lit. P.* quod pro indubitato admittunt omnes DD. quos referunt, & sequuntur *De Pont. tit. de Assens. Reg.* § 4. *num.* 7. testaos sic fuisse decisum, idquè latius prosequitur *in decis,* 7. *D. Reg. Capyc. Galeot, in controuers.* 24. *num.* 29. *&* 30. *tom.* 1. & ante eos dixit *Andr. in d. cap. Imperialem*, §: *praeterea Ducatus, num.* 36. *de prohibit. feud. alien. per Federic.*

18 Imò etiam si feudatarius successore careat, tamen si est habilis, iuuenis, & aptus ad filios procreandum, quod assensus legitimè praestator, ac ratione incertitudinis, & dubij euentus, censetur remota omnis fraus, *Andr. in d.* § *praeterea Ducatus, n,* 37. *& in cap.* 1. §. *sed non est alia iustior, num.* 38. *quae fuit prima caus. benef. amitt. Afflict. in d.* §. *praeterea Ducatus, num.* 3. *De Ponte de Assens. Reg* §. 3. *num.* 20. *&* 29. *Dom. Galeot d. controuers:* 24. *num.* 29. *& seq. & Reg. Rouit. in pragm.* 4. *de feud. num.* 19.

19 Ex quibus sequitur, non posse considerari fraudem in eo, qui filios habet, vel habere sperat, vt tradit *Andr. ibid. num. 36 vers secus si tempore diuisionis.* vbi *Afflict. in 3. notab. num. 13.* dicit, quod idem sit habere filios, vel quod sit aptus ad generandum, & non attenditur, quod postea non generauerit, & *Aluar. ibid. ante, num. 9. vers. Et hoc intellige*, firmat, quod ad præsumendam fraudem, requiritur non habere filios, nec sperare habituros, sequitur *Præposit. ibid. Capye. in inuest. in verbo feudorũ diuisio, vers. sublimiter quinto, Curt. in tract. de feud. 1. nu. quæst. 30. in t. fallent. Iacob. de S. Georg. in v. Marchio, nu. 7. latissimè De Ponte eod. tit. de Assens. Reg. §. 3. num. 29. D. Galeot. nu. 30.*

20 Fraus tamen præsumitur solum; quando quis non habet spem filios procreandi, quando castratus esset, vel ità ad eam ætatem peruenit, vt filios habere non possit, vel si ideò facit, vt eum priuet, qui in illis bonis succedere debet, *Glos. in cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inuest.* vbi *Andr. nu. 5.* vbi licet *Glos.* dicat in primo exemplo, si castratus est, quia tamen est error, legi debet, si castratus, nam omnes casti nascuntur, vt aduertit *Glosella in marg.*

Sed hæc dicta sunt ex abundanti, cum nõ simus in hoc casu, sed in eo, quo contrahẽs habebat patrem, & amitam legitimos uccessores.

21 Nec in hac causa potest excitari quæstio, si successor erat desperatus de prole, cum iam Cathetina Amita successores habebat, nimirum Iulium Cæsarem donatarium, Franciscum actorem, & Vincentiam Catacciola, licet ista opinio non sit vera, cum sufficiat, quod contrahens habeat successorem, quamuis successor sit desperatus de prole, nam attentis verbis *Pragmaticæ 4. de feudis*, non reperitur hoc dispositum, sed tamen quod habeat successorem *§. 2. vbi si qui de bonis suis feudalibus disponit, aut tractat, certo, & legitimo successore careat, qui iuxta Constitutionẽm Regni in feudo succedere deberet.* Verbum ergò *successor*, intelligitur de successore primo, & immediato, & non de successore successoris, ex *tex. in l. qui liberis, §. hec verba D. de vulgar. & pupill.* vbi facta mentione hæredis, intelligitur de primo hærede, & non de hærede hæredis; Ex quibus, & alijs rationibus sic firmauit *R. Rouit. in d. pragm. 4. de feud. n. 18. cum seqq.* reiecta opinione *Reg. de Ponte in tract. de. potest. Proreg. de Assens. Reg. §. 3 num. 11.* quam agnoscens erroneam mutauit, vt testatur ex *Molfes.* idem *Regens Rouit. num. 34. 35. & 39* & nouissimus idem fundat *Dom. Donat. Antõ. de Marin.* elaboratissimus, & doctissimus I. C. *tom. 1. suarum quotid. resol. cap. 21. & D. Consiliar. Staiban, resol. 33. num. 1.* Igitur patet esse verificatam clausulam, *quo ad successorem* in assensu insertam.

22 Donatio autem, super qua fuit concessus assensus pro obseruantia quãtitatis donatæ, fuit validissima, tum quia fuit facta ob merita, ob beneficia, prout est verificatum in facto: Item quia fuit facta à iuuene; Item, quia nõ fuit omnium bonorum, sed tãtùm ducatorum 20. m. dum donans habebat ad minus ducatos 70. m. prout in facto, quæ sunt coniecturæ ad excludendam fraudem, vt probant *Mascard. de probat. conclus 815. Menoch. post alios de præsumpt. lib. 5. præsũpt. 3.* maximè quia fraus non præsumitur.

Nec quia fuit facta donatio ex nunc pro tunc, 23 sequuta morte, potest fraus præsumi, cum ista sit vera donatio inter viuos, licet effectus differatur post mortem, vt post omnes optimè defendit *Fab. de Anna cons. 39. n. 47 Reg. de Ponte de refutat feud. in rubr. num. 1. & 2. ex vulg. cons. Oldrad. 114.* quos sequutus est *Montan. contron. 32. n. 12.* prout non præsumitur fraus in prohibito disponere post mortem in præiudicium Agnatorum, iuxta *Consuet. si donat in vita, cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte*, sicut in puncto fundauit *Molfes. super Consuet. tit de bonis q. 5.*

24 Insupèr fraus non potest præsumi in præiudicium Fisci in eo, qui habet successorem, nam sicut potest omnia feuda alienare, sic potest feuda obligare contrahendo pet quemlibet contractum, mediante assensu, cum feudalia concesso assensu sortiantur burgensaticorum naturam, *Isern. in d. cap. Imperialem col. 10. de prohibit. alien. feud. per Federic. in cap. 1. de nat. success. feud. tel. 5. in cap. 1. qui succ. teneant.* sequitur *Loffred. in d. cap Imperialem, §. sed nec Dominus, vers. suprascriptas tamen fol. 63 dt. & in cons. 14. nu. 73. in fin. Freccia de subfeud. lib. 3. tit. de differ. inter feud ex pacto, & hæred. diff 2. & diff. 35. q. 6. fol. 442.* in nonis. *De Franch. decis. 695. n. 2. R. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. in princ. n. 5. R. Lanar. in tit. si vas. feud. priuet. n. 31 Pras. Amat. cons. 35 n. 7. & cons. 9. n. 2* post multos, & nihil distant ab allodio, dato assensu *Amat. ibid. & R. de Ponte cons. 147. n. 34 lib 2. De Marin. cap. 84. n. 10. lib. 1;* quo casu feudum acquiritur quolibet titulo, *De Ponte tit. de refut. §. 10. n. 17.* eritquè dicta acquisitio firma, etiam post mortem alienantis, ex *Andr. in cap. 1. qui success. ten.* dixit idem *De Ponte eod. nu. 17* Nam ingenuis hominibus non debet interdici alienatio rei suæ, prout respondet *text. in l 1. ff. si quis à parent. fuerit manumiss.* & tunc stante suc-

successore Rex tenebatur assentire, ex *Lofred. & Camer.* fundat *Maur.alleg.16 & 17.* quæ est *Pisanel.& 18.* vbi additio eius filij.

25 Nec prætensa reuocatio officit, nam post perfectam donationem, non solum nequit reuocari, quia contractus à principio sunt voluntarij, & post facto sunt necessarij, *l.sicut S.C. de oblig. & action. cum simil.* sed neque potest adijci modus, vel conditio, *l. perfecta donatio, C.de donat. quæ sub modo.* Et proindè donatio non reuocatur, nisi cōcurrentibus causis determinatis *in l.fin. C. de reuocand donat.* quæ in hac causa non concurrunt.

Respectu aliorum creditorum, iam in facto sunt producta instrumenta cum Regio Assensu.

Cum igitur in aperto sint Iura Domini Francisci Caraccioli, supplicatur, vt eidem solita Iustitia per Dominos Senatores ministretur, prout speratur. Cætera suppleant Domini mei, &c.

Scipio Martinus.

I V R A

P R O

Ill. Duce Mirandæ.

CONTRA

Regium Fiscum.

Pro reijcienda oppositione, contrà creditum donationis.

26 SI causa ista decidenda foret iniqua opinione *Reg.Consil. Carleualij*; quæ Dominum feudo deuoluto subtraxit ab onere creditorum Regio Assensu contractorum: nihil opus putaremus defensionibus, nihil opus Aduocatis; nihil opus allegationibus.

Sed quia pio nostro Monarchæ, vel in literis ab eodem *Carleualio* relatis, sequi placuit sententiam iuribus feudalibus consentaneam: Communiore, & saniore Doctorum calculo traditam; à feudistis præsertim Regnicolis approbatam: & longo æuo à Regijs Tribunalibus vsu receptam, a qua Supremos Magistratus summa eruditione, & maxima pietate præditos, nunquam recessuros putamus, quod assensus Domini durat perpetuò pro accipiente, & eius hæredibus, & per illum dominus sibi perpetuò præindicauit in omnem casum deuolutionis: hilari animo tutelam aggredimur, in exclusionem oppositionum eruditissimi Fisci Patroni.

27 Totum robur fiscalis oppositionis in eo versatur, quod donatio facta à q. D.Francisco Caracciolo vtili Domino Terræ Montis Aquilæ sub die 10 Octobris 1641. cum Regio assensu sub die 12. eiusdem mensis duc. 20.m. cum hypotheca omnium bonorum, etiam feudalium quond. Iulio Caracciolo, fuerit cum clausula, *Ex nunc pro tunc sequuta morte ipsius D.Francisci absque filijs, et descendentibus ex eius corpore, & ipsius descendentibus deindè deficientibus in pupillari ætate, vel ab intestato quandocunque, & per duas horas antè, & è contrà, irreuocabiliter inter viuos.* Et propterea non fuerit donatio pura, sed conditionalis, in qua non debeat attendi tempus donationis, sed tempus adimpletæ conditionis; quod est temp's mortis dicti D.Francisci absque filijs, quo tempore feuda ob defectum successorum dicti D. Francisci deuoluta supponuntur ad Reg. Cur. & per consequens vti donatio collata in tempus inhabile non possit iuuari assensu expedito in tempore habili; neque possit dari retrotractio; cum extrema non reperiantur habilia.

28 Sed nos tuendo iura Ill. D. Francisci Caraccioli Ducis Mirandæ, fratris vtrinq; coniuncti, & heredis dicti quondam Iulij donatarij, per vera iuris principia veritatem indagantes, diruto Fiscalis oppositionis, ingenioso potius, quàm vero apparatu, hypothecam pro dicta donatione super feudis Montis Aquilæ, Rocceramindolæ, & Vallisporcinæ, validè constitutam, cum Regio assensu in tempore habili anno 1651. validè permanere, etiam post mortem dicti D.Francisci feudatarij donantis absque filijs, vel successoribus, & etiam si feuda sint deuoluta, demonstrabimus. Cum semper attendatur tempus contractus, vel virtute ipsius donationis, quantumuis conditionalis, vel virtute retrotractionis, non impeditæ, etiam in præiudicium tertij, sub prętextu inhabilitatis extremorum; vel ratione voluntatum Partium, & Domini assentientis.

29 In eruditis, & elaboratis allegationibus antecessoris Aduocati Dom. Reg. Consil.

P 2 Sci-

Scipionis Martini, fuit firmè probata thesis, quod ad validitatem assensus sufficit si contrahens habeat successores in feudis tempore contractus, quantumuis careat illis tempore mortis, cum *Andrea in cap. Imperialem §.praeterea ducatus num.36.de prohib.feudi alien.per Feder., Camerar., Reg. de Ponte, Reg. Galeota, Reg. Rouito, Galluppo in methodo iuris feud.par.2 cap.1. num.21. Reuerter.decis.407. vbi de Marinis*, & alijs, quos consultò omittimus.

30 Quapropter deuenimus ad hypothesim contractus donationis celebrati irreuocabiliter inter viuos, ex nunc pro tunc sequuta morte sine filijs, quem non negamus esse donationem sub conditione, & suspensiua, seu causali, vt post *Oldrad.cons.139. Alexand. cons.83. vol.2. Tusch.in ver. casualis, conclus. 580. Reg.Marcian.disp.12.num.16.* adducens *Ferrer.in Constit Catalon.glos.1.nu.255. Gratian. tom.5.cap.856. num. 17.* referens *Rotae decisiones*.

31 Et possemus dicere in tali donatione, quantumuis conditionali, esse attendendum tempus contractus, non autem adimpletae conditionis, quia contractus conditionalis, quamuis per *text. in l. cedere diem 213. ff. de verb. signif.* non producat actionem, nisi quando purificatur conditio; tamen accipit vires à tempore contractus, & solum differtur eius executio, *l. vsusfructus 26. ff.de stipulatione seruorum*, ibi: *Quia ex praesenti vires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit*, & creditor sub conditione, etiam pendente conditione est verè creditor, *l. is cui 41. ff.de act.& oblig.* vbi: *Is, cui sub conditione legatum est pendente conditione non est creditor, sed tunc eum extiterit conditio; eum tamen, qui stipulatus est sub conditione, placuit etiam pendente conditione creditorem esse*. Adeò quod solum quoad dilationem petitionis, differat à puro creditore, & licet differatur exactio, non desinit esse debitum formatum, *d. l. is cui, & l. creditores ff.de verb.signif.* & post *glos. in d.l.is cui, verbo creditorem, Ant. Fab.lib.15. coniect.cap.6. Ferrer.in Constit.Cataloniae, in tit.de los impuberes glos.1.à num.224.* perbellè docuit *Marcian. d.disp.12. num.9.*

32 Sed fortiùs stringendo argumentationes, dato, quod dictus contractus conditionalis sub vera conditione suspensiua, suspenderet non solùm actionem, & executionem, sed obligationem; Et quod interim creditor, pendente conditione, non esset verè creditor, iuxtà doctissimam explicationem *tex. in d.l.cedere diem* sub elegāti stylo traditam à Domino Regente, & Magni Camerarij Locumtenente dignissimo Raphaele Vilosa *in nobili tractatu omni sublimiore eruditione referto, de fugitiuis, cap.19.§.3.à n.63.* quis nescit purificata conditione contractum iudicari, vt purum? *l. necessario §. quod si pendente ff.de periculo, & commodo rei venditae, vbi glos. verb. in praeteritum, l.potior 11. vers.enim enim semel conditio extitit; perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est sine conditione facta esset, ff.qui potior. in pign. habeant.l. quoties ff.de nouat.l fin.§.Titius ff.de vulg.& pupill.Paris.cons.11.num 64. & 68.Camill de Medic.cons.32.n.7.& 8.Reg. Reuert.decis.547. Andreas in cap. 1.de nat.success.feud.num.27. Reg. Marcian. dict.disp.12. num.10.*

33 Et sequuto implemento conditionis casualis, fieri, etiam in terrij praeiudicium, retrotractionem à tempore adimpletae conditionis, ad tempus contractus; adeoque quòd videatur tunc purè celebratus, & illius tempus attendatur, *d. l. necessario 8. §. quod si pendente, vbi glos. Bart., & Faber ff.de periculo, et commodo rei vend l. Titius 4.à contrario sensu ff.quae res pign. oblig. poss. l 1. vbi Bart.l. qui Balneum 9. §. amplius, et §. Titia, et l.potior 11. ff qui potiores in pignore habeantur, l. huiusmodi 64. §. si ita stipulatus fuero 126.l.si filius familias 78. vbi Bart.ff.de verb. oblig.l sub conditione ff.de solut. l.quoties 14.ff. de nouat. Bolognett.in l.si is, qui pro tempore de vsucap.num.305. et 321. Mantica de tacit lib. 14.tit.46 num.5. Gratian. tom.5.discept.855. Io.Bapt.Costa de retrotract.cap.8. Neguz.de pignor.in 1. memb.1.par.à num.12.et in 2.memb. 5.par.n.10. Paris. d.cons. 11. Hartman.Pistor. lib.3.q.14.* Et in feudis *Isern.in cap.1. qui successores teneantur num.13. et in d.cap.1.de natura success.feudi num.27.*

34 Et hoc, vel quia spectatur initium contractus, & tempus, quo contrahitur, secundum *Iurisconsul.in d.l.si filius familias 78.ff.de verb.oblig.vbi Bar., Paris d.cons.11. num. 63.* vel quia existentia conditionis habet principium ab origine conuentionis; vnde trahitur ad suum principium, secundum *Bolognet.in d. l. si is, qui pro emptore num. 305. et 321.* vel melius, quia contractus quamuis conditionalis est perfectus: adeout non habet locum poenitentia, & partes per conditionalem perfectum, videntur abdicasse ab ipsis potestatem aliter disponendi, & qui contraxit, non potest effugere, quin eo inuito conditio adimpleatur, & ea adimpleta, quamuis inuitus, remaneat efficaciter obligatus. Vt sunt iura *in d.l.Titius, quae res pign. oblig. poss. et in d.l.1. et in d. qui Balneum ff.qui potior. in pign. hab. et in l.si quis offerenti §. fin. ff.de solut. Ant. Fab in rational. in d. l necessario §. quod si pendente ff. de peric. et commodo rei venditae, R. Marcian.d disp.12.*

Paris.

Patis. d. cons. 11. num. 70. Hartman. Pistor. d. lib. 3. q. 14.

35 Et sic videmus, quod si primo creditori sit res conditionaliter hypothecata, & postmodum illa eadem res ab eodem debitore fuerit alteri vel hypothecata, vel alienata purè; deindè purificata conditione, etiam in præiudicium istius secundi creditoris, vel emptoris, cui medio tempore ius fuit quæsitum, fit retrotractio; & primus creditor præfertur, *d. l. necessario, §. si pendente, ff. de periculo, & commodo rei venditæ, d. l. Titius, quæ res pignori obligari possint, d. l. potior, & d. l. qui balneam, præsertim in §. Titia, qui potiores in pignore, et ibidem DD. Mantica de tacit. d. lib 14. tit. 46. Gratian. tom. 5. c. 856. Io. Baptist. Costa de retrotract. c. 8. casu 31. Negusant. de pignor in 1. memb. 1 p d n. 12. & seq. & in 2. membro 5. p. n. 10. & d n 39. Salgad. in labyr. p. 2. c. 26. num. 20. & 21. Mangil. de euict. q. 36. Hartman. Pistorius d. lib. 3 q. 14.*

36 Videmus in promissione conditionali restitutionis dotis, sub conditione si matrimonium soluatur, & si dos prius promissa postmodum fuerit soluta, *l. si constante, § 1. ff. solut. matrim.* vbi DD. cuius hypotheca soluto matrimonio, & conditione adimpleta retrotrahitur ad initium promissionis, & matrimonij contracti, cuius tempus attenditur, etiam in præiudicium quorumcumq; qui medio tempore contraxerint, vel ius quæsierint, *d. l. 1 ff qui potior. in pign. hab. Io: Bap. Costa d. c. 8. casu 31. Negusant. d. 2. membr. 5. par. nu. 10 de Franch decis. 677. Salgad. d. par. 2. c. 20. nu. 19.* latè innumeros adducens *Ant. de Amato resol. 5.*

37 Videmus in promissione euictionis, quæ est conditionalis, si euictio sequatur, *l. quirem, C. de euict. l. habere licere, ff. eod l. 1. & l. hæres meus, ff. de condit. & demonstr.* quod si res fuerit vendita cum promissione euictionis, cum obligatione omnium bonorum: postmodum bona pro euictione obligata fuerint alienata; quod sequuta euictione, fit retrotractio ad tempus obligationis, & etiā in præiudicium tertij acquisitoris datur emptori actio pro euictione, super dictis bonis alienatis, & per alios possessis, *Salgad. d. c. 20. n. 21. Mangil. de euict. q. 36.*

38 Et ideò passim vidimus in eadem R Cam. in quibuscumque graduationibus factis super feudis deuolutis nullum fuisse per Regiū Fiscum præstitum impedimentum satisfactionibus creditorum eum assensu ratione euictionis, vel cū alia aliqua conditione purificata, vel ratione dotis; & vix reperietur feudum deuolutum, super quo non fuerit dotibus vxoris feudatarij defuncti satisfactū, non obstante quod dicta conditio soluti matrimonij verificetur feudo deuoluto, vel quando deuoluitur. Et in hac eadē causa non impeditur satisfactio dotium D. Hieronymæ Brancia.

Neque dicatur in contrarium virtutē retrotractionis impeditā remanere feudo deuoluto ob extremorum inhabilitatem, arguēdo ex dictis plurium DD. post *Bart.* hanc retrotractionem contingere ratione fictionis translatiuæ, quæ requirit habilitatem extremi, ad quod saltem in potentia; habilitatem verò extremi, à quo in essentia; & quod actus tūc geri potuisset. Quare cum feudo deuoluto, mutato rerum statu, actus geri non potuisset; videatur extremū, à quo, esse inhabile, ad substinendā translationem, & retrotractionem.

Etenim respondebitur, si posthabitis quæstionibus nominalibus contingentibus in his terminis metaphysicis, substantiam rerum, & veritatem terminorum legalium in explicatione significatus horum extremorum inspiciemus.

39 Et quidem, in extremo, ad quod, nulli dubium, quod requiratur, & sufficiat habilitas in potentia, hoc est, quod tempore contractus potuisset actus perfici, vel conditio adimpleri; quod in casu nostro non difficultatur, quod tempore contractus donationis validè poterat verificari conditio, & poterat decedere D Franciscus Caracciolus absq; filijs, cum assensu valido, quia habebat successores, & quoad hoc extremū, quod sufficiat tantum habilitas in potentia, non est, ex *DD. in l. si is, qui pro emptore, de vsu capionib. in l. quoties, de nouat. in l. si filius familias, de verbor. oblig* & in alijs locis, qui materiam huius translatiuæ fictionis attigerit; qui contrarium ausus fuerit asserere.

40 Tota igitur quæstio est in extremo, à quo, in quo cum *Bart.* aliqui tradidere requiri habilitatem in essentia: & quod actus tunc geri potuisset, quapropter arguendo contra nos dicitur tempore mortis D. Francisci Caraccioli sine filijs, quo conditio donationis purificatur, actus geri non potuisset, quia assensus cadere non poterat, tunc temporis, quo successore carebat, & feuda fuere deuoluta; ergo ex defectu huius extremi impeditur retrotractio in præiudicium Fisci; & corruit obligatio.

41 Sed videndum quomodo intelligatur istud requisitum habilitatis extremi, a quo: Pro cuius intelligentia, & vera denotatione clauem sumimus à *Bolognetto in l. si is, qui pro emptore, de vsucap. à n. 112.* qui distinctione clarissima omnia iura, quæ in hac materia videbantur pugnantia, conciliat, & omnia

nia dicta DD. ex ea remanent explicata.

42 Dicit *Bolognettus*, quod huiusmodi fictiones translatiuæ, aliquando inducuntur, propter se tantum, hoc est propter rem ipsam, super qua fictio cadit; vt est in fictione postliminij, legis Corneliæ, & in alijs similibus, in quibus vnicus est actus, super quo cadit fictio, & retrotractio, & fictio inducitur semper propter rem ipsam solam, quæ retrotrahitur. Et io hac fictione est indubitatum, quod requiritur habilitas extremi, à quo in essentia; & quod res, quæ retrotrahitur, quod est subiectum fictionis, & retrotractionis, sit in rerum natura, & per consequens actos, tunc geri potuisset. Et ideò in postliminio, in legitimatione, in restitutione natalium, & in casibus similibus pluribus, qui afferri possent, non existente habilitate extremi, a quo, hoc est, quod tunc temporis actus geri potuisset, cessat retrotractio; quia nulla adest res retrotrahenda, & de hac non est sermo in casu nostro.

43 Secundo modo inducitur fictio de aliqua re retrotrahenda, non propter se tantum, sed propter seruitium alterius, & inducitur retrotractio ad validandum aliquem contractum: ad validandam petitionem; ad qualificãdum actum, ex quo casu fictio trahitur retrò, non propter se; sed super illo actu. Quę fictio videtur quodammodo duplex, quia supponit duos actus, vnum, qui retrotrahitur, alterum, super quo fit retrotractio, vt *d.§. quod si pendente, d.l. quotiis, et l. bonorum, ff. rem ratam haberi*.

In hac igitur fictione duplex est subiectum; vnum de re, quæ retrotrahitur, alterum de actu, super quo fit retrotractio.

44 Hæc subiecta sunt, quæ appellantur extrema, & ex istis subiectis, subiectum illud retrotrahendum, & de re, quæ retrotrahitur, semper requiritur essentialiter, & cum potentia perfectionis, & ratihabitio, quæ debet esse valida, vt possit retrotrahi *d.l. bonorum*, sic natalium restitutio *in l. filio, de natalibus restituendis*, sic in contractu conditionali, conditio illa, quæ retrotrahitur debet esse verè adimpleta, & hoc extremum dicitur esse habile in essentia, vt possit fieri retrotractio. In casu nostro conditio mortis D. Francisci sine filijs fuit verè adimpleta, & verificata, & ideò istud extremum, à quo est subiectum retrotrahendum essentialiter existens.

45 Alterum verò subiectum fictionis; super quo cadit retrotractio, vt appellatio ratihabenda *in l. 1. in appellationibus recipiendis*; Contractus ille conditionalis, super quo cõditio, & obligatio retrotrahitur, debet necessario interuenire, quia si venit validandum, & qualificandum, oportet, quod sit in rerum natura, & sit factum, quia non entis nullæ sunt partes; sed tamen non est necessarium, quod iste actus possit fieri, vel fiat tempore quo fit ratificatio, vel impletur conditio; ex eo quia ipse actus non trahitur retro de tempore ad tempus, sed stat semper immobilis, & ideò non consideratur aliqua habilitas, vt actus geri potuisset tempore ratihabitionis *d.l. bonorum*, vel tempore adimpleræ conditionis, vt in *d.l. si filius, de verbor. oblig. & d.§. quod si pendente*.

46 Vnde subdit *Bolognettus n. 132.* quod ista æquiuocatio de subiecto, quod trahitur ad subiectum, super quo trahitur, turbauit totam istam materiam.

Et sic concludit *num. 133.* quod in hac fictione translatiua, est necessarium, quod interueniat res, quæ actualiter existat, & transferatur de tempore ad tempus, sed quando sit super aliquo actu, idest super subiecto, super quo oportet, quod ipsum subiectum interueniat, & verè fuerit factum; tamen non est opus, quod tempore incoandæ fictionis, ille actus de nouo possit fieri.

Et sic in casu nostro adest subiectum, super quo cadit fictio, & retrotractio, qui est contractus donationis conditionalis perfectus cum Regio Assensu in tempore habili; adest subiectum retrotrahendum, super hoc contractu, nempe conditio mortis D. Francisci sine liberis, actualiter verificata, & retrotrahenda, à tempore verificationis, ad tempus contractus; non est igitur quid impediat retrotractionem; cum in hoc casu, non requiratur, vt actus denuò, tunc perfici potuisset, quando conditio adimpletur, vt optimè *Bolognettus*.

47 Hinc DD. in rebus forensibus versati tradiderunt in hac fictione translatiua, & retrotractione requiri habilitatem extremi, ad quod, tantum in potentia, & respectu extremi, à quo nullam requiri habilitatem; quia satis habile dicitur extremum, à quo, per existentiam conditionis, quæ retrotrahitur; plures adducit *Gratian. d. to. 5. cap. 856. n. 6. et 24.* & potest sumi argumentum *ex l. bonorum, ff. rem ratam haberi, & l. si filius, ff. de verb. obligat. & l. si quis offerenti, §. si creditor, ff. de fideiussoribus*.

48 Neque aliud dicere voluerunt ijdemmet DD. qui noluerunt requiri habilitatem extremi, à quo, in essentia, quando communiter limitauerunt regulam prædictam, vt procederet quoad id, quod principaliter fingitur, & super quo principaliter cadit retrotractio, non autem in his, quæ veniunt in consequentiam huius fictionis; in quibus nulla alia extremi habilitas exposcitur, ex *l. pe-*

l penult. ff. de suis, & legitimis hæredibus, & l. si liber Homo, § si seruus, ff. ad l. Aquil. Imola, Æmil Ferrett. n. 118 Crotus n. 57 Iason. num. 141. Bolognett post nu 334. in d. l. si is qui pro Emptore, ff. de vsu capionib. Mantica de tacitis d. lib. 14 tit 46. n 20. Negusant. vbi supra, Vrsinus de success feud p. 1. q 4. art. 5. n. 10.

49 Et in nostra facti specie fictio principaliter cadit supe conditione obitus sine filijs, quæ conditio trahitur retro ad tempus contractus, quo tempore fingitur mortuus sine filijs D Franciscus, & in hoc, quod principaliter fingitur, omnis adest extremorum habilitas; nempe extremi, ad quod, in potentia, quia poterat tunc temporis mori D. Franciscus sine filijs, extremi, à quo, in essentia, quia verè mortuus fuit sine filijs, quod ex hoc veniat in consequentiam perfectio contractus donationis; in hoc quod venit in consequentiam, non spectatur habilitas aliqua extremi; & parum refert, si actus nunc potuerit geri, vel non.

Quapropter nullo modo potest dici, quod ob defectum extremorum, ratione deuolutionis, & carentiæ successorum, debeat in casu nostro impediri retrotractio.

50 Neque secundo opponatur, quod re perempta, & mutato rei statu per peremptionem retrotractio dari non possit, *iuxta dictum §. quod si pendente*, & feudum per deuolutionem, licet materialiter non perierit, non potest negari, quin perierit formaliter, quæ forma sit attendenda; & resoluto Iure datoris resoluatur Ius acceptoris.

Etenim, si procederet ista oppositio, certè, neq; debitum hypothecarium purè contractum cum assensu, feudo deuoluto, esset à Regio Fisco soluendum, quia etiam hypotheca purè cōtracta perit peremptione rei, *l. sicut 8 ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, soluitur, l. inter stipulantem, § sacram, ff. de verbor am obligationibus, l quid tamen, §. 1. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, Merl. de pign. lib. 5. tit. 1. q. 34.* consequens est falsum, vt infra: ergo & antecedens.

51 Ideoq; dictæ oppositioni fit euidens replicatio, quod supradicta fuit opinio *Cardinalij* reprobata à Sua Catholica Maiestate, tanquam repugnans iuribus, & rationibus, quia, quando hypotheca est constituta super feudo cum assensu Domini, feudum non solum materialiter existit, sed neque formaliter, neque virtualiter perit per deuolutionem, in præiudicium eius, qui super illo ius formatum acquisiuit; & durat perpetuò per Creditore, & accipiente, & suis hæredibus, & successoribus, donec debitum persoluatur; neque resoluitur resoluto iure datoris; quia per talem assensum Dominus perpetuò sibi præiudicauit, *est Text. in cap 1. §. et si Clientulus, vers. si vero de alienat. feudi*, vbi *Andr. de Iser.* idem *Iser. in cap. 1. qui successores teneantur, et in cap. 1. apud quem, vel quos, et in cap. 1. § hoc quoq; col 3. de success. feudi, et in cap. 1 §. præterea qua sit prima causa beneficij amittendi, et in cap. 1. §. quid ergo n. 5. de inuestitura de re aliena facta, et in Constitut. Regni si quis post litem, et in Cōstit. Constitutionem Diuę memoriæ, Camerarius in cap. Imperialem car 43 lit. Q. et car. 50. lit. L. Freccia de subfeudis author. 29. n. 8. Schrad. de feudis p. 8. cap 4. nu. 34 Fachin. controuers. lib. 7. cap. 56 de Franch. dec. 213. num 32. Reg. Constant. in l. 1. Cod. pœnis fiscalib. Creditores, præferri lib. 10. num 147.* perbellè *Hartman Pistorius lib. 2. quæst. Iuris q. 48. num. 14. et seq.*

52 Quia Dominus consentiens habetur, ac si ipse alienauerit, & in feudo ius constituerit in beneficium Creditoris, cuius persona attenditur, Ideoq; ius hypothecæ constitutæ Domini consensu non resoluitur, neq; perit resoluto iure debitoris, *l. obuenire, ff. de verborum obligationib. l si liqueat C. de inofficiosis donationib. §. iusiurandum, Authentico de Defensorib. Ciuitatum, Iser. in cap 1. et ibi Afflict. n. 22. qui successores teneantur, et in cap. 1. §. nec alia Iustior, et ibi Afflict. num 36. quę sit prima causa beneficij amittendi, et in d. cap. 1. §. quid ergo n. 30. de Inuestit. de re aliena facta, Harthman Pistorius vbi supra n. 17. et seq.* & in præiudicium eius, qui consentiuit, nunquam impeditur retrotractio, vt est *Textus in l. eum decem mihi §. 1. et 2. ff de solutionib.* & tradidit idem *Bart. in d. l. Bonor. ff. rem ratam haberi*, & per *Textum in l. nec emptio, ff. de actionib. empti, Bolognett in d l. si is qui pro emptore n. 109. Mantica vbi supra n. 22. Salgadus n. 51.*

53 Neque opponatur tertio, de simili, de conditione apposita in prima alienatione feudi, si assensus superueniat, quæ non retrotrahitur in præiudicium alterius, qui medio tempore quęsiuit feudum cum assensu; sicuti non retrotrahitur assensus impetratus post reuocationem, vel post mortem alienantis, & inter duos Creditores cum assensu præfertur prior in tempore assensus, quamuis sit posterior in tempore contractus; quia in præiudicium tertij, qui medio tempore ius quæsiuit, non datur retrotractio, *ex cap. si pro te, de rescript. in sexto.*

54 Nam responsio est clara, quod in supradictis casibus primus contractus iuxta *Text. in cap. si pro te, de rescript* erat nullus absque assensu, & partes per primum contractum nunquam abdicauerant à se potestatem aliter disponendi, siquidem non est verum dictum

ctum *Carlenalij*, quod præcisa constitutione Regni, partes nõ possunt recedere à primo contractu feudali absque assensu; etenim præcisa Constitutione contractus est nullus, & partes recedere possunt; vt optimè obseruauit contra *Carlenalium, Salgadus d. cap.20.num.40.* & tradiderunt *Afflict. decis. 335. et in cap.1. de Vasal. qui contra Constit. Lothar. et in cap. Imperialem qu.16. et qu 24. Bursatus 1.tom. consf.45. et est Textus in l. quemadmodum 7. C. de Agricolis, et Censitis lib.10.* & sic illi, qui postmodum Ius quæsiuerunt cum validò assensu, & valido contractu, præiudicarunt primo, cuius Ius nullum erat constitutum; & in præiudicium istorum nulla potest fieri retrotractio. Secus verò dicendum est, quando primus contractus fuit cum assensu validus, & per illũ fuit constitutum Ius super feudo, quamuis conditionaliter, abdicarunt enim Partes à se potestatem aliter disponendi, & ideò nunquam dicitur plenè Ius quæri secundo, qui contraxit, vel acquisiuit; maximè quãdo ipsemet qui acquisiuit, fuit Dominus, qui per consensum sibi præiudicauerat; nam tunc in præiudicium istius secundi acquisitoris conditio purificata retrotrahitur ad primum contractum validum cum assensu; vt aduertunt, sic intelligendo *d.cap.si prò te, Afflict.dec.186. vbi Vrsillus, et in cap.1. de Vasallo, qui contra Constitutionem Lotharij, Marinus Freccia in Constitutione Constitutionem Diuæ mem. q.30. quos* à maledictis *Carlenalij* defendit optimè *Salgadus d.cap.20. num.34. Gratian. tom.4. cap.730. Parisius dicto cons.55. Harthmau Pistorius d.lib.6.q.14.*

55 Sed omnia supradicta sunt examinata ad maiorem exuberantiam, & vt veritas articulorum innotesceret; nàm supradicta omnia reiecerunt à foro, Aduocatorum ingenia; quæ in contractibus conditionalibus adinuenerunt cautelam clausulæ *ex nunc pro tunc conditione adimpleta, et è contra*, quæ clausula operatur, vt conditio, quandocũq; purificetur, videatur semper purificata tempore contractus, & contractus videatur purè celebratus, & ab initio recepisse suam perfectionem, & stante tali clausula, nunquam impeditur retrotractio, quia à voluntate Partium, quæ possunt hoc facere, habilitantur extrema, vbi non sunt habilia, & inducitur retrotractio, etiam vbi non est, *l. huiusmodi 64. ff. de verborum obligationibus; vbi Bart. l. si ita stipulatus fuero 126. l. eum qui ita §. finali ff. de verborum obligationibus, l. nec emptio ff. de actionibus empti, Bologuettus in d. l. si is qui pro emptore, cum Croto, & Alciato ff. de vsucapionibus num. 340. & 341. Imola in l. si filius familias de verborum obligationibus* in puncto *Mantica d. 14. tit. 46. de tacitis num. 22.* & propriè in nostra donatione inter viuos, cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte sine filijs, & per duas horas ante, *Gratian. d. tom.5. cap.856. Reg. Marcian. dict. disp.12. num.22. Salgad. dict. cap.20. num.51. Oldrad. cons. 139. Alexand. cons.83. lib.2. De Fraue. decis. 213. vbi addentes, de Ponte cons.39. Io. Baptista Costa de retrotractione cap.10.n.9. Antonius de Amat. 1.tom.resol. 26.n.8.9.et 10.* & refert decisum in causa D. Beatricis Vrsinæ, *Reg. Galeot. lib. 1. controu. 26.* licet contra allegata per ipsum, quantumuis esset casus fortior acquisitionis dominij, & non hypothecæ.

56 Qua de re, cum in nostra facti specie, donatio fuerit facta à q. D. Francisco *ex nunc pro tunc sequuta eius morte absq; filijs, et descendentibus ex eius corpore, et ipsis descendentibus deinde deficientibus in pupillari ætate, vel ab intestato quandocumque in præambula hora suæ mortis, et per duas horas ante, et è contra* cum Regio assensu validè expedito, in tempore, quo D. Franciscus habebat successores, ex tunc contractus fuit perfectus, neque fuit dilata, nisi executio; & propterea Ill. Duci Mirandæ Hæredi Donatarij, super feudis, & si deuolutis de ducatis viginti mille donatis absque vlla animi hæsitatione satisfaciendum forè speramus.

Vincentius Raetanus.

IVRIS
RESPONSVM
PRO
Regio Fisco.

CONTRA

Ill. Ducem Mirandæ.

57 INter prætensos Creditores, super Feudis Montis Aquilæ, & Roccæ Rauinolæ iam deuolutis, & incorporatis Regiæ Curiæ per mortem D. Francisci Caraccioli absq; legitimo successore,

cessore, comparuit Ill. Dux Mirandæ Don Franciscus Caracciolus hæres Iulij eius fratris, magni nominis I.C morum suauitate, ac dicendi facundia nemini secundus, qui vigore cuiusdam assertæ donationis duc. 20.m. cum Regio assensu, prætendit locum in graduatione, vt retulit act. fol.71. 2.vol.

58 Fundamentum huius prætensionis fuit, nam legitur sub die 10.Octobris 1641. eundem D.Franciscum donasse irreuocabiliter inter viuos duc.20.m. dicto Iulio, his verbis, fol.60. 1.volum.

Ob amorem quem se gerere dixit erga D. Iulium Caracciolum V.I.D. eius Fratrem Consobrinum, & in recompensam, & remunerationem nonnullorum assiduorum beneficiorum ab eo acceptorum, deliberasse, & disposuisse in acie eius mentis, ex nunc pro tunc sequuta morte ipsius D.Francisci absque filijs, & descendentibus ex eius corpore, & ipsis descendentibus deinde deficientibus in pupillari etate, vel ab intestato quandocumque, et per duas horas ante, & è contra donare donationis titulo irreuocabiliter inter viuos, cedere, et renunciare supradicto D.Iulio eius fratri prò se, eiusque hæredibus, et successoribus quibuscumque in perpetuum duc.20.m. de Carolenis super omnibus, et singulis eius bonis, introitibus, et iuribus quibuscumque burgensaticis, et feudalibus præsentibus, et futuris ad electionem dicti Domini Iulij.

Et in dispositiua, donauit sub eadem structura verborum, & conditione, dicto fol.60. ater. 1.vol.

Super hac donatione, supponitur etiam Reg. assensus impetratus, sub die 12. eiusdem mensis Octobris 1641. fol.71. t.vol.

59 Verum quia idem D. Franciscus donans, maturæ etatis, infirmus, & desperatus de prole, non habebat legitimum successorem in feudalibus, vel de hoc valdè dubitabat, habebat enim Hectorem Patrem decrepitum, & Chaterinam Caracciolam Amitam eiusdem ætatis, in precibus prò assensu exposuit habere successorem, verum nomen successoris non expressit, sed in albo reliquit dict.fol.71. ter. & in assensu adfuit solita clausula, *Quo ad bona in quibus habet successores* fol.73.

60 At quia donatio suprapositia non habuit alium finem, quam fraudandi R.Curiam, ex quo donans carebat successore in feudalibus.

Sub die 5.Iunij 1642. Idem donator, conscientia motus, absolutus à iuramento, donationem reuocauit fol.45. 2.vol. Et asseruit donationem factam in præiudicium tam sui successoris, quam feudi, & asseruit illam reuocare, vt tuta conscientia viueret d.fol.45. Addens habuisse votum, & consultationem Theologorum, donationem non potuisse fieri in conscientia, illamq; fuisse præiudicialem, non tantum eius conscientiæ, sed feudo fol.64.

Decessit deinde dictus Hector Pater, & Chaterina Caracciolo Amita donantis, ac demum anno 1652. obijt dictus D. Franciscus donans absque filijs, vel alio successore in feudalibus; Ex quo feuda fuerunt deuoluta R.C. vt supra positum est.

61 Et ex hoc putans dictus hæres donatarij, purificatam conditionem, mortis scilicet donatoris absque filijs, petijt duc.20.m. donatos, super quo, impartito per R.C. termino, illoque iamdiu compilato, certè nescio videre quo iure possit hæc prætensio fulciri; sufficere enim posset parti aduersæ donationis reuocatio, quæ donationis causam, fraudemque expressè declarauit, quando aliter reuocatio donationis conditionalis, etiam circumscripta fraude, & scrupulo donantis, est permissa pendente conditione *Menoch. cons.388. n.34. & seqq. Tellus Fernandez in l.17.Taur.n.29.in fin. vers. Et cum hac opinio, & alij penes* D.Ioannem del Castillo, *controuers. Iuris lib 5. cap.119. sub nu. 31. part. poster.* licet ipse recedat ab hac sententia, & *cap.109.n.20.lib.5.p.1.*

62 Sed dicetur, parum de scrupulo donantis curandum, parum de reuocatione, nec dari donationis, licet conditionalis, reuocationem iuxta sententiam D.Ioannis del Castillo, & donationem, præfatam licet ad tempus mortis collatam, non causa mortis, sed irreuocabiliter inter viuos celebratam, quæ statim effectum habuit quo ad obligationem, licet quantum ad exactionem, seu ad executionem differri debuisset ad tempus mortis ex solemni *cons. Oltradi 139. in princip.* & ex traditis per *D. Præsidem de Franch. dec.213.* Dicetur etiam, tempore contractus donatorem habuisse successorem in feudalibus Patrem, & Amitam, & merito purificata conditione per donatoris obitum absque filijs, stante assensu debere satisfieri summam donatam.

63 Sed vana satis est hæc prætensio; Nam donatio suprapositia non fuit pura, quæ alterationem non admisisset, *l.perfect.4.C.de donat. quæ sub modo*, nec purè concepta quo ad dispositionem, cuius effectus ad tempus mortis fuisset dilatatus; sed fuit conditionalis, nempè sequuta morte donantis absque filijs; Cumque conditio duplex sit, Suspensiua, & Resolutiua, vt post antiquos fundatur *Menoch.d.conf.388.n.15. D.Ioannes del Castillo d.cap.109.in princip. lib.5. controuers.* Suspensiua illa, quæ respicit contractus perfectionem: Resolutiua, quæ respicit di-

sceſſum à contractu, quem prò perfecto habent contrahentes; Item ſuſpenſiua illa, quæ apponitur ſubſtantiæ actus, Reſolutiua, quæ adijcitur illius reſolutioni, *Menoch. vbi ſup. n.17.* & ex innumeris de more *Don Ioannes del Caſtillo d.cap.109.nu.4. & 5.* Suſpenſiua vero, quæ in futurum confertur, ita actum ſuſpendit, vt ſine vllo effectu penitus maneat, antequam exiſtat ipſa conditio, quæ diſpoſitionis effectum in aliquem futurum euentum contulit, *l. ſi quis ſub conditione dandorum 18. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*; Vnde conſuetum eſt dici, quod conditio nihil ponit in eſſe, ſiuè illa ſit caſualis, ſiuè poteſtatiua, ſiuè mixta, vt ex innumeris rectè poſuit *D.Io.del Caſtillo d.cap. 109.n.21.* qui, etiam *c.119. lib.5. par. poſterior. nu.3.* fundauit conditione pendente nullum ius eſſe parti adquiſitum, & ceſſare omnem obligationem; & taliter conditio ſuſpenſiua ſuſpendit actum, vt ſine vllo effectu penitus maneat, ante quàm conditio ipſa exiſtat, *Menoch.d.conſ.388.n.15. & 20.* & illa pendente non eſt translatum dominium in donatarium, *l. qui abſenti 38. §.1. ff. de acquir. poſſeſſ. Tiraquel. in tract. conſanguineorum §.1 gloſ.2.nu.32. Menoch.d.conſ.388. n.15.* Imo illa pendente actus dicitur informis, eiuſque effectus pendet ab exiſtentia conditionis *Galganetus de conditionib. & demonſtrationib. p.1. cap.7. n.8. & ſeqq. D.Io. del Caſtillo d.cap.119. ſub n.7.* & quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione; idem *D.Io. del Caſtillo lib 4. cap.55. num.13.* imo conditione ſuſpenſiua pendente nihil actum dicitur *D.Reg.de Ponte conſ.134. n.17. lib.2.* illaque deficiente deficit ipſo iure omnis diſpoſitio, tam inter viuos, quam in vltima voluntate *Caſanat.conſ.2. n.28. & 29. D.Io. del Caſtillo d.cap.119. n.5.* vnde cum ſuſpenſiuæ conditionis euentus, mors ſcilicet donatoris, eſſet neceſsario expectandus, & interim donatio ſine vllo effectu remanſerat, & dicebatur informis, & nihil donatum, nihil actum interim erat dicendum; Profectò ſuprapoſita donatio, non pertinet ad illas, quæ inter viuos purè, & ſimpliciter fiūt, illarum tamen effectus, & exequutio dilatuntur ad tempus mortis, de quibus per *Oldradum, & D.Praſ.de Franch. vbi ſup.* ſed remanſit in puris terminis conditionalis diſpoſitionis; quodque conditionalis fuerit, ob conditionem non exiſtentiæ liberorum tempore mortis, licet ſit ſatis euidens, & palpabile, attamen hoc in puncto tradiderunt *Oltradus d.conſ.139. ſub n.1.* vbi fundauit donationem in caſu non exiſtentię liberorum eſſe conditionalem, & proinde natiuitatem obligationis ſuſpendere, *Menoch. d. conſ.388. n.25.* vbi idem poſuit.

64 Ex quo fit vt cum tempore mortis donantis abſque filijs, & ſic purificatę conditionis, donans ipſe per obitum Patris, & Amitæ, careret ſucceſsore in feudalibus, profectò donatio ineſſicax, & nulla remanſit, & conſequenter defecit Aſſenſus etiam ex clauſola in illo expreſsa; Quoad bona in quibus habet ſucceſſorem; nam ad validitatem contractus conditionalis, tempus euenientis conditionis ſemper inſpicitur *Zaſius in l. ſi filius fam.78. ff. de verb.oblig.* & in donationibus tempus conditionis ſpectandum docuit *Gottofredus in eadem l. ſi filius fam. litt. I. ex textu* qui eſt expreſsus *in l.2. §. ſi pecuniam ff. de donationibus*; & quando aliquid eſt conceſsum ſub conditione, non inſpicitur tempus conceſſionis, ſed conditionis exiſtentis, vt in terminis terminantibus in diſpoſitione feudorum conditionali, pro abſoluto poſuit *D.Regens Rou. in prag. 4. de feudis n.43. ex Gloſa magna in Extrauaganti Antiquorum de pænitentijs, & remiſsionibus, in communibus, verbo confitebuntur col. 3. in fine, & ex textu in l. cum qui 103. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. non oportet 54. ff. de leg.2.*

65 Nec retrotractio poteſt prætendi in hoc caſu à tempore mortis, ad tempus donationis, ex illa clauſula, ex nunc pro tunc ſequuta morte abſque filijs, cuius clauſulæ effectus, & virtus, facit actum ab initio eſſe perfectum, & vt tempus præſens trahatur ad futurum, & futurum ad præſens, *D. Regens de Ponte conſ.131. n.5. lib.2.* nam hoc procedit, quando in medio non adeſt aliquod impedimentum, vt ibidem ſubdit d. *D.Reg.de Ponte*, nam quando extrema non ſunt habilia, non datur retrotractio *Ioannes Crotus in l. ſi is, qui pro emptore nu.137. ff. de vſucap. verſ. 3. fallit,* vbi hæc poſuit *tertio fallit, quādo deficit habilitas extremorum tempore exiſtētis cōditionis ex parte rei deducta in contractum, vel ex parte perſona contrahentis, nam nec iſto caſu conditio exiſtens in contractibus trahitur retro ad tempus celebrati contractus, l. quoties in fine ff. de nouat. & illum textum ibidem ad hoc proderat Bart. in vlt. notabili.*

66 Et regulare eſt non dari retrotractionem niſi concurrat habilitas duorum extremorum, nempè temporis à quo incipit, & temporis ad quem refertur fictio & retrotractio *d. l. quoties, 14 ff. de nouat. l. poſtquam 5. ff. vt legatorum nomine caueatur l. Titius 4. ff. quæ res pignori, l. neceſſario 8. §. planè ſi pendente, ff. de periculo, & comodo rei venditæ, Iaſon l. ſi is, qui pro emptore num.107. & 340. ff. de vſucap. & ex alijs rectè hoc fundauit Io. Baptiſta Coſta in tractatu de retrotractionibus cap.*

7.

7. in princip. qui ponit exemplum, si velimus producere cordulam ab vno capite scalarum, ad aliud caput, necesse est ipsam cordulam forè extensam sine obstaculo, & absque impedimento, vt vtrumque caput complectatur, seruiendo intentioni vtentis cordula; nam illud extremum, à quò, debet esse tale, quod actus ille, qui retrotrahitur, possit tunc inchoari, aliàs non concederetur retrotractio, *Bart. in d. l. necessario §. plane si pendēte ff. de periculo, & comodo rei vendita, Gabriel cons.* 109. *n.* 12. *col.* 2. vnde conditione pendente, superueniens impedimentum reddit repente inhabile extremum, a quo, quare impeditur coniunctio extremorum, *Dec. in l. omnia* 153. *ff. de regulis iuris, & cons.* 247. nam retrotractio admittitur, quando omnia sunt in eodem statu, desinit autem mutatis rebus, *Menoch. cons.* 496. *num.* 34. *&* 35. *lib.* 10. & actus intermedius extraneus fictionem impedit, *Monterus decis. Aragon.* 50. *num.* 21. vt hæc omnia rectè posuit *Io: Baptista Costa vbi suprà num.* 1. *ad* 4.

67 Et indubitatū est, a tempore donationis, ad tempus mortis in præsenti casu, extrema nō fuisse habilia; adfuit superueniens impedimentum, res non erat in eodem statu, imo omnino, mutatus erat status rerum per mortem scilicet Patris, & Amitæ donantis, vnde cum tempore donationis prætendi potuisset, sed non iure, vt infra dicetur, donatorem habuisse successorem in feudalibus Patrem, & Amitam, qui defecerant tempore mortis donantis, nullo modo potest prætēdi retrotractio ad tempus donationis.

68 His accedat donationem fuisse collatam ad tempus mortis absque filijs, quod fuit inhabile ex defectu successoris in feudis, & idem est fieri aliquid tēpore prohibito, & inhabili, vel conferri ad tēpus inhabile, & prohibitum *l. quod sponsę* 4. *C. de donat. ante nuptias l. Stichus seruus meus* 39. *ff. de manumissis testamento, Decius in l. eum, qui n.* 4. *ff. de Iurisdict. omnium iudicum Crauetta cons.* 175. *num.* 8. *Tiraquell de iure constituti part.* 3. *limitat.* 2. *num.* 3. *& seqq. Mascar. de probationibus conclusione* 1076. *num.* 1.

69 Et punctus hic, ferè in terminis terminantibus decisus fuit per R. C. in Collaterali Consilio, in causa Regij Fisci, prætendentis successionem in bonis feudalibus Alphonsi Caraccioli Comitis Burgentiæ, qui decesserat absque filijs, cum Iacobo Caracciolo, Comitis nepote, qui prætendebat feuda ad ipsum spectare, ex quo Comes Patruus præcedente Assensu in codicillis illa reliquerat ipsi Iacobo; at quia Assensus fuerat concessus per Dom. tunc Proregem dicto Comiti, vt disponere potuisset in beneficium Nepotum ex Fratre, tempore quo viuebat Frater, qui ex Constitutione Regni, *vt de success.* erat legitimus successor (non etenim tunc temporis erant concessæ Gratiæ, & ampliatus Gradus in successionibus) & tempore dispositionis prędecesserat Frater, & sic Comes carebat successore, remansit nulla dispositio, & nullus Assensus, & causa fuit decisa in fauorem Regij Fisci, *D. Reg Reuerterus dec.* 407. iuxta compilationem Dom. Regentis de Marinis, vbi optima illius obseruatio, quam decisionem allegat *D. Reg. Rouitus in pragm.* 4. *de feudis sub n.* 39.

70 Adstipulatur supra positis verissima illa conclusio, Assensum concessum, alienandi Feudum Titio, si Feudatarius diu steterit in facienda alienatione, ita quod tempore Assensus habeat successorem, tempore verò alienationis illo careat, nulla est alienatio, & non prodest Assensus, *D. Reg. de Ponte de potestate Proregis de refutationibus feudorum tit.* 8. *§.* 4. *num.* 19. *ad* 24. vbi constantissimè scripsit, hoc esse verissimum, *Dom. Reg. Capyc. latro decis.* 43. *num.* 14. *lib.* 1. quia Assensus intelligitur præstitus, Rebus in eodem statu permanentibus, ex *tex. in l. cum quis* 38. *ff. de solutionibus, & in cap. sugestum extra de decimis, Isernia in cap.* 1 *§. mutus, Episcopū, vel Abbatem sub num.* 5. *& in cap.* 1. *§. huius autem generis, sub n* 9. *ex quibus causis feudum amittatur*, imò Assensus semper intelligitur præstitus, si feudatarius in eodem statu, & habilitate permanserit, *Isernia in cap.* 1. *§. prętereа si vasallus sub n* 13. post versiculum *Audiui Iudicatum, qua sit prima causa beneficij amittendi.*

71 Cumque Assensus non possit præstari per Dom. Proreges illis qui carent successore, propterea licet tempore Assensus adsit successor, si tamen ille deficiat tempore alienationis, res reducitur ad casum, a quo incipere non potest, & consequenter vitiatur actus, *l. generaliter* 24. *ff. de fideicommiss. libertat. Afflict. in cap. vnico, an Mutus, vel aliter imperfectus sub n* 7. & Assensus tali casu non fuisset pręstitus, nec adfuit intentio illum concedendi hoc casu, & tempore quo alienans non habet successorem, *& merito*, re in eodem statu non permanente, Assensus non prodest, fieret enim priuilegium omninò iniquum, dum Dominus Rex veniret priuandus deuolutione, quod non cogitauit, qui Assensum præstitit tempore habili, quando scilicet Feudatarius habebat successorem, nec Assensus extenditur ad incogitata, & dum reduceretur ad iniquitatem, non potest quis ex eo iuuari, vt rectè ex *Isernia* hæc omnia fundauit *Dom. Reg. de*

Ponte ubi sup. n. 21. 22. & 23. ergo assensus præstitus super proposita conditionali donatione, tempore quo tunc temporis colorari poterat successor in feudis, minimè operari poterit purificata conditione, quando tunc nullus prorsus excogitari poterat successor donantis.

72 Secundò, principaliter dico, quod & si superuixissent Pater, & Amita donantis tempore eius mortis, adhuc Assensus super donatione præstitus remansisset nullus, & inualidus; dum enim per Regiam Pragmaticam 4. de feudis in 2. capite prohibetur Assensus DD. Proregibus super alienationibus, quæ fiunt per Feudatarios non habentes successores, benè tamen est permissum, & sufficit si Feudatarius alienans vnū tantùm successorem habeat, licet iste possit mori, *Marcellus Maurus alleg. 16. & alleg. 17. num. 1. & 2.* sed tamen omninò necessarium est, quod iste vnicus successor sit habilis, & non desperatus de prole, licet enim *Dom. Regens Rouitus in pragm. 4 de feudis num. 18. ad 39.* vti Aduocatus Ioannis Simeonis Moccia eius carissimi compatris, vt testatur *Dom. Regens de Marin. t. 10. resol. cap. 21. sub num. 3.* ingeniosè conatus fuerit probare, sufficere quod adsit successor, licet iste sit desperatus de prole, allegando pro hac sententia *P. Molf. super consuet. to. 1. p. 3. tit. de success. ex testamento q. 1. n. 19. & seqq.* qui pro hac sententia, nec validam rationem, nec Doctorem allegat; attamen hæc *D. R. Rouiti* opinio non est vera; & *D. R. de Ponte*, quem ipse impugnat, *de potest. Proreg. de Assensibus Regijs tit. 7. §. 3. n. 11. cum plurib. seqq.* per veros iuris tramites fundauit, R. Pragmaticæ prohibitionem, locum sibi vindicare, etiam quando alienans habet successorem valdè senem, & de filijs desperatum, quia militat eadem ratio, & spes proximæ deuolutionis, & paria sunt non habere successorem, vel illum habere inhabilem, quoad effectum deuolutionis, & vt docuit *Andr. in cap. 1. §. præterea si vasallus sub nu. 13. quæ sit prima causa beneficij amittendi*, paria sunt non esse, & inhabilem esse *l. 1. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine*, quod etiam probauit *D. R. de Ponte cons. 44. n. 28. vol. 2. & de potestate Proreg. vbi supra d. tit. 7. §. 3. n. 11. & sub n. 28.* refert decisionem R. Cameræ in Coll. Consilio in causa Fabritij Stendardi olim Domini Casalis Sancti Antimi cum R Fisco, in qua fuit declaratum, non potuisse per Dominum Proregem præstari Assensum super venditione dicti Casalis, quia successor erat valdè senex, & de filijs desperatus, & *D. R. de Ponte*, sequuntur *Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 6. n. 63. doctissimus D. Reg. Tap. March. Belmontis lib. 6 Iuris Regni tit. 22. de prohibita feud. alien.* in Prag. *Recognoscimus 4 de feudis sub vers. certo, & legitimo successori. num. 31.* vbi hæc posuit; *intellige etiam istam prag. habere locum ne dum in eo, qui success. non habet, sed etiam in eo, qui habet success. valde senem desperatum de Prole, vel aliàs inutilem, ita declarat D. Reg de Ponte, et ex his fuit denegatus assensus in Sup. Italiæ Senatu cuidam Patritio Neapol.* & nouissimè *Dom. Cons. Staib. 1. tom. resol. forens. cap. 33. n. 21. & 22.* & non esse præstandum Assensum feudatario alienare volenti, si habeat successorem senem, & de prole desperatum, optimè probauit, & refert fuisse de mente R. Cameræ in causa Baronis Latronici, *D. Reg. Reuert. dec 99.* secundum compilationem *D. Reg de Marinis*, licet pro Barone satis piè scripsisset *Marcel. Maur. alleg. 16. & 17.*

73 Ex quibus, cū pro hac sententia nedū stent irrefragabiles rationes positæ per *Dom. Reg. de Ponte*, sed decisio R. Cameræ in Collaterali Cons. & Suprem. Italiæ Senatu, non erit fas ab ea discedere, absque temeritatis nota.

Deficit ergo vndequaque prætensum creditū Ill. Ducis Mirandæ, & proinde omnino absoluendum R. Fiscum credo sub censura &c. Neap. die 4. Ianuarij 1670.

Antonius Florillus Reg. Consiliarius Regalis Patrimonij Aduocatus.

74 In qua causa deuolutionis Terræ *Montis Aquilæ, Roccæ Raynolæ*, & feudi *Vallis Porcini*, in eo, quod spectat ad validitatem, ac subsistentiam creditorum, Regiorumq; Assensuum super illis, ac tam respectu præcessionis nouæ taxæ pro adoba facienda sempore venditionis, quàm aliarum prætensionum Regij Fisci anno 1672. fuit admissa transactio in ducatis quatuor mille pro omnibus, Regiæ Curiæ soluendis, licet contradicente *Dom. Præsid. Antonio Florillo*, tunc Fisci patrono, ac deindè dignis. Regente, vt ex rescripto S. E. præcedente Consultatione Regiæ Cameræ sub die 23. Nouemb. dicti anni, decretoque R.C. ad relationem *Dom. Præsid. Io: Dominicì Astuti* sub die 26. Nouembris, ordinante executionem ordinis S.E. *fol 520. in Actis 3. vol. creditor. qu. D. Francisci Caraccioli de Monte Aquila*, in banca *Act. Iosephi Galise*.

AD

AD QVAEST. II.

Assensus,an sit necessarius super compromisso rei feudalis,& assensus præstitus super laudo,an sit sufficiens, quando deficit super compromisso,ne bona alienata deuoluantur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Assensus præstitus supèr laudo, an sit sufficiens,quando deficit super compromisso de re feudali? Memoratur celebris controuersia superioris seculo agitata, ac definita inter Ill.Principem Sulmonis, *cum eius Vniuersitate,à n.1. ad 4.*

Compromissum supèr feudo,an sine assensu fieri possit, n.5. & 6. Declaratur à n.7.ad 10.

Compromissum, an fieri valeat in Tribunalia, vel Regios Officiales, n.11.

Laudum, nùm validè proferri possit per Arbitros prævio Regio assensu,quamuis super compromisso non fuerit impetratus? Negatiuè cum Dom.Reg. *hic defenditur, aduersùs* R. de Marin. *à n.12. ad 17. & refertur praxis* R.Coll.Conf.*n.18.*

Assensus, quid operetur in actu, cui accedit, n.15.

Et an requiratur in contractu cum Regia Curia,vel Domino, siuè cum eius voluntate inito, puta in matrimonio contracto, vt censeatur præstitus respectu dotium, n.19.& 20.

1 Illustris fuit controuersia superiori seculo exagitata in causa *Ill. Principis Salmonis*,cum Vniuersitate eiusdem Ciuitatis; Etenim supèr differentijs inter eos subortis diffinitiuo prolato laudo per celebres Viros,nempè *Marinum Freccia, Marcum Antonium Floccarum, & Io. Felicem Scalaleonem*, teste *R. de Ponte conf.52.n.16.lib.2.* cum de illius exequutione tractaretur, instabat Vniuersitas, nullum declarari, ex quo in compromisso inter partes ipsas stipulato,cum de rebus feudalibus ageretur, Regius non interuenerat assen-

2 sus,quamuis demùm super laudo impetratus appareret; Pro *Ill. Principe* patrocinati fuere illius temporis præstantissimi Aduocati,consulentes pro validitate laudi *Marcus Anton. Floccarus,Fabius Marchesius,Ioannes Baptista Franco, & Io. Franciscus de Ponte*, vt testatur *Reg.de Marin. lib.1. resol. cap.67. n.7.* Pro Vniuersitate doctissimi quoq; Viti calamum arripuere, nempè *Syluester Anselmus,Petrus Paulus Theodorus, Octauius Niger, & Bartholomeus Baldinus*, vt memorat *Conf.Petra super Rit.M.C.50. n.11. in final. verbis tom.1.*

3 Et per Reg. Cameram in Collaterali Consilio die 17. Februarij 1570. fuit iudicatum, laudum prædictum fuisse nullum ex inualiditate compromissi, in qua causa suffragia dederunt suasq;compilauere decisiones noster *Author* hic, & *Reg. Reuert. in dec.361.*

4 De duobus autem articulis in hac quæstione dubitatum fuisse, tradit noster *Author*; Primò, *an posset fieri compromissum de re feudali sine assensu*: Secundò, *vtrùm assensus præstitus supèr laudo, sit sufficiens, quando deficit supèr compromisso?*

5 Et quidem de Iure communi feudorum non modica est difficultas,an compromissum super feudo absque assensu fieri poterat? Siquidem,illud fieri posse, ad *text. in c.1. §.1. de lege Corradi*, nonnulli tenuerunt, præsertim *Reg.de Marin. lib.1. resol.cap.67.* vbi *Rodoer.in add. n.10.* Contrarium verò post *Isern.*aliosq; tradunt *Capyc. in inuest.feud. ver. feudorum cōpromissa, Censal.ad Peregr. de fideicomm.art.*

40. *vers. Obseruo tamen, Borrell. in sũma decis. p. 1. tit. 63. de compromiss. nu. 111. Valeron. de transact. tit. 4. q. 2. ex n. 4. 14. & 17. P. Stephan. à S. Gregorio de Neap. de pracip. iur. & iust. par. lib. 2. cap. 59. de contract. feud. n. 9. Laratha in Theatr. feud. p. 12. dilucid. 80. Io. Bapt. Mucci var. qq. forens. dilucid. q. 38. n. 28. & seq.* per *tex. in c. Imperialem in fine,* vbi dicitur, vt nulla alienatio valeat sine consensu domini, & ibi nil de arbirrio limitatũ reperitur, & tanquàm lex posterior corrigit præcedentem, nempè *d. c. 1. §. 1. de lege Corradi*, prout ratiocinatur *Isernia in d. c. 1. vers. Hodiè putamus.*

6 Verùm dè iure nostri Regni sine dubio procedere liquet per *Const. Regni, Constitutionem Diuæ memoriæ*, & *Pragm. 1. de arbitris*, cum per dictas leges super feudis fieri compromissa prohibeatur, ac pluries in S.C. refert iudicatum, *Frecc. lib. 2. de subf. auth. 1. n. 88.* & sic decisum paritèr testatur, ac fundat *Author* noster *hìc à n. 4. ad 21.* & sequuntur *R. Rouit. & Nouar. in d. Pragm. Borrell. de compromiss. §. 2. gl. 1. n. 127. & §. 3. gl. 4. n. 94. Bilotta concl. feud. 67. n. 2. Reg. Capyc. latr. dec. 33.* vbi *Add. Danza de pugna DD. tom. 3 tit. de arbitris cap. 7. Cons. Staib. lib. 1. resol. 57. n. 39. & 40. Cons. Petra rit. 30. num. 8. & 12. Consil. Altimar. in obser. ad Reg. Rou. lib. 3. cons. 58. num. 5. & to. 1. de nullit. rub. 9. quæst. 16. n. 27.* Imò sicut non potest vasallus dare dilationem ad revendendum feudum sine assensu, ità nequit prorogare terminum, vel compromissum, secundum *Frecc. de subfeud. lib. 2. in 17. quæst. num. 2.*

Ratio est, quia feudum absque assensu Domini alienari non potest, *cap. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Frider.* & compromissum est species alienationis, *Borrell. de compromiss. §. 1. glos. 3. num. 57. & 58.*

7 Similitèr neque fieri potest compromissum super petitione paragij, & vitæ militiæ super feudo, *Afflict. decis. 43. & 138. Minad. decis. 3. num. 2. Reg Capyc. latro d. decis. 33. nu. 10. Gallup. in praxi S.C. par. 1. cap. 3. num. 35. Cons. de Rosa consult. 58. num. 8. & 9. lib. 1.* & iuxtà suam opinionem ipsomet referente anno 1660. per S. C. decisum fuit in causa *Ill. Ducis Adriæ* cum *Ill. Ducissa Laurenzanæ*, vt ambarum partium rationes referendo testatur *Cons. Petra super rit. 50. n. 10.* necnon *Pasqualin. in different. feud. inter Sicul. & Neap. tit. de diff. dispon. inter viuos num. 93.*

8 Secùs si esset lis supèr quantitate vitæ, & militiæ, nam tũc non tangitur corpus feudi per compromissum, cum hæc taxatio respiciat fructus feudi, qui sunt allodiales, *Cons. Anna cons. 75. Reg. Galeota contr. 63. n. 56. lib. 1. Capan. de Vita, & Milit. quæst. 43. Consil. Rocc. resp. 51. lib. 2.* post alios *Consil. Altimar. in obs. ad cit. cons. 58. num. 11. 12. & 13. Mucci var. qq. forens. 38.*

9 Et sic Regius assensus non requiritur in compromisso, vbi quæstio de re feudali non esset quæstio iuris, sed facti, *Borrell. de compromiss. §. 3. glos. 1. num. 139. cum seq. Reg. Capyc. latro dec. 33. num. 9. Cons. Rocc. resp. 51. num. 1. lib. 2.*

10 Vel vbi compromissum fieret in personam Regis, ob cuius mortem transit in successorem; Sic etiam, *vbi* fieret in Proregem, vel in S.R.C. vel M. C. in vniuersum, non autem in particulares Iudices, *Bilotta d. concl. 67. num. 3.*

11 Sed hodiè compromissum non potest fieri in Tribunalia, ex nouissimis ordinationibus, teste *Reg. Rouit. decis. 95. num. 19.* Et in Officiales Regios est prohibitum per *Prag. 7. §. 3. de offic. Iudic. & prag. 6. §. 1. de triges. Reg. Rouit. in pragm. 1. de arbitr. num. 30. Consil. Petra super Rit. 11. num. 2.* vbi asserunt fieri posse, si Rex, aut Prorex assentiatur, sed aduertendum est, quod Proregi ablata videtur hæc potestas, ex *d. pragm. 6. §. 1.* ibi: *y que no puedan dispensar en esto mis Virre-*

yes

tes, sino que en los casos, que fuere necessario, ò conuenga, que aya Arbitros, se heche en mano de letrados que no sean Consejeros, ni Ministros Togados.

Et sic cum esset cuiusdam Causæ Commissarius *Reg. Consil. Erasmus de Ponte*, partes conuenerunt, vt ipse solus illam decideret, & speciale rescriptū ad hoc Prorege obtinuerunt, ipse verò qua præditus erat prudētia, noluit hac potestate vti, ob *literas* Catholicæ Maiestatis id prohibentes, ne tamen videretur partibus id postulantibus, ac Proregi hoc præcipienti pertinacitèr obsistere, protulit decretum vti Causæ Commissarius ordinarius, teste *Cons. de Rosa consult. 38. in fine lib. 1.*

12 Ad secundum verò dubium, nùm scilicet proferri possit laudum per Arbitros, quamuis supèr compromisso non fuerit impetratus assensus, & sat esset, si ille postmodùm impetretur super laudo?

Author noster *hic à n. 34. vsque ad* 43. fundat, quod assensus præstitus super laudo non tolleret defectum assensus in compromisso, & proindè laudum fuisse nullum iudicatum refert, & habetur quoque *in dec. Reg. Reuert. 361.*

13 At *Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resolut. cap. 67.* tuetur assensum posse validè expediri super laudo, quamuis supèr compromisso nullus fuisset anteà impetratus; & contrà nostrum Authorem his verbis concludit: *Et ità constantèr teneo, quidquid in contrarium per Reg. Cam. de anno 1570. 27. Febr. facta relatione in Coll. Consil. decisum referat Reg. Moles in suis decisionibus manuscriptis decis. 163.* cumq; sequuntur *Rodoer. ibi in add. num. 12. & Io. Bapt. Mucci quæst. forens. dilucid. q. 38. num. 26.*

14 Verùm pace tanti viri, eius opinio communi Nostratum traditioni, rerumque iudicatarum authoritati aduersatur; cum enim compromissum de re feudali sit nullum absque Regio assensu vt suprà, atque laudum sit sequela compromissi, vt nostri dicunt, siuè effectus compromissi, vt ait *Bart. cons. 159. lib. 1.* quem post alios sequitur *Vrceol. de transact. quæst. 3. num. 3.* si latum sit ab ijs, qui nullam habeant iurisdictionem arbitrandi; sequitur proindè, vt nullum sit ipso iure, ac minimè possit per superuenientem assensum confirmari, vt rectè docet *Io. Vinc. de Anna in repet. d. Cōst. Cōstitutionē D. M. n. 289.* vbi etiam de hac causa Vniuersitatis *Sulmonis* memor fuit; vnde *Afflict. decis. 285. num. 16.* testatur nos hoc iure vti, dum ait: *Super compromisso de re feudali debet interuenire Regius assensus, & non super laudo, & hoc iure vtimur, quia laudum descendit ex compromisso, & est exequutio compromissi.*

15 Assensus namque nil aliud agit, quàm remouere obstaculum, quod oritur ex prohibitione Regis, at non ideò dat vllam validitatem actui, qui alioquin fuisset nullus, *Præs. de Frāchis decis. 301. num. 11. Reg. de Ponte cons. 36. num. 9. vol. 1.* quos post alios sequitur *Reg. Capyc. latro decis. 19. n. 2. & 3. & decis. 43. sub num. 11. & 12. lib. 1.* idem noster *Author* infrà *in §. 24. de deman. quæst. 7. num. 12. & 13.* prout nullum fuisset laudum, si à non habente potestatem fuisset prolatum, noster *Author hic num. 42.* Probata autem nullitate compromissi, inde resultat nullitas etiam laudi, illius vigore promulgati, *Camill. Borrell. de compromiss. §. 3. gl. 4. num. 91. Rota decis. 646. num. 1. par. 4. tom. 3. recent. & decis. 18. nu. 14. post tract. de transact. Vrceoli.*

16 Quam sententiam optimè probat *Reg. de Ponte cons. 52. to. 2.* qui ita respondit in causa *D. Ferdinandi Gonzagha*, cum Regio Fisco, cumque sequuntur *Monac. ad Minad. decis. 3. Cons. Staiban. d. resol. 57. n. 40. Thor. in comp. decis. par. 1. verb. assensus super laudo fol. 46. Gizz. ad Reg. Capyc. latro dec. 33. num. 4.* & contrà *Reg. de Marinis*, nostri *Authoris decisionem* egregiè com-

comprobant *Dom. Conf. Petra supèr rit. M.C.* 50. *num.* 11. *& Dom. Conf. Altimar. in obser. ad Reuit. d. conf.* 58. *nu.* 29. *tom.* 3. & nos memorauimus quoque *in Fori feudal. Epitome assert.* 4. *pag.* 53.

17 Ex quibus firma remanet *Authoris* nostri decisio, & insimùl constat, nil è re esse, cur potiùs mouere nos debeat illorum Aduocatorum authoritas, qui in prædicta causa Principis Sulmonis pro validitate laudi respõderunt, vt se iactat *Reg. de Marin.*, quàm aliorum, qui pro Vniuersitate scripserunt, & authoritas longè maior Regię Cameræ, quæ facta relatione in Coll. Consilio, laudum illud nullum esse declarauit. Imò idem *Reg. Io: Franc. de Ponte* (quem tāquàm vnum, ex Principis Aduocatis, nominat ipse *Reg. de Marin.*) sententiam mutauit, & iustissimè decisum fuisse ait, vt constat ex *d. conf.* 52. *num.* 16. *tom.* 2. & ipsemet *Reg. de Marin. in obser. ad Reg. Reuert. d. decis.* 361. *num.* 1. *Authore* nostro relato, eius sententiam sequi videtur, contrà ea, quæ scripsit *lib.* 1. *resol. d. cap.* 67.

18 Vsque adeò verum est, vt scilicet assẽsus debeat impetrari supèr compromisso, & non supèr laudo, vt inoleuerit praxis in Regia Cancellaria concedendi assensum, cum clausula, *dummodò antè promulgationem laudi, fiat priùs relatio in Reg. Coll. Conf.* vt testatur *Bammacar. in cap. si Vasallus num.* 16. *si de feud. defunct. contr. fuer.* qui inquit, ità se pluriès vidisse seruati, *Reg. Loffred. in sua Paraphras. f. ud. fol.* 57. *vers. compromissum, Ioan. Vinc. Anna in repet. Constit. Constitutionem D. M. num.* 2. quod sectantur plurimi relati pèr *Conf. Petra super d. rit.* 50. *num.* 11. *vers. quod sanè, Consil. Altimar. in obs. ad Reg. Reuit. d. conf.* 58. *num.* 20. *tom* 3.

19 Annotandū denique censemus, quod sicut contrahens cū R. Curia, vel Domino, videtur contrahere cū R. assensu, cum assensus censeatur præstitus ad fauorem fisci, vt tradunt *Reg. Reu. decis.* 83. *num.* 21. *Reg. Lanar. in repet. feud. supèr cap.* 1. *de success. feud n.* 35. *& seq. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 8. §. 2. *num.* 7. *& seq. Reg. Galeot. controu.* 1. *num.* 27. *lib.* 1.

20 Sic pariter, si feudatarius contrahat matrimonium iussu Regis, vel ex eius voluntate, censetur præstitus assensus supèr eius bonis feudalibus ad fauorem vxoris pro cautela eius dotium, post *Isern. & Càmer.* noster *Author hic num.* 36. quem refert, & sequitur *Consil. Altimar. in nouis obseru. ad Reg. Rou. d. decis.* 83. *n.* 1. post *Conf. de Rosa consult.* 52. *num.* 14. licèt enim assensus sit stricti iuris, assumit tamen eandem naturam, quam habet actus ille, supèr quo interponitur, & hoc non per viam extensionis, sed comprehensionis, & ex mente concedentis, quoniam Dominus consentiendo cogitauit id, quod ius vùlt; Ideòque dum principale concessit, omnem necessariam sequelam etiam concessisse videtur, vt optimè post alios explicat *Reg. de Ponte conf.* 64. *lib.* 1. *& conf.* 58. *num.* 2. *lib.* 2. *Surd. dec.* 220. *& de aliment. tit.* 9. *q.* 31. *à nu.* 16. *Praes. Merlin. controu.* 60. *num.* 20. *cent.* 2. *Reg. Capyc. latro consult.* 29. *nu.* 28. *lib.* 1. *Conf. Pratus pract. obs. ru. cap.* 78. *Conf. de Rosa d. consult.* 52. *n.* 8. *& seqq. lib.* 1.

AD QVAEST. III.

Iura conditionalia qualitèr transeant in Fiscum in feudo.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Iura conditionalia, an per confiscationem bonorum transeant in Fiscū, n. 1. ad 4. Et refertur distinctio inter contractus, ac vltimas voluntates, num. 5. & 6.

Iura conditionalia in feudo, an transeant in Fiscum? Dilucidatur Dom. Reg. decisio in causa Matthæi Stendardi, Ius

num.7. et 8.

*Ius disponendi de aliqua quantitate in donatione, reseruata, an transeat in Fiscum, num.*9. *&* 10.

Et an ius adeundi hareditatem, num. 11. *&* 12.

1 SAtis quidem obscurus hic locus videtur propter quæstionis difficultatē, quę inuoluitur ab Interpretibus. Etenim pars negatiua, iura scilicet conditionalia in confiscatione non venire, haud ineptè suadetur, ex celebri *Iuly Pauli responso in l. si mandauero* 22. §. *is cuius D. mandati*, ibi: *Quidquid posteà acquiritur, non sequitur Fiscum*, & ex *Caio in l. eius qui* 8. §.1. *D. de testam.* facit etiam *textu in l. Statius Florus* §. *Cornelio Felici, de Iur. fisci*, secundum magis probatam lectionem, quam insinuat *D. Franc. Amaya lib.* 1.*obser. cap.*11.*num.*41. & rursùs *in l.certa forma* 4. *n.*33. *in fin. C.de iur. fisc.lib.*10.

2 Pro alia parte pugnant alia iura in *l.*2.*C.de bon.damn.* ibi: *Deportati, nec earum quidem rerum, quas post pœnam irrogatam habuerint, haredem habere possunt, sed & ha publicabuntur*; & in *l.si deportati* 7. *de leg.* 3. vbi *Vlpianus* ait: *Si deportati seruo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere dicendum est.*

3 Qua difficultate oppresi DD. in varias iuere sententias, vt testatur *Osuald. lib.* 17. *comment. ad Donell. cap.*4. *lit. G.* cum alijs, *Nicol.à Genua in lib.de conciliatione legum in antinomia d.l.*2.*C.de bonis proscript.fol.*156. sed priorem sententiam strenuosè tuetur *Praes. Merlin. contron.cent.*2. *c.*20. *per tot.* & latè pariter *Episc. Fermosin. alleg. fiscal. par.*1. *alleg.* 30. *per tot.*

4 Et sic, quia bona post publicationem acquisita non confiscatur vt suprà, huiusmodi quoque dicunt esse conditionalia, quando post publicationem impletur conditio, cum deberi incipiant, impleta conditione, vt tradunt *Angel. in tract. de malefic. ver. Et eius bona publicamus num.* 12. *Imola in l.quoties* 14. *num.*3. *D.de nouat.* vbi *Paulus num.*4. *Angel. num.*4. *Nellus de bannitis* 1.*par.secundi tempor. num.*31.*in to.*11. *tract.*18.*par.*1.*Plotus inter consf.crim.Ziletti tom.*1. *consf.* 130. *num.* 97. *D. Hieronym. Basilico decis. Sicul.*33. & benè explicat *Montan.de Regal. tit. bona committentium crimen lese Maiestatis num.* 9. *cum pluribus seqq.* quem sequitur *Bottilier. de success. feud. & vita milit.cap.* 3. *theor.* 110. *num.*29. *&* 30.

5 Alij quidam pro resolutione huius non leuis difficultatis, existimarunt respondendum per conclusiones distinctas vltimæ voluntatis, aut contractus, vt scilicet iura conditionalia in dispositionibus testamentarijs non transeant in Fiscum per confiscationem bonorum, quia ad hęredes transire non solent, *l.legata* 41. *D.de cond. & demonstr. l. vnic.* §. *sin autem C.de caduc. toll. Ant. Faber lib.* 15. *coniect. cap.*6.*&* 7. *Vela tom.*1.*dissert.*11. *n.*5. *Solorzan. tom.* 2. *de Iure Indiar.lib.*2. *cap.*11. *ex num.*46. proindè nec in fiscum; Prætereà cum implementum conditionis in vltimis voluntatibus non retrotrahatur, sed tempus existentis conditionis spectetur, *l.* 1. §. *serui D.ad Syllan, l.*4. *quando dies legat. l. qua legata* 18.*ff. de reg.iur.* non mirum, si tanquàm bona futura in confiscatione non contineantur.

6 Secùs verò in contractibus conditionalibus, tunc enim in Fiscum trāsire dicunt, sicut transeunt in hæredes, §.*conditionali, instit.de verb.oblig.* secundùm *Alex. in l.si marito D.solut. matrim.* qui allegat *textum* notabilem, & expressum *in l.inter socerum* 26. §. *fin. D. de pact. dotal.* vbi pater dotem restituendam sibi stipulatus est, si filia in matrimonio obijsset, posteà constante matrimonio pater publicatus est, deindè extitit stipulationis conditio, ait I.C. dotem ex stipula-

R la-

latione conditionali debitam in Fiscum transire, quia in contractibus existentia conditionis retrotrahitur ad tempus antecedēs, ex *l. potior* 11. *in princ. D. qui pot. in pign. l. si filius famil.* 78. *in princ. D. de verb. oblig.* quā planè distinctionem sequuntur, & comprobāt *Quemada q.* 10. *fiscali, Cons. Arias de Mesa lib.* 2. *var. resol. cap.* 42. *ex n.* 1. *ad seq.* latèque exornat *Episc. Fermosin. d. par.* 1. *alleg. fisc.* 31. *per tot. D. Emanuel Gonzalez in comment. ad lib.* 5. *Decret. cap. vergentis num.* 10. *de haereticis*.

Ratio verò differentiæ inter stipulationem, & legatum, elegantior nobis videtur ea, quam affert *Harpprecht. in §. sub conditione* 4. *instit. de verbor. oblig. num.* 14. quia scilicet stipulatio conditionalis iàm est aliquid, legatum autem conditionale planè nihil est; cum legata, vtpotè donationes, fint facti, *l. penult. D. de capit. minut.* stipulationes verò quoad obligationem, ius in se continent, *arg. tit. inst. de stipul. seru.* Atqui ea, quæ sunt iuris, perpetua sunt, adeòq; ad hæredem transeunt, arg. *l. hæreditas* 62. *D. de reg. iur.* quę autem facti sunt, eo demum momēto aliquid esse putantur, quo fiunt, *l.* 1. *D. de oper. ser.* & & eum persona extinguuntur, *l. vlt. D. de cond. instit. & l qui hæredi* 44. *D. de condit. & demonstr.*

7 In feudo autem iura conditionalia, quæ resident in persona feudatarij, non transire in Fiscum, fundat noster *Author hîc num.* 8. *& seqq.* & sic decisum refert die 5. Maij 1572. ex quo *Matthæus Stendardus* alienauit feudum *S. Antimi*, cum conditione, quod si emptor, vel eius successores alienarent dictum feudum sine consensu dicti *Matthæi*, vel successorum, feudum deuolueretur, qua conditione pendente, *Matthæus* effectus fuit rebellis, & postmodùm hæredes emptoris alienauerunt feudum sine consensu fisci, qui tanquàm illius hęres prętendebat feudi deuolutionem, & fuit decisum contrà fiscum ad beneficium Reg. *Reuerterij* possessoris dicti feudi, quia illud ius conditionale non transiuit in Fiscum, cum *Matthæus* sibi reseruauerit illud ius pro se, & hæredibus descendentibus; Fiscus autem est hæres extraneus, & quæ non transeunt ad extraneum hęredem, non transeunt ad Fiscum, vt diximus *ad quæst.* 1. de quo loquuntur *Franc. de Amicis in repet. tit. de his qui feud. dare poss. fol.* 92. *&* 93. *vers. Facit*; & *Marcell. de Mauro alleg.* 84. & pro dicto Reg. *Reuerterio*, doctissimè scripserunt *Reg. Io: Franc. de Ponte*, & *Fabius Marchesius*, vt *in cons.* 22. *&* 23. *eiusdem Reg. de Ponte vol.* 2. & de *Authoris* decisione memores sunt *Reg. Tap. lib.* 6. *Iuris Regni tit.* 1. *in annot. ad Const. si quando num.* 23. *fol.* 28. *Montan. de Regalib. in rubr. bona contrahentium incestas nuptias nu.* 19. *circa fin.* vbi dicit esse casum singularem.

9 Similiter quæri potest, si donatio fiat à parte de omnibus bonis, reseruata sibi facultate de certa quantitate disponendi, & commisso delicto, ob quod eius bona publicentur, an ius illud disponendi transeat in Fiscum?

Et pro Fisco pugnant *Cutell. de donat. contempl. matrim. tom.* 1. *disc.* 2. *p.* 2. *num.* 13. *Marius Giurba cons.* 55. qui ad satietatem enucleat articulum huiusmodi reseruationis, & *in fine cons. subsequentis* 56. testatur fuisse judicatum pro Fisco: Contrà Fiscum verò stetit Senatus Siculus apud *Mastrill. dec.* 227. *Castill. dec.* 142. *Marium Muta decis.* 49. quas decisiones, licet *cit. Giurba* fateatur adesse, non tamen à sua opinione recedit; verùm *Consil. Arias de Mesa d. cap.* 42. *nu.* 23. *& seqq.* post vtramque opinionem allatam, residet cum decisione Senatus Siculi cōtrà Fiscū, ac omnibus fundamentis per *Giurb.* adductis occurrit, & hanc eandem opinionem sequuntur *Seraphin. Masiin. de confiscat. quæst.* 35. *num.* 24. *&* 25. *D. Franc. Amaya in comment. ad l.* 1. *C. de iure fisci lib.* 10. *num.* 64. *Episcop. Fermosin. alleg. fisc.*

.29. *num. 1. ad 4. par. 1.*

21 Prout ius adeundi hæreditatem, sicut non transmittitur ad hæredes extraneos, ità nec ad fiscum in confiscatione bonorum, post alios *Bottilier. de succes. ab intest. cap. 2. theor. 71. num. 3. Conf. Arias de Mesa d. cap. 42. nu. 17. Massinus de confiscat. quæst. 36.*

22 sed contrarium tradit *Reg. Reuerter. decis. 531.* vbi *Reg. de Marin. in obser. num. 8. ex l. cum antiquioribus C. de iure deliberandi.*

AD QVAEST. IV.

Feudo concesso masculis, si ipsi deficiant, an & quomodò Fiscus excludatur à fœminis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

F*æminæ, an admittantur in feudi successione, facta donatione pro masculis tantùm, num. 1.*

Decis. *hanc transcripserunt* Præs. Vrsinus, *ac* De Luca, *num. 2.*

Dilucidatur ex Reg. Reuerter. *nu. 3. ac alius enarratur casus in successione* Comitatus *Triuenti, num. 4.*

Feminæ semèl exclusæ à masculis, an perpetuò dicantur exclusæ? Ex iure communi, ac Regni examinatur, à nu. 5. ad 12.

Et quid si in concessione feudi dictum sit pro se, & filijs masculis, *vel diuersæ inuestituræ reperiantur, num. 13. & 14.*

EXaminatur hìc notabilis quæstio, nempè si pater donauit feudum pro se, & filijs masculis tantùm, exclusis sempèr feminis, & masculi omnes moriantur, superstitibus fœminis tantùm, an ipsæ admittantur, vel Fiscus?

1 Controuersia est somma, aliàs Fisci, & partium contentione tractata in causa successionis Ducatus Magdaluni, & contrà Fiscum definita sub die 19. Ianuarij 1571. *Domino Regente* nostro referente in Coll. Consilio, quod scilicet nunquàm fœminæ intelligantur exclusæ, vt Fiscus præferatur, sed tantùm, vt masculi in vlteriori gradu existentes, præferantur fœminis existentibus in priori, & non alitèr, nisi quando expresè dictum esset, quod excludantur, etiam quando non adsunt masculi, vel expresè fuisset vocatus Fiscus, vt decisum refert noster *Author hic*, in qua causa suam paritèr compilauit decisionem *Reg. Reuerter. in decis.* 305.

2 Istamque nostri *Authoris decisionem* summoperè laudat, ac typis imprimendam curauit doctissimus *S. R. C. Præses D. Petr. Iordan. Vrsinus in suo eleganti tract. de succes. feud. par. 2. q. 2. art. 2. num. 25.* paucisq; mutatis transcripsit *D. Carol. Anton. de Luca in respons. 20.* post suum *tract. de linea legali lib. 1.* eamque recensent quoque *Reg. Tap. lib. 6. Iur. Regn. Neap. tit. 1. in annot. ad Const. Si quando num. 18. fol. 28. Cons. Hodierna in add. ad Surd. decis. 95. num. 12. idem De Luca lib. 2. de linea leg. art. 93. num. 6. & art. 94. Io: Maria Sentena in allegatione apud De Luca de pluralitate hom. leg. cap. 149. fol. 251. & 252. & D. Thomas Moles* nostri *Auth.* filius *in add. ad eius Responsum de succes. Regni Portugall. pro Rege Cath. tit. V.* per nos denuò typis editum, *infrà in Mantissa var. recollect. pag. 16.*

3 Decisionis huius species clariùs enarratur per *Reg. Reuert. d. dec. 305.* etenim *Diomedes Carafa*, Magdalunensium Comes, donauit feuda Ducatus Magdaluni, & Comitatus Cerreti *Thomæ* filio suo primogenito, cum hac tamen conditione, vt si contigerit, *Thomam*, eiusque descendentes sine filijs masculis decedere, succedere debuissent alij descendentes

masculi ipsius donantis ex secundis nuptijs suscepti, exclusis sempèr fœminis, onere tantùm adiecto eas dotandi: Cumq; contigerit, vltimum Ducem sine masculis decessisse, superstite tantùm sororis filio; quæstio inter Fiscum, & nepotem orta est, cui nàm deferenda esset feudorum successio. Contendebant item pro huiusmodi successione Patruus, & Amita. Putabat Fiscus, sibi aperiri feuda, cum fœminæ essent exclusæ. At communi omnium voto responsum fuit, fęminas fauore masculorum tantùm exclusas, *l. 1. §. penult. D. de ventre inspic.* cumq; fœminæ censeantur exclusę, donec extent masculi, ipsis autem non extantibus admittantur; propereà contrà fiscum decisum fuit.

4 Nec absimilis disceptatus fuit articulus circà annum 1676. in causa deuolutionis Comitatus Triuenti; ex quo *Michael Afflictus*, Triuenti Comes fideicommissum feudorum suorum instituit, quo descendentes suos masculos vocauit, exclusis semper fœminis, cum onere dotationis de paragio; cui fideicommisso assensum præstitit *Ferdinandus Rex Catholicus*, (de quo fideicommisso testantur *Reg. Reuerter. decis.* 52. & plenè *Cons. Martian. cons. 69. et 70. vol. 2.*) Cum autem *Hieronymus Afflictus*, vltimus Triuēti Comes, & Princeps Scamni, superstite tantùm *Ferdinando* sororis filio, decesserit, & soror se abdicauerit, successio feudorum *Ferdinando* vti proximiori delata fuit, proptereà præambulum, & inuestituram obtinuit, sed mota illi à Fisco quæstione de feudorum successione, nempè, quia ex fœmina ipse descendebat, quæ fideicommisso exclusa erat; deuolutioni locum non esse pro dicto *Ill. Principe* peritum calamū arripuit *Dom. Seraphinus Biscardus*, doctiss. I. C., & in nostris Subsellijs primarius Aduocatus, hanc in terminis (vt aiunt) terminantibus afferens rei indicatæ authoritatem, fuitque tertminus impartitus, nec amplius de hoc loquutum.

5 Verùm præsciendum est, quod ad fęminas, & descendētes ex eis, etiam masculos, feudalis successio, secundùm Ius commune feudorum non pertinet, nisi expressè in feudi concessione dictum fuerit, vt etiam fęminæ succedant, vt ait *text. in cap. 1. §. & quia vidimus vers. hoc autem notandum, de his, qui feud. dare poss.* ideòque *Obertus*, dum dixit, quod feudum transit in accipientem, hæredesque suos masculos, siuè fęminas, subdit, *si de ijs nominatim dictum sit*, quod idem disponitur *in c. 1. § filia verò, de success. feud. & in c. 1. quemadm. f. ad filiam pertin.* & alibi passim.

6 Cæterùm hæc dispositio non habet locum in nostro Regno, in quo per *Const. in aliquibus*, & *Constit. ut de successionibus*, hoc fuit immutatū, & dispositū, vt ad feuda illę admittātur, & solùm eis præferantur masculi, dum tamen sint in ęquali gradu, cum masculi remotiores non excludāt fęminas proximiores, qui erat antiquus abusus per *d. Constit. in aliquibus*, sublatus; Est autem verum, quod vigore gratiæ huic Regno concessæ per *Augustiss. Regem Philippum II.* registratæ *in pragm. 33. de feud.* vbi fęmina esset, quæ immediatè succederet in feudo hæreditario, potest feudatarius, omissa, siuè exclusa fęmina, disponere de feudo in masculum de familia, qui tempore dispositionis succederet, nisi fœmina adesset; circà cuius gratię dispositionem plura magistralitèr quidē examinat post alios *Dom. Cons. de Rosa in prælud. feud. lect. 10. 11. 12. & 13. tom. 2.*

7 Vnde, licet nonnulli teneant etiam in hoc casu, vbi vocati essent masculi, & fęminæ, quod fęmina semèl exclusa propter existentiam masculi, perpetuò dicatur exclusa, itaùt feudum aperiatur Domino, per *text. in cap. 1. § quin etiam, Episc. vel Abb.* ex illis verbis: *Relicto masculo, vlteriùs fęmina non admittuntur*; quod verbum,

bum, *vlteriùs*, notando *Bald.* ibi pro *perpetuò* dicebat, fęminam semèl exclusam, sic interpretando statuta fœminas propter masculos excludentia.

8 Illorum tamen opinio fallax est, quia *Obertus in d. textu* posito tenore inuestituræ, respondet per modum regulæ, non autem figurando casum, aliàs esset contrà *text. in cap. 1. §. filia, de success. feud.* vbi disponitur ità: *non enim patet locus fęmina in feudi successione, donec masculus superest, ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus;* vbi nota dictionem illam, *donec*, quæ est tēporis finiti, quo præfinito tempore elapso, deficit prohibitio, vt in *Euangelio D. Matthæi cap. 17.* vbi præcepit *Iesus D.N.* discipulis suis, qui interfuerant transfigurationi, *vt nemini dicerēt, donec filius hominis à mortuis resurgeret*, illa prohibitio fuit tēporalis, nam post resurrectionem *D. Petrus* euangelizauit de illa, vt *in 2. epist. D. Petri cap. 2.* cum igitur fœminæ sint admissæ ad succedendum, prohibitæ autem ad tempus, donec scilicet masculus superest ex primo acquirente, propterea semper, quod masculus non existit, remanet fęmina in facultate succedendi; prout dictio illa, *vlteriùs*, supponens existentiam masculi in futurum, eo casu, quo deficiet, admittitur fœmina, vt satis doctè fundat eximius Feudista *Horat. Montan. controu. for. 22. per tot.*

9 Quam sanè opinionem, fęminam semèl exclusam, non esse perpetuò exclusam, itaùt non dicatur feudum deuolutum ad Dominum per existētiam ipsius, tuentur *Iul. Clar. in § feudum q. 80. Hartm. Pistor. de feud. pract. obs. q. 36. par. 2. Fabius de Anna lib. 2. cons. 109. Peregr. cons. 17. vol. 2. Card. Mantica de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 35. per tot. Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 9. à num. 89. Carpzou. par. 3. c. 28. def. 15. Georg. Schultzen in synopsi feud. cap. 3. num. 70. Vurmser. de feud. impropr. class. 3. sect. 3. à num. 92. Georg. Adam. Strun. in syntagm. iur. feud. c. 9. aphor. 8. num. 6. cit. D. Thomas Moles vbi suprà, Anton. Gobius consult. 149. dec. 1. Consil. Hodierna in add. ad Surd. decis. 95. Bettilier. de success. ab intest. cap. 2. theor. 50. num. 5. & 8.* cum verissimum sit, quod in omnibus casibus, in quibus fęmina est habilitata ad succedendum in feudo, semper intelligitur ordine successiuo, vt *in d. cap. 1. §. filia, & cap. 1. de eo, qui sibi & hæred. suis mascul.* & in maioratuum successione fundant *Knipschild de fideic. famil. cap. 8. num. 265. & seq. Io: Torre l. 1. de success. in maiorat. cap. 21. §. 18.*

10 Neque aduersantur illa verba, *exclusis semper fœminis*, quæ perpetuitatem denotare videntur, vt ex *glos. in l. prouidendum ver. nunquam C. de postul.* quia restringuntur secundùm subiectam materiam, & præsumptam mentem testatoris, quousque scilicet extabunt masculi, & sic circà prælationem, non autem omnimodam exclusionem, vt in simili exponunt *Mãs consult. 80. num. 15. Card. de Luca de fideic. disc. 40. num. 4.*

11 Imò, vt rectè docet noster *Author hìc num. 6. & 7.* ad hoc, vt fęminæ intelligantur perpetuò exclusæ, considerandum est, si superest persona, quę ex mēte disponētis eas excludat, vnde cum fœminę excludātur fauore agnatorum, videntur sub conditione exclusæ, si masculi extabunt, ideò his cessāribus, cessat exclusio; quis enim compos mentis dixerit, testatorem fęminis suis descendentibus, Fiscum prętulisse? Certè nemo, vt monet *Rosembal. de feudis c. 7. concl. 44. n. 11.* ibi: *Quod autem quidam ex iure communi conantur probare, fęminam semèl statuto exclusam, perpetuò manere exclusam, hoc solùm intelligitur quoad illum gradum, à quo exclusa fuit, & itaùt bona ad hæredes excludentis proximos, vel etiam extraneos deferri posteà possint; Sed si excludens hæredem alium, fœmina illa iure gradus, vel testamenti potiorem nō relinquat, nemo dixerit, Fiscum filia exclusa anteponi.*

Quod

12 Quod etiam procedit attẽta huius Regni *Constit. in aliquibus*, vbi disponitur, filiam esse exclusam propter existentiam masculorum, cum onere dotandi eas de paragio, ex traditis singularitèr per *Minad. in repet. eiusdem Constit. in 2. not. num. 66. & seqq.* dicentem, ius succedendi fœminarum non esse transfusum in ius paragij, itaùt ex ipsius causa dicatur exclusa, sed tantùm ipsa dicitur exclusa ratione prælationis, & ideò cessante masculo, ipsa censetur reintegrata ad portionem, ad quam fuisset successura, si masculus non successisset, ad notata per *Soccin. iun. cons. 103. nu. 11. et seq. lib. 2. Gratian. to. 2. forens. cap. 218. num. 86.* cum regula illa, quod extantibus masculis fœminæ non admittantur, intelligatur conditionalitèr, temporalitèr, & suspensiuè, & non in perpetuùm, vt explicat idem *Soccin. iun. in cons. 104. lib. 2.* maximè attento iure *Longobardorum*, vt post *Minad.* consuluit *Menoch. cons. 331.* quos sequitur *Card. Mantica de tacit. lib. 23. d. tit. 35. num. 31.* ac etiam contrà fratrem vterinum scripsit *Consil. Theod. allegat. 99.* Imò non obstante quauis amplissima renunciatione per fœminam facta, ipsa admittitur ob non existentiam illorum, quorum contemplatione renunciauerat, vt tradunt *Cons. Hodierna ad Surd. d. deci. 95. num. 28. Cirocch. discept. 44. n. 16.*

13 Subdit tamen noster *Author hìc num. 15.* hæc locum habere, si essemus in feudo iàm formato, in quo ex sui natura & masculi, & fœminæ succedent, quia tunc si fœminæ à successione remouentur, stantibus masculis tantùm remotæ censentur: Cæterùm si initio, quando conceditur feudum, Rex concessierit Titio pro se, & filijs masculis, tunc illis deficientibus veniet Fiscus, ex lege inuestituræ, quæ dat formam feudo, & sic decisum refert per Reg. Cam. in causa *Dom. Regentis Reuertery*, & *Fabritij Stendardi* cum Regio Fisco, idem noster *Author hìc num. 24.* cuius decisionis meminerunt etiam *Præs. Vrsin. de success. feud. par. 2. quæst. 2. art. 2. num. 25. Cons. Hodierna ad Surd. dict. decis. 95. num. 11. Reg. de Philipp. differt. 35. num. 59. De Luca lib. 1. de linea legali artic. 7. num. 41. & in d. resp. lineali 20. num. 4. & 5. & Nos suprà ad q. 3. num. 8.*

14 Annotandũ tamen ducimus, quod si reperiantur plures inuestituræ diuerso tempore factæ, & prima dictaret pro masculis, & fœminis; alia verò pro masculis tantùm, vel sub alia forma, prima debet attendi, vt docuit *Bald. cons. 82. lib. 1. num. 9.* probantq; *Afflict. decis. 195. n. 5. & 6. Petr. Greg. de concess. feud. 3. par. q. 10. nu. 4. Franc. de Amicis in repetit. tit. de his, qui feudare poss. fol. 172. in 11. quæst. Præs. Vrsin. de success. feud. par. 2. quæst. 1. art. 2. num. 8.*

AD QVAST. V.

Augmenta, & meliorationes factæ in feudo, qualitèr, & quando intelligantur deuoluta, si deuoluatur feudum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Meliorationes in feudo facta, deuoluto feudo, an ad vassalli heredem spectent, à n. 1. ad 4.

Hanc decis. vti notabilissimam transcripsit Reg. de Marinis, *n. 2.*

Distinguuntur melioramẽta ad perpetuam feudi vtilitatem, vel temporalem, siuè inseparabilia, ac intrinseca, aut extrinseca, & de per se subsistentia, puta iurisdictio, gabella &c. à n. 5. ad 8. Et quid in meliorationibus naturalibus, n. 16. & 17.

Retentio ob meliorationes in feudo factas, qualitèr detur heredi, n. 9. & 10.

Quid si sint illiquida, n. 11.

Et an sit in electione Domini, vel soluere æstimationem, vel pati, quod edificium

ficium tollatur, à n.12. ad 14.
Æstimatio, quomodò facienda sit pro meliorationibus, n.15.
Bona tàm feudalia, quàm allodialia ad Fiscum deuoluuntur, ob crimen rebellionis, n.18. & 19.

1 SI feudum deuolutum est ad Dominum, & Vasallus multas in illo fecit meliorationes, cuius nàm commodo cedant? Hęc est principalis quęstio, quæ oritur inter Dominum, & Vasalli hæredem, quam sanè omnium optimè elucidarunt *Præs.Camill.de Curte in suis resol. feud. in cap.4. ex num.41. ad seqq.* & noster *Author hic in decisione*, ad quā,
2 vti in hac materia notabilissimam recurrere debere Feudistas, inquit *Reg. de Marin.lib.2.resol.cap.134.n.9.* ibiq; fideliter integram curauit imprimendam.

3 Quæstio autem hæc in duobus locis Iuris feudalis p oponitur. Primò in *c.1. § ex contrario, de inuestis.de re alien.facta*, & paucissimis se absoluit ab huiusmodi controuersia compilator, quandoquidem distinguit, an meliorationes de per se possint subsistere, & tunc non cedunt feudo; & consequentèr non ad Dominum spectant, sed ad hæredes Vasalli; si verò tales meliorationes de per se subsistere nequeunt, vt est seruitus acquisita feudo, tunc talis melioratio spectabit ad feudum, & propterea ad Dominum, ad quem est deuolutum.

4 Alter locus est *in c.1.§.si Vasallus, tit.hic finitur lex*, ibi: *Si Vasallus in feudo aliquod ędificium fecerit, vel ipsum sua pecunia meliorauerit, & posteà Vasallus sine filio masculo decedat, dominus, aut patiatur ędificium auferri, aut soluat pretium meliorationum, idem dico, si pretio seruitutem feudo acquirat, quidam alij dicunt, omninò ad Dominum pertinere.*

Quoniam verò plenè hæc materia per Interpretes Iuris feudalis, aliosq; tractatur, ideò *Authoris* nostri vestigia sectando, nonnullos casus pro dubij resolutione annotamus.

5 Si igitur sunt impensæ, non ad perpetuam vtilitatem feudi, sed temporalem, vel præcedentis anni, quo moritur feudatarius, vel pro aliqua commoditate eiusdem, tunc illæ non repetuntur, tanquàm ad feudatarium spectantes, *Author hic n.2.* quod quidem tenent omnes *in d.§.si Vasallus*, vt dicitur etiam de vsufructuario alicuius rei, qui non habet tantum ius in re, sicut feudatarius, & tamen huiusmodi expensas non factas ad perpetuam rei vtilitatem, sed pro consequendis fructibus non deducit, iuxtà *text.in l.vsufructu legato, in l.hactenus, de vsufruct.* quinimò plus, in eo, qui non habet, nec vsufructum, nec vtile dominium, sed quandam commoditatem, vt est in eo, qui rem cōmodatam accepit, non permittitur deductio, *l.in rebus, §.possunt, D.commod. l. item si serui, §.fin. D. de adil. edict.*

6 Si verò melioramenta facta perpetuam feudi vtilitatem concernunt, tunc adhibenda est distinctio, nam alia dicuntur augmenta intrinseca, per quæ non quantitas feudi augetur, sed ipsius valor, vt quia feudatarius seruitutem feudo acquisiuit, & in istis augmentis intrinsecis, si augmenta per se subsistere non possunt, vt est in seruitute, illud augmentum cedit etiam in beneficium domini, nō vt illud lucretur simplicitèr, sed quia separari non potest à feudo, vnà cum ipso feudo deuoluetur ad Dominum, æstimationem tamen Dominus præstare tenebitur hæredibus Vasalli, & sic procedit dispositio *text. in d. §. si Vasallus, Author hic n.10. & 11. Reg. de Curte d.cap.4.n.45.*

7 Melioramenta itaq; in feudo facta inseparabilia, efficiuntur feudalia, & assumunt naturam illorum, sed pretiū dicitur esse in hæreditate allodiali, *R. de Ponte cons.58. nu.2. lib.1. Reg. de* Ma-

Marin. lib. 2. resol. c. 2. num. 25. & cap. 133. num. 1. Card. de Luca de feud. discurs. 27. Nisi à lege inuestituræ eautum esset contrarium, vt in emphyteusi etiam traditur per *Fulgin. de iur. emphyt. tit. de melioram. q. 2. nu. 2. & tit. de var. caducit. q. 1. n. 28. Rota dec. 60. & 69. p. 5. recent. & in specie Card. de Luca de fideicom. discurs. 125. num. 21.* Aut nisi constaret de animo donandi feudo, eiusq. successori, *Reg. de Marin. d. resol. 2. num. 24.* idem *Card. de Luca de feud. disc. 9. n. 23.* sed si essent separabilia, regularitèr excluditur donatio, *Rosenth. de feud. cap. 10. concl. 43.* & post *Reg. de Marin. de Luca in tract. de linea legal. art. 7. n. 35. lib. 1.*

8 Cęterum si illud augmentum posset considerari de per se subsistens, tunc id extrà feudum est, & remanet in dominio hæredis in burgensaticis, tanquàm res extrà feudum, & separatam conditionem habens, ex *d. §. è contrario*, ibi: *E contrario autem si quid feudo à Vasallo additum sit, si quidem tale adiectum sit, quod per se subsistere possit, idest, vt per se censeatur, vt predium, id non accrescit feudo, Author hic num. 5. & 6. Reg. de Curte d. cap. 4. num. 45.*

Exemplum, si quis feudum habuerit à Domino absq; iurisdictione, & post habitum feudum, iurisdictionem in eo emerit, augetur feudum, quia ex iurisdictione acquisita erescit valor ipsius, non feudi quantitas, sed istud augmentum potest de per se stare, quandoquidem iurisdictio potest esse vnius, proprietas verò alteriùs, & in hoc augmento, estò sit quid intrinsecū, quia tamen est separabile, si feudum deuoluatur, iurisdictio remanebit penès hæredes Vasalli, ità *Bald. & Aluar. in d. §. E contrario*, & contrà *Prepofit.* probat *Ruin. cons. 14. lib. 1. Andr. Fachin. controu. lib. 7. cap. 89. Intrigl. in cent. feud. q. 59. n. 3. & 4.* Idemque dicendum de aliquibus iuribus, puta gabellis, fiscalibus, & similibus, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 26. num. 5. vers. ex quo etiam.*

9 Naturæ enim contrarium est, aliquem cum aliena iactura fieri locupletiorem, *l. nam hoc natura, D. de condict. indeb.* Et quia sumptus bona fidè, vtiles, & necessarij in re aliena facti, vel in re sua, quæ per alium transitura est, repeti possunt, *l. sin autem §. in rem petitam ff. de rei vindic.* ideò sumptus meliorationis per vasallum in feudo factos, posse à Domino, ad quem feudum deuolutum est, repeti per hæredes vasalli, docent *Afflict. & Aluar.* post *Isern. in d. tit. hic finitur lex*, nec cogi potest hæres ad feudi restitutionem, nisi omnes meliorationes fuerint sibi satisfactæ, post alios *Author hic nu. 18. & 19. Reg. de Curte d. cap. 4. num. 53. Reg. de Ponte decis. 4. num. 33. & dec. 12. Rosenth. de feud. cap. 10. concl. 43. Io: Petr. Molignat. in tract. de retent. quæst. 104. Marotta discept. for. cap. 30. ex num. 1. ad seqq. Scoppa in obs. ad Grattian. decis. 225. num. 1.*

10 Quod Ius retentionis ob meliorationes in feudo factas, non tantùm obtinet, si feudum ad Dominum redierit, sed etiam quando ad agnatum deuoluitur, *Brunnus cons. 105. & seq. Forster. de success. lib. 3. cap. 20. axiom. 8. num. 6. & seq.* & hæredi spoliato competit immissio ad sibi satisfaciēdum de meliorationibus, & de eo, quod sibi debetur, *Rosenthal. de feud. cap. 10. concl. 42. num. 70.*

11 Difficultas non modica est, quando meliorationes sunt illiquidæ, itaut sciri non possit, ad quam summam ascendant, nunquid pro illis detur retentio? Et inconcussam praxim refert *Reg. de Curte d. cap. 4. nu. 53.* quod si tempore moti iudicij per possessorem fuit oppositum de meliorationibus, etiam quod illæ sint illiquidæ, nunquàm condemnatur possessor ad restitutionem rei, vel feudi, nisi liquidatis meliorationibus, nec oblata cautio sufficiet; Quando verò contentus pro restitutione rei nihil opponit, sed post latam sententiam, per quam condemnatus fuit ad restitutionem,

tionem, opponit de meliorationibus, tunc sufficit, si præstetur cautio, & sic testatur seruari in S.C. *Pref. de Franch.decis.*112.*nu.*16.*& seqq.* quam distinctionem, vbiq; seruari probant *Reg.Galeota tom.*2.*contr.*46. *nu.*2.*Reg. de Marin.ad Reg.Reuert. dec.*559.*n.*1. *Marotta d.discept.*30.*num.*9. *& seq. de Luca ad Franch.dec.*112. *num.*1. *Scoppa d.obs.*225.*n.*3.*&* 4.*post alios.*

12 Verum subdit idem noster *Author hic n.*20. quod licet R. Camera indistinctè iudicauerit, has impensas, & meliorationes deberi hæredibus vasalli, dubitatum tamen fuit de illa alternatiua *in d.§ si Vasallus*, posita, ad fauorem Domini, vt sit in electione Domini, vel soluere æstimationẽ mel ioramentorum, vel pati, quod ædificium tollatur, an scilicet possit dicere Dominus, se nolle soluere æstimationem, & eligere,quod tollatur ædificium.

13 Quem sanè *textum* à Barbaris, & Imperitis compilatum,ex *Glos.Paris.* tradit *Pras.de Franch.dec.* 110.*num.*1. Et licet nonnulli DD. affirmatiuè videantur respondere, intelligendum tamen esse *cit.text.* tradit noster *Author n.*26.*& seq.* quando meliorationes possunt integrè separari à feudo, vtp otè si esset ædificiũ aliquod, quod tolli,& refici integrè possit, absq; rei interitu, quia forsàn esset ligneum, secùs si ex fabrica esset constructum, rectè aduertens post *Isern.* huiusmodi intellectum satis apertè deprehendi ex eodem §.*si Vasallus*, postquam idem *textus* subdit indistinctè, idem esse dicendum in seruitute, ibi: *idem dico,si pretio seruitutem feudo acquirat*, in qua non est dubium, quod possit Dominus pati, quod seruitus penitùs extinguatur, & nihilominùs Dominus tenetur soluere æstimationem, cum qua decisione indiuidualiter concordat alia eiusdem R. Cam. relata à *Reg.Reuerter.decis.*572.*t.*2.firmanrq; *Reg.de Curte in suis resol. feudal.d.cap.*4.*n.*48. *Reg.de Ponte dec.*12. *n.*6.*Girocc.discept.*57.*n.*17.*&* 18.*Card. de Luca de feud.disc.*27. *n.*6. & *Authorem* nostrum laudant, ac sequuntur *Reg.de Marin.in obs. ad cit. R.Reuert. decis.*572.*n.*2. *& lib.*2. *resol. cap.* 134. *de Luca in obs. ad Pref.de Franch. dec.* 110.*n.*2. *& lib.*1. *de linea legali art.*7. *n.*36.*Episcop.Rocca disput.iur.select.lib.* 1.*cap.*65.*n.*38.

14 Et ita semper iudicasse Reg. Cam. tradit idem *Author* noster *n.*31. quod teneatur Rex soluere hæredi in burgensaticis id, quod meliorationes factæ valent æstimari, iuxtà experrorum iudicium, in causa hæ edis *Pardi Pappacoda* (cuius etiam memor est *Reg.de Ponte cons.*52.*n.*32.*lib.*1.) Et in causa hæredis *Ill.Marchionis Padula*, quam recenset quoq; *Cons.Fab.de Anna in add. ad opera Io. Vinc. sui patris num.*12.

15 Sed illud in quæstione est,quomodo sit facienda æstimatio hæc, vt scilicet illud soluatur, quod impensum est, vel potiùs meliorationum valor sit attendendus, puta si tempore erogationis expensarum, fuerint factæ meliorationes, quæ tunc temporis erant valoris centum,tempore deuolutionis sequutæ, & restitutionis faciendæ, ob deteriorationem, valeant quinquaginta, vel è contra;& meliorationes huiusmodi hoc casu, non secundùm id, quod impensum est, sed secũdùm earũ valorẽ esse æstimãdas, licet plus,aut minùs expensum fuerit, per *text.in l.domos,D.de leg.*1. iudicatum, ipso relatore, in Collaterali Cons. noster *Author hic n.*21. quem refert, & sequitur *Reg. Constant. in l.* 1.*C.pan.fisc.Cred.pref.n.*152.firmãtq; *Anna sing.*182. *Reg. de Curte d. cap.*4. *n.*51.*&* 52 *Cirocch.discept.*50. *n.*84.*& discept.*57.*n.*27.*Theod.all.*74.*n.*3.*Antonell.de tẽpore legali cap.*61.*n.*7. *Fulgin.de iur.emphyt.tit.de melior. q.*7.*nu.* 11.*Francisc.de Angelis in elegãti tract. de impens.& meliorat.dotal.art.*7.*ex n.* 32.*& art.*21. *n.*10. *& seqq. Andr. Fachin.lib.*7.*controu.iur.cap.*93. vbi rectè ait ex illo *Papiniani* responso *in d. l. domos*, probari,æstimationem præsen-

S tis

tis temporis esse spectandam, nàm iusta pretia ex præsenti æstimatione constituuntur, non ex præterita, *l.3. §.Diui, D.de Iure Fisci, l.2.C.de patr. qui filios distraxer.* Et licet alij aliter teneant, & distinguant, conciliat tamen eorum opiniones, latè R.*de Marin.lib.2.resol.cap.133.per tot.* quem sequitur *de Luca in obseru. ad Prag.de Franch.dec.109.n.5.*

16 Quæ omnia intelligi debent, vt procedant in meliorationibus, quæ hominis industria, & expensa factæ sunt, secùs verò in his, quæ à natura cum fundo feudali sunt vnita, puta per alluuionem, vel si ex tempore aliquid rei feudali accrescit, nam tūc deuoluitur eo iure, quo ipse fundus, per *tex.in l.adeò, D.de acquir.rer.dom.* Et in tali casu, feudo deuoluto, nullum ius remanere hæredi in burgensaticis, tradit noster *Author hic n.32.* idq; probari *ex c.1.§.si quis de manso, & §.rursus, si de inuest.feud. contr.fuerit,* de qua latè *Io: Bapt.Aymus lib.2. de alluuionib.cap.11.per tot.Conf.Arias de Mesa var.lib.2.cap.43.n.17.Reg.de Curte in suis resol.feud.d.cap.4.n.46.*

17 Melioramenta enim naturalia, quę proueniunt spontè, & naturæ beneficæ largitate, non veniunt in repetitione, & deductione, nec pro eis datur retentio, sicuti pro cæteris alijs, *Costa de ratione rata q.81. n.8. & seq. Alphons.de Guzman de euict. q.20. ex n.20.Merlin.de legitima lib.2. q.18.nu. 29.de Angelis in cit.tract.de impens. & meliorat. dot. art.2.num.12. & art.20. num.9.*

18 Itemq; limitant, vt non procedant, quandò feudum deuoluitur ex delicto, aut alia culpa Vasalli, tunc enim regulariter deuoluitur etiam augmentum, & meliorationes, ex *c.vn.§. si Vasallus,* vbi *Bald.* cæteriq; Feudistæ, idemque *Bald.in c.1.§.si quis de manso n.13.de contr. inuest.* & sic vno ore concludunt omnes, *Schrader. de feud.p.2.p.9.princ.sect.2. nu.16. & seq. Vult.de feud.cap.11.n.114.lib.1.Hartm. Pistor. qu.42.num.29.lib.2.Gallupp.in meth.feud.p.4.cap.5.n.34. Reg.de Curte d.cap.4.n.44.in fin.*

19 Sed noster *Author n.33.* miratur, quod DD.posuerint hunc casum pro limitatione, cum verè hæc limitatio non sit de regula, postquàm culpa Vasalli in crimine rebellionis habet pænam, vt tàm feudalia, quàm allodialia amittantur, & bona, iura, & actiones, ad Dominum deuoluuntur, & confiscantur, & nostrum *Authorem* recenset *Reg.Rouit. conf.101. num.24. circà med.lib.2.* ibi *Item quod idem Casale simùl cum singulis prædictis corporibus burgensaticis peruenit ad Regiam Curiã, propter rebellionem eiusdem Cesaris, ex latè defensis per Reg. Moles dec.108.per tot. & signanter vers.secundò hac omnia,* meminitq; *de Luca de linea legali art.7.n.100.* consonat *decisio 55. Reg.Reuert.*

AD QVAEST. VI.

Concessiones factæ per Regem ad beneplacitum, qualitèr, & quandò extinguantur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Beneplacitum, qualitèr extinguatur, *à n.1.ad 3.*

Et quid in concessione ad beneplacitum, & si fieri contigerit reuocationẽ, anno vno post reuocationẽ, *alijsque casibus, à n.4. ad 6.*

Et ad materiam transcribitur allegatio Frãc.Ant.Dactili, *à n.8. ad 18.*

Officia, ad beneplacitum, concessa, an concedentis morte extinguantur, n.7.

BB

1 BEneplaciti materiam ſuppeditat locus iſte, in quo noſter *Author* concludit, quod, aut conceditur aliquid ad beneplacitū ſimplicitèr, vel donec durauerit voluntas, vel beneplacitum, tunc nedum poteſt per concedentem quandocumque reuocari, ſed etiam per mortem extinguitur, quia mors extinguit voluntatem, *l.mandatum*, *C. mandati*, *l.vxorem*, *§.penult. D.de leg.* 3. Aut verba concipiuntur denotantia actum reuocationis expreſſum, pura, *concedo tibi hoc, vt habeas, donec reuocauero*, tunc licet poſſit reuocari, quando voluero expreſsè, non tamen inducitur tacita reuocatio, quia mors non ponit reuocationem, *l. cum precario 1.D.de precar.*

2 Quam diſtinctionem rursùs ſubintelligit, quia aut eſt facta conceſſio ad beneplacitum cōcedentis ſub nomine proprio, & adiectiuo, *meum*, *noſtrum*, & tunc expirat morte; ſi verò ſub nomine dignitatis, nempè Sedis Apoſtolicę, Regiæ Coronæ, & tunc non extinguitur morte, quia dignitas non moritur, arg. *l. quod Principi D. de legib.* Vel conceditur *ad beneplacitum meum*, aut ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, vel Regiæ Maieſtatis, aut ſub vtraq; clauſula, aut *donec reuocauero*; Er in iſtis quatuor caſibus in primo, & tertio extingui beneplacitum per mortem, in ſecundo, & quarto durare, donec expreſsè reuocatum fuerit.

3 Quæ omnia ità per *Authorem* enucleata latè comprobant, vtiliterque exponunt *Canoniſtæ* omnes *in c.ſi gratioſè, de reſcript.in 6. Io:Bapt. Coſta de clauſ.conuent.clauſ.26. Marta de clauſ. p.2. clauſ.1. Barboſa in tract. de clauſ. clauſ.3. Molina de iuſt. & iur. t.2. diſp.* 298. *Sanchez de matrim. lib.8. diſp.*28. *ex nu.*50. *Eraſmus à Cochier de iuriſd. ordin.in exemptos q.5.p.3. Nicol.Noalis in tract.de transmiſſion.caſ.64. Fab. de Anna lib. 1.conſ.14. Thor.par.3.comp. dec.verb.Beneplacitum, Io.Angel.Piſanell in alleg.1. apud R.de Marin. 3.to. de Georg.alleg.46.Reg.Rouit.lib.1.conſ.* 39. vbi plenè *Conſ. Altim. R. de Marin.in obſ.ad Reg.Reuert. deciſ.*511.*t.2. Iul. Capon. diſcept.for.*189.*t.3. Conſil. Roccus in tract. de officijs rubr.*13.*§.*8. *per tot. Henricus Pirhing Soc.Ieſu to.1. Iur.Can.method.nou. lib.1. tit.3. de reſcript.ſect.6.à n.*184.*ad n.*190.

4 Alterum verò caſum à DD. non tactum accidiſſe teſtatur noſter *Author hic n.22. & ſeq.* ſupèr priuilegijs conceſſis per Regem *Ferdinandum I.* Venetæ Nationi, & Mediolanenſibus hoc in Regno habitantibus, *ad noſtrū beneplacitum, & ſi fieri contigerit reuocationem, anno vno poſt reuocationem*; Et deciſum refert, illud priuilegium fuiſſe extinctum per mortem Regis *Ferdinandi Primi*, ac ſi ſimpliciter in eo fuiſſet dictum, *ad noſtrum beneplacitum*, quia verba ſequentia non debent interpretari, vt inducant repugnantiam, & cum Regis prima intentio fuerit concedere priuilegium reuocabile, & morte extinguibile, vt ſonant verba illa *ad noſtrum beneplacitum*, propterea verba ſequentia eandem recipere debent interpretationem: In qua cauſa Mediolanenſiū, *allegationes* tranſcripſimus ſuprà *p.1. §.6.de Iure Dohan.queſt.2.à nu.*47. *& ſeqq.*

5 Licet *Reg.Rouit. d.conſ.*39. *& Conſ. de Georg. d. alleg.*46. tueantur, quod conceſſio facta per *Auguſtiſs. Imperatorem Carolum V.* annuorū duc.500. Hoſpitali S.Mariæ Montis Serrati de Vrbe, cum clauſula, *durante noſtro beneplacito*, duret etiam poſt concedentis mortem, ex quo fuit facta contemplatione Regalis dignitatis, maximè in re merè fauorabili, & concurrentibus coniecturis.

6 Inſupèr conceſſionem beneficij factam per Religionem Hieroſolymitanam ad decennium, & deindè ab beneplа-

neplacitum, vigore priuilegij concessi dictæ Religioni à Summo Pontifice *Clemente VII.* sortiri vim perpetui, fundat *Iac. Gallus conf.34. ex n.4.* Et concessionem factam à Prorege ad beneplacitum Regis, non valere, nisi placuerit, cum verba illa important conditionem, si Regi placuerit, *Scipio Theodor. allegat.56.num.5. & 12.*

7 Officiales deniq; ad beneplacitum creatos, non posse absq; causa reuocati, neq; concedentis morte eorum officia extingui, probat post alios *Fontanella de clauf.nupt. cl.4. glos.10. par.1.à num.145.* & vide Nos suprà *in annot.ad q.3 §.16.*

Et ad hanc materiam, non omittendam duximus *allegationem* quandam anno 1579. aliàs editam, sequentis tenoris.

IVRIVM ALLEGATIONES PRO Magnifico Liuio Scala.

8 ALOYSIVS Ripolla vir eximiæ virtutis fuit, & ab Alphonso Primo, vsq; ad Federicum omnibus Aragoneis Regibus incorrupta fide, industria singulari, & incomparabili animi sinceritate grauissimis in rebus, omniumq; consiliorum particeps, pace, ac bello iugiter seruiuit, vt ex Regijs commentarijs apertissimè probatur. Huic Federicus Rex suis meritis disertè commemoratis annuum, atq; perpetuum stipendium donauit ducentorum aureorum ex fructibus vectigalium Neapolis (quæ vulgo dohanæ nomine continentur) exigendum. Federico expulso Regnum ad Diuum Ferdinandum Regem Catholicum translatum fuit. Qui obsequiorum Aloysij memor idem stipendium ei confirmauit, beneplaciti tamen clausula confirmationi adiecta: Quæritur nunc, vtrum per mortem Regis extincto beneplacito donatio stipendij, eiusque confirmatio reuocata censeatur?

9 Si simplicem, vulgaremq; eius clausulæ significationem spectare velimus, nulla profectò quæstio superesit, cum nemo vel mediocriter in legibus versatus ignoret, Principis beneplacitum morte finiri; Sed si æquitatem rei, petentis merita, & Iustissimi Regis mentem, pietatem, atq; iustitiam constantissimam respiciamus, facilè comperiemus, morte Principis nec reuocatam donationem, nec de eius Iure quidquam fuisse detractum. Nec dubito, quin Sapientissimi Iudices, quorum sententiam pientissimus Rex noster exquirit, si non amplam illam Principis potestatem, qua omnia quodammodo eius voluntati multi subijciunt; sed æquitatem, quam semper sequi consueuerunt, ante oculos habuerint, & piam illam, optimoq; Principe dignam sententiam, quę *in l.digna vox, C. de legib.* continetur, respexerint, supplicanti libentissimè sint suffragaturi.

10 Igitur, vt ad rem ipsam perueniam: In primis considero. Quòd ex donatione Regis Federici dominium prædictę annuæ pensionis in Aloysium translatum fuit, præsertim cum possessionem fuerit adeptus, eamq; semper etiam post Regni translationem continuauerit, vt in *l.traditionibus, C.de pactis c.1.* vbi notat *Andr. quid sit Inuestitu.* & *in c.1.§. si facta si de feudo defuncti milit.* idem *Andr. in c.1. quib.mod.feud.constit.poss. & in c.Imperialem, §. illud col.3. de probib. feud.alien. per Frider. & Bal.in l.1.in fin. C.de rer.permutat.* Qui existimant, etiam traditione non interueniente ex donatione Principis dominium transferri, & idem *Bal. in c.ad audientiam, de præscript & in c.1. in tit. Quid sit Inuestitu.* & in tantum eadem donatio perfecta fuit, vt ipse Rex Federicus eam reuocare, nisi cum iniuria fidelis hominis, non potuerit. Nam quemadmodum Princeps cæteros cōtractus cum subdito gestos obseruare tenetur, Authore *Cyno in l. digna vox. C. de legib.* vbi *Bart. Bal. & Paul.Castr.* idem notant, & in *l.donationes quas parentes, C.de donat.inter vir. & vxor. Abb.* & reliqui omnes *in c.1. de probat. & in c. quæ in Ecclesiarum de constit. Roman.Cons 252.Petr.Ancharan cons.2.Deti. cons.121.cons.151.cons.186.& cons.689. Soccin.cons.32.lib.1. Crauet. cons.135. & Paris. cons.11.num.47.& 54. & cons.69. lib.1. cons. 82.num 48.eod.lib. & cons.2. lib.4.* Ita etiam donationem in aliquem collatam reuocare non potest. Vt respondit vir summę authoritatis *Oldrad.cons.94. vers sed in casu præsenti,*

ti, atq; *Deti. in d.c.1. de prob. num.6. in verſ. poſtremo non omitto*, reprobata ſententia *Aretin*, qui eodem in loco contrarium cenſuerat, cum *Oldrado, ac Detio*, idem tradunt *Roman. in conſ.298. Bal. in conſ.327. lib.1. & in c.1. de natu feud. & ibidem Aluarot. in ver. quæro ab extra*: *Abb. in conſ. 3. 9. 19. lib.2. Brun. in conſ.8. Lancellot. Gal. in l. gallus, §. & quid ſi tantum n.67. ff. de lib. & poſthum. & Io. Ant. Alex. in conſ. 154.* Nam vt *Iuſtin.* ait *in authen. de refer. poſt princip.* Imperialis Maieſtatis proprium non eſt auferre conceſſa, nec beneficia alijs tributa minuere, vt idem refert *in §. illud, in auth conſtitutionem quæ de dignita.* præſertim cum hæc donatio ob merita proceſſerit; Quorum tanta eſt vis, vt priuilegium quoq; irreuocabile faciant, vt *Felyn.* refert *in c. nouit. de iudic.* Sicut, nec illud priuilegium reuocari poteſt, per quod dominium in aliquem eſſet translatum ſecundum *Bal. in l. qui ſe patris, C. vnde lib. & in l. fin. ff. de ſenat. Doctores omnes in d.c. nouit, & c.1. de probat. Gram. conſ. ciuil. 6. Carol. Ruin. conſ.21. lib.5. & Cur. iun. in l. hæredes abſens. de iudic. & Capyc. in deciſ.121.*

11 Hoc ſic conſtituto illud etiam ſequitur; Quòd Rex Catholicus tanquam Federici ſucceſſor eandem donationem obſeruare tenebatur, enim verò non tantum hæres, ſed etiam ſucceſſor dignitatis prædeceſſoris facto obligatur, vt poſt *Cyn.* tradiderunt omnes *in d.l. digna vox C. de legib. & in c.1. de probat. Paul. Caſtr. in l. fina. C. de tranſactio. Iacobin. in tract. feud. in verbo Princeps poſt nu. 4. Oldrad. conſ.94. in fine. Bald. in c.1. de natu. feud. Iaſon. conſ.1. 2. dub. lib.1. & conſ.10. n.4. lib.3. & Roman. in conſ.116.* atq; vt exteros Authores prætercam, ex noſtris in propria ſpecie eorum, quæ ab Aragoneis Regibus geſta fuerunt, reſponderunt *Loffred. in conſ. 38. num.17. vſq; ad fin. & Ioan. Thom. Minad. in repetit. conſtit. in aliquibus in Rubr. in princ. n.39.* multoq; magis in hac quæſtione hæc ſententia vera eſt; Quòd anno milleſimo quingenteſimo ſexto Magnus Conſaluus ex authoritate, quam à Rege habebat, & poſtea ipſi Principes generaliter confirmarunt omnia priuilegia, omneſq; donationes ſtipendiorum a prædictis Regibus Aragoneis Neapolitanis Ciuibus conceſſas, & deniq; inſtiſſimus, & verè Catholicus Rex generali conſtitutione præcepit omnia eorundem Regum facta ab omnibus ſeruari debere, nec ex eis quicquam poſſe diminui, aliaque *pragmatica* idem Rex ea tantum irritauit, quæ Federicus geſſit, poſtquam ex Ciuitate Neapolis in Inſulam Ænariam diſceſſerat, quod magis confirmat, ea quæ antea geſta fuerat, & hæc quidem donatio, in Aloyſium collata fuit anno quingenteſſimo, quo tempore Federicus quietè regnabat ex quibus patet iam optimum ius Aloyſij non tantum Federici munificentia, ſed etiã Catholici Regis confirmatione, atq; authoritate niti, multoque minus ei derogari potuiſſe, quam ſi ſola illius donatio extitiſſet, nam ex propria confirmatione Princeps magis obligatur, ſecundùm ea quæ ſcribit *Pariſ. conſ.22. n.49. & ſeq. lib.1.*

12 Sed occurrit vnum non parua dignum animaduerſione, quod vehementer ſupplicantis petitionem conturbare videtur; Etenim quamuis Rex ſuam, nec prædeceſſoris donationem reuocare potuiſſet, attamen modum, vel conditionem ei adijcere iuſtè potuit, vt diffusè probare conatur *Io: Lop. in repet. Rub. de donat. inter vir. & uxor. §.69. nu. 13. & ſeq.* per *tex.* inſignem *in l. qui ſundos, C. de omni agro deſerto lib.11.* quem in id expendit *Bal. in l. nuptæ de ſenat.* itaq; cum Rex in hac poſtrema confirmatione non abſtulerit totum ius priorum conceſſionum, ſed beneplaciti tantùm clauſulam adiecerit, quæ conditionem inducit, omni iure id permittente feciſſe videtur: Nec conqueri poteſt donatarius, quod beneplacito extincto donatio quoque fuerit reſoluta: Hoc argumentum, & ſi prima (vt aiunt) facie non leue eſſe videatur, multis tamen modis oppugnatur, validiſſimeq; proſternitur: atque in primis interpretationem affero ſummi feudorum atq; legum interpretis, qui *d. l. qui fundos* ſic exponit, vt quod ibi conſtituitur eos qui opimiora prædia conduxerunt, ea quoq; ſuſcipere, quæ ſteriliora ſunt, eſſe cogendos. Non intelligatur nouum ius eſſe conditionem adijciens contractibus iam perfectis, ſed declarat naturam conductionum prædiorum ciuilium, quæ fertiliorum conductorem obligat ad viliora etiam prædia ſuſcipienda: Quod quidem ius antea conſtitutum erat, cum peræquatores eſſent, ad quorum officium id pertinebat: Ita (inquam) eam legem interpretatur *Andr. Iſer. in c.1. §. fin. de capitan. qui cur. vendid.* eiuſque authoritatem ſequitur *Luc. de Pen. in cad. l. qui fundos, & Loffred. in conſ.39. num.3.* ſecundum quod apparet, quod Imp. ibi ius antiquum declarat, nihil noui ſtatuens; Ego addo, quod & ſi de nouo iure ibi tractaretur; Ideò valet, quia Princeps lege generali illud conſtituebat, & apud omnes *in c. quæ in Eccleſiarum de Conſtit.* receptum eſt, poſſe Principem generalem legem conſtituendo ſubditis præiudicare, licet ſpecialiter nullius bona etiam ex cauſa publicæ vtilitatis, niſi reſtituto pretio poſſit occupare: Præterea addo, quod conditio illa confertur in volun-

tatem

tatem conductoris, qui si ei obtemperare
noluit, culpa sua priuatur prioris contractus
vtilitate, nec ei aliquod damnum infertur,
cum ipse quoq; liberetur ab onere soluendæ
pensionis: Hæc verò conditio, quæ ex bene-
placito inducitur, pendet à voluntate Prin-
cipis, non donatarij, atq; in maximum eius
præiudicium redundat: Ideò non rectè ab
ea constitutione ad hanc quæstionem argu-
mentum duceretur: Nec *Io: Lopez in prædi-
cto loco*, nec alius quisquam de huiusmodi
conditione, quæ in liberam voluntatem
Principis conferatur, tractauit: quod si esset
permissum, facilè per indirectum, possent
Principes omnes donationes reuocare, adij-
cientes eis, postquam perfectæ sunt, bene-
placiti conditionem, & deindè paulò post
beneplacitum ipsum, quod à simplici eorũ
voluntate pendet, reuocarent. Quod sicut
ridiculum est, ita nec æquitati, nec rationi
conuenit.

13 Itaq; ex his, quæ huc vsq; dicta sunt, hæ
conclusiones colliguntur: Quarum prima
est; Quod ex donatione Federici perfectè
dominium fuit Aluysio quæsitum. Altera
conclusio: Hanc donationem ipse Federicus
reuocare non poterat. Tertia conclusio.
Quod eandem donationem Diuus Ferdinã-
dus Rex Catholicus obseruare tenebatur, &
iure successionis, & ex propria voluntate,
cum omnia Aragoneorum Regum gesta
tot priuilegijs, & constitutionibus confir-
mauerit, & ex hac postrema conclusione
colligitur; Quòd beneplaciti clausula in po-
steriori confirmatione adiecta, nihil de iure
priorum donationum, atq; confirmationum
potuit detrahere: Cui sententiæ vehemen-
ter conuenit, quod multi dicunt. Quoties
eiusdem rei plures extant Principis dona-
tiones, siuè confirmationes, antiquioribus
standum esse, non posterioribus, quatenus
in aliquo different, siue diuersis personis do-
nationes fierent, veluti, quia Princeps duo-
bus eandem rem donauerit diuersis tempo-
ribus, nam prior huic posteriori præfertur,
licet fortasse prius ipsè possessionem fuerit
adeptus, vt responderunt *Roman cons. 298.
Alex. cons 3. num. 7. & seq. lib 5. Deti. cons.
302 n. 14.* & plenius *cons. 588. & cons. 689.
Curt. iun cons. 147. atq; Paris. cons. 11. num. 4.
& seq. lib. 1.* quorum ea potissima ratio est,
quia dominium ex priori donatione ipso
iure donatori quæsitum, Princeps rem alte-
ri concedendo auferre non potest. Idem iu-
ris est in pluribus confirmationibus in eun-
dem collatis, ne sic posterior confirmatio
ius ex antiqua donatione quæsitum dimi-
nuat, vt censuit *Bal. in cons. 82. lib. 1. & in c.
1. §. fin. col. vlt. de feud. guard. Alex. in cons. 30.
num. 5. lib. 1. Dec cons. 185. post n. 4. Paul. Cast.
in cons. 176. exord. videtur dicendum dictã Ma-
riam n. 3 lib. 1. Curt. sen. cons. 49. Curt. iun. in 2.
p. tract. feud. tit. de feud. laic. q. 7. atq; Paris. in
cons. 23. n. 145. & seq lib. 1.*

14 Nec quisquam dicat, quod Aloysius reci-
piens confirmationem sub illa conditione
sibi concessam, censeatur ei consensisse; Quo-
niam omnes paulò ante memorati autho-
res probant, quod ex receptione simplici
alicuius priuilegij non inducitur consensus
in derogationẽ iuris antea quæsiti ex prio-
ribus donationibus, idq; *Alex.* expressiùs
explicat *in cons 33. n 10. et seq. lib. 5.* propter
authoritatem *Innocent.* & aliorum *in c. acce-
dentibus, de priuil.* Qui scribunt, in dubio nõ
esse præsumendum quemquam velle renun-
ciare priuilegio, sed magis facere actum cõ-
trarium priuilegio propter execrationem
litium, quàm animo renunciandi antiquo
priuilegio. Accedit quod idem *Alexander*
scribit *in cons. 27. n. 4. & seq. lib. 3.* & maxime
quod Aloysius Regi supplicauerat pro con-
firmatione perpetua; Ideò non est credendũ
quod voluerit in aliquo iuribus suis cedere
argum. *l. cum de indebito de probat.* Confir- 1
matio enim in augumentum magis perti-
net, argum. *tex. in c. quis nesciat 11. distinct. c.
quamquam 23 distinct. et c. si aduersus, de hære-
tic. et not. Abb. in c. 1. de confirmat. vtil. vel inu-
til.* & valdè iniquum esse, eam, quæ bene-
ficium esse solet, in damnum atq; iniuriam
supplicantis conuertere, contra regul. *l.
quod fauore, de legib.* Ex his etiam apparet
beneplacitum istud, nec morte Regis fuisse
extinctum, quia nec expressa eius voluntate
potuisset reuocari. Tanto magis quod (vt ex
actis apparet) Aloysius tempore quo pro cõ-
firmatione prædictæ donationis Regi sup-
plicauit, ignorabat eas confirmationes, qua-
rum paulò ante mentionem habuimus, ideò
non potest videri, quod voluerit eis renun-
tiare (vt ostendimus) & constitutio *tex. in c.
si gratiosè de rescript. in 6.* ex quo ea regula,
deducitur, beneplacitum Principis morte fi-
niri; Loquitur de his rebus, quæ ex simplici
Principis liberalitate proficiscuntur, quæ in
ipsa concessione possunt recipere omnem
conditionem, sicut penitus possent denega-
ri, argum *l. in traditionibus, ff de pactis.* Hanc
autem confirmationem Rex denegare non
poterat, nec confirmando antiquam dona-
tionem, quicquam ipse largiebatur de suo;
ideò beneplacitum per mortem extingui nõ
debuit; Præsumitur enim Princeps in eadẽ
voluntate perseuerare, ne sine causa subdito
benemerito iniuria inferatur, argum. eorum
quæ traduntur à Docto. *in l. centesimis. § fin ff.
de verb. oblig.* etiam *Couar. lib. 3. var. res cap. 15.*

Non

15 Non enim credendum est, Regem Sanctissimum, qui dum vixit, iustitiam inuiolabiliter coluit, morientem voluisse in aliquo eam offendere, nam quemadmodum non debent Principes quicquam velle, si iniustũ atque iniquum sit, vt tradit *Paris.in cons.86. n.242. lib.4.* Quia non habent potestatem aliquid agendi cum peccato, vt sapienter declarat *Andr.ab Iser. in c.1.§.fin. col.penult. de capitan.qui cur.vend. & in c. Imperialem in princ.colum 6. & in §.penult. in addit.col.1.de probibit feud.alien.per Frider. & in Rub. propè finem,in tit. quæ sunt regalia, & in eod. tit. in verbo flumina 1.col. & in verb. vectigalia col. fin.Bart.in l.fin. C.si contr.ius vel vtilitat.publ. & Paris.in cons.6.n.51. lib.2.* Sic etiam non præsumuntur aliud velle, quàm quod iustitiæ conueniat, & æquitati. Vt not. *Iason in l.iustitia col.2. ff. de iustit. & iur.* vbi scribit, quod Principis voluntas præsumitur qualis est legis, & rationis naturalis, & eleganter *Bald.in l.æmilius col.fin. ff. de minor.* Magnus (inquit) est Cæsar, sed maior ratio, & veritas. Idem *Iason.in l.ex facto n.5. ff de vulg.& pupill.subst.Deti.in cons 64 n.7.Senatus Pedemonta.in dec.9.n.* 18.*Aym.Cranet.in cons.178. n.9.*& elegantius *in cons.135.n.44.* Vbi inter cætera scribit post *Bal.* quem refert, quòd Princeps, qui tenet supremam potestatem, seruare debet summam honestatem, & æquitatem, tamquam regulã, & *Luc. de Pen. in l. si diuina, C. de exactor. tributo. lib.* 10.*col.5.* scribit, quod Princeps præsumitur carere dolo, ambitione, & ignorantia, & conferunt alia multa, quæ de Principe sapienter tractat idem *Luc. in l his quidem col.3. C. qui milita.non pos. lib.*12.& idem *Cranet.in cons. 9.n.37.* Quòd Principis debet agere cũ subditis non secus, ac cum filijs, & nepotibus; per *tex.* vbi not. *Ias.in l.si quis filium.C.de inoffic. testam.* Ad excludendam igitur à mente Sanctissimi Princeps omnem iniquitatẽ, fateri oportet, eum nullo pacto voluisse, vt per mortem suam reuocaretur donatio perfectè Aloysio quæsita: Nam vt *B. Gregor.* summum in Regibus, ait, Bonum est iustitiam colere, & sua vnicuiq; seruare, in subiectos non sæuire, non sinere, quod potestatis est, fieri, sed quòd æquum est, custodire.

16 Accedit etiam prædictis. Quòd cum ex prioribus concessionibus Aloysio ius perfectum quæsitum fuisset, aliqua noua confirmatione non indigebat, quæ si petita fuit, ad abundantiorem cautelam, fuit petita, vt respondit *Alex.in cons 33. lib.5* & non præiudicat primæ, nec recessum ab ea videtur per secundam impetrationem, vt not. *Canonistæ*,& maximè *Card. Zabar. in c.post electionem,in 2.not. de concess. preben.* vbi *Anania* reput. *glos.* singularem, licuit enim etiam respectu proprietatis, pro tutiori iure fouendo, plures concessiones coaceruare, *c.literas eod. tit.* & *d.c.post electionem*, vbi *Abb. in 3, not.* dicit se alibi nescire, *Deti. not. in l. nem. ex his § 1.ante fin.de reg. iur. Castald. in tract.o de Imperatore q.37.*& pulchrè *Cassado. dec.3. ante fin.tit.de caus poss. & propriet. Rom. cons. 433. quo ad primum num.7. Dec. in c. bonæ post num.5. de appell. Abb.* optimè *in cons.3. num.1.vol.2.Io.de Sell.tract.de benefic. p.3. q. 19. n.2.* Quæ intelligo max. procedere in possessore, ad tuendum iura sua, per ea quæ dicit *Lapus alleg,132.*& *Abb.* sentit *in d.cons. 3.n 1.*

Nec obstat generalis illa suspensio, cuius in priuilegio confirmationis mentio facta est, nam pari ratione fieri non potuit in præiudicium perfectæ donationis, & quatenus fieri potuisset, non pertinebat ad hanc donationem eiusdem Regis authoritate confirmatam; Generalis enim reuocatio Principis nihil detogat negotijs illis, quæ eius authoritate confirmata sunt *glo. in clementi. dudum,§ pen in verbo pacta de sepultur.et Bal. in cons.359.Petrus,& Cynus in l.priuilegia,C. de Sacrosanct.Eccles.* Nihil ergo prædicta confirmatio, quamuis extincta, nocere debet antiquioribus iustis concessionibus, secundum Regulas, *l.testamentum. C de testament. & l fin. C. de præd. tamiacis. lib.*11. & quæ eleganter scribunt *Hostiens. & Ioan. Andr.* atq; *Anton. de Butr. in c.nimis in primo de excessib. prælato.* Itaq; hic Aloysij hæres, cessante etiam confirmatione, ex primis concessionibus rectè ageret.

17 Postremo loco considerari potest, & fortasse non ineptè; Quod clausula beneplaciti ad confirmationem non referatur. Etenim verba Principis sic se habent (*Ad nostrum beneplacitum confirmamus,et quatenus opus est, de nouo concedimus*) volebat enim Rex humanissimus, etiam si ob Regni translationem, aut aliam causam Federici donatio esset extincta, ipse de suo largiri. Quo quidem casu noua donatio fuisset, & ideo liberè potuisset sub beneplaciti conditione donare: Itaq; ad hunc tantummodò casum prædicta clausula referenda est, nec quisquam huiusmodi interpretationem tamquã loquendi rationi contrariam detestetur. Quoniam ratio absurdi, atq; iniquitatis vitandæ eam confirmat, quemadmodum clausula finalis. Ita ad superiora est referenda ne alicui iniustè præiudicetur, vt probat *Gozadin. in cons.2.* Item ne sequatur absurdum, vt tradit *Paris.cons.79. lib.2. Afflict.in constit de præstand. sacram ab Aduoc. num.23. & Soccin.iun.in cons.166.n.61.lib.2.* Et generaliter

taliter omnis interpretatio fugienda est, per quam quisquam iniustè damnum pateretur, aut absurdum aliquod sequeretur, vt *Deci.* ait *in consl.64.n.8.et Crauet.in consl.12 1. n.5.* tantoq; iniquior esset ea interpretatio, per quam Aloysius priuaretur fructu suorū obsequiorum, quod ex multis donationibus ab eisdem Regibus in diuersas personas collatis, qui nou modo cum Aloysij meritis conferri non possunt. Sed nec vllam quidem operam Reipub. præstiterunt, nulla est quæ fuerit reuocata: Nec est credendum, eum Principem, qui hominibus parum de Repub. meritis tantum indulsit fidelissimo homini, atq; meritissimo, tantam iniuriam voluisse irrogare. Quod si fortè quis hoc sibi persuadeat, noluisse Regem vltra beneplacitum suum donationem consistere, hoc quidem factum non est laudandum. Ideo pro sua humanitate, atque pietate Sanctissimus Rex noster illud emendare deberet. Nam *Fortunius Garsias* elegantèr, & piè in *l.gallus §.et quid si tantum nu.305. de liber. et posthum. et Attus Pinell. in repet.Rub.C.de rescindend. vendit. 1.p. n.27.* admonent Reges successores suorum prædecessorum malafacta emendare debere. Sicut etiam hæres defuncti animam expiare tenetur, vt omnes *Doctо.not.in c.si diligenti, de foro compet. et in c fin.de sepult. Abb.in c. à nobis n.5 et 13.de sent.excom. Alex.in consl.4.n.21.lib.2.consl.99. nu.10.lib.4.et consl.97.n.8. lib.7.* Quod tanto magis in hac re suadendum est Regi, cum in mente Diui Ferdinandi, nulla iniquitas vnquam cadere potuerit. Denique omnem videtur difficultatem tollere ipsius Regiæ Cameræ decretum, quo nouissimè pronuntiauit, eos de familia Carolorū Ciues Aquilanos iustè retinere possessionem, immunitatis eis concessæ, ab eodem Federico; nihil refragante, quod idem Rex Catholicus prædictum priuilegium confirmauit, eacē clausula beneplaciti adiecta, & animaduertant sapientissimi iudices istorum confirmationem, eodem anno imperratam fuisse, quo Aloysius Ripolla suam confirmationem; ab eodem Rege meruit.

18 Ergo, Sanctissimi Iudices, Sanctissimo Regi consulite, restituendam esse donationem Aloysij posteris, nam hoc non minus Diui Ferdinandi religioni, quam Philippi pietati conuenit, qui secundum eius humanitatē, nedum benemerentes homines, verum etiā ignotos, & nihil de Repub. meritos beneficio vacuos nunquam à se dimittere consueuit, vt ad Imperatoris *Adriani* exemplum publici parentis nomen potius, quam Regis, & Domini apud omnes sibi comparauerit. Hoc ipsum expostulant ingentia Aloysij merita, & summa supplicantis ægestas, qui sicuti ab Aloysio maternum genus ducit. Ita ex patre Galzerano Scala procreatus est, qui vt ex ipso Diui Caroli Imperatoris inuictissimi testimonio constat, omnibus in bellis, vel cum Turcis, vel cum Gallis gestis fortissimam operam semper præstitit; dignissimasque equitum, & peditum præfecturas fideliter exercuit, & in illa nobili, semperq; memorabili Ticinensi pugna duos fortissimos adolescētes filios strenuissimè pugnantes amisit, & hic Liuius, qui nunc superest, ex quo per ætatem arma gestare potuit, nullum bellum prætermisit, in quo pro sui Regis vtilitate suam operam non præstiterit, nec periculum aliquod occurrit, cui fortiter se non obiecerit, & nunc duorum Nobilissimorum virorum progenies tanta opprimitur paupertate, vt Liuius iam senex, septem liberis, quos habet vtriusque sexus, nedum dotem constituere, sed nec digna alimenta præbere possit, ob nimiam egestatem, sed etiam vix viuendi habeat facultatem. Dignissimum ergo est, vt optimi Regis, parentisque publici iustitiam, atque beneficentiam experiatur, & munificentiam consequatur, & non minor huius Principis, quam *Tiberij Cæsaris* pietas videatur, qui *Æmiliæ Musæ*, hereditatem Fisco delatam *Æmilio Lepido* illius consanguineo, & *Patulei* equitis Romani *Marco Seruilio* prioribus tabulis scripto hæredi largitus est nobilitatem, vtriusque pecunia iuuandam esse præfatus, vt *Cornelius Tacitus* refert *in lib. 2. suarum historiarum.*

Franciscus Antonius Dactilus Pirronius, Iuris Ciuilis in Gymnasio Neapolitano matutinæ lectionis interpres.

AD

AD QVAEST. VII.

Bona subiecta fideicommisso, an deuoluantur commisso crimine læsæ Maiestatis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Criminis læsæ Maiestatis pæna, & inter eas confiscatio, remissiuè, num. 1. *Et quid in hac Ciuitate, ac* Regno *Neapolis, n.* 2. *&* 3.

Bona fideicommisso subiecta, an in confiscatione bonorum veniant, à num. 4. *ad* 12.

Et quid in feudis, ac maioratibus Italiæ, & Hispaniæ, à n. 13. *ad* 16.

Et in commoditate percipiendi fructus, durante vita delinquentis, num. 17. *&* 18.

Hanc decis. *typis edidit* Reg. de Marinis, *n.* 5.

1 Ne de Sole, an luceat cũ *Pyrrho*, vel de ligno, an lignum sit cum *Herillo*, disputare velle videamur, certa ab incertis secernẽdo; prænotãdũ est, quod inter alias pænas à legibus indictas contrà perpetrantes immanissimum scelus læsæ Maiestatis, Diuinæ, vel humanæ (quas congesserunt *Gigas, Bocerus, & Laudensis in sing. tract. de crimine læse Maiest. Scipio Gentilis integro tract. de coniurat. Ant. de Bellis de crim. læse Maiest. Feloaga in elucidat. ad l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. Iac. Gothofred. in discursu historico ad d. l. quisquis, Ant. Matthæus de crimin. ad tit. de leg. Iul. Maiest. Sauarus ad Sidonium lib. 1. epist. 7. Dempster. ad Rosinum antiq. Rom. lib. 7. c. 5. D. Ioannes Vela de delictis cap. de lege Iul. Maiest. Fornerius 3. rer. quotid. cap. 17. Pichard. de delictis, verb. lex Iulia Maiestatis, Larrea alleg. fisc. 65. cum duabus seqq. Boekelius de publ. Iudicijs disquis. 4. D. Ignatius Gastone in suis discept. fiscal.*, *Claras*, *Decianus*, *Farinac.* pluresque congesti per *Harpprecht in §. 3. Inst. de publ. Iudic.*) non leuior connumeratur bonorum publicatio, ex omni iure imposita, & præcipuè ex *Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript.* siuè *Nouell. 17. cap. 12. & Nouell. 134. c. vlt.* ex larissimè congestis per *Farinac. de heresi q. 190. Guazzin. de confiscat. bonor. concl. 13. n. 3. Massin. eod. tract. qu. 3. & 4. Castr. Palao oper. mor. tract. 4. disp. 5. punct. 1. Diana coordinat. tom. 6. tract. 7. de donat. resol. 25. n. 4. & 5. Fagnan. in cap. vergentis, de heretic.* ibiq; *in Commentar. D. Em. Gonzalez n. 9. & seq. Henric. Pirhing. tom. 4. Iur. Can. lib. 5. sect. 3.* §. 3. cum alijs in voto *Card. Castaldi*, de quo in *dec. 536. num. 8. p. 14. recent. P. Salelles Soc. Iesu de mater. Trib. S. Inquis. lib. 6. cap. 4. reg. 459. Cons. de Rosa consult. 4. n. 2. lib. 2. Boher. de decoct. debit. fisc. tit. 5. q. 24. ex n. 9.*

2 Quod paritèr procedit in hoc Neapolitano Regno ex *Constitutionibus* Imperatoris Federici, contra hæreticos, Apostatantes, Vsurarios, Perduelles, & similes, vt in *Const. Inconsutilem, Const. Apostatantes, Const. Vsurariorum, Const. Comes, Borrell. de Reg. Cath. præst. cap. 17. n. 25.*

3 Et licet Neapolitani habeant priuilegium à Catholico Rege *Ferdinando*, vt eorum bona pro quouis delicto non publicentur, excipitur tamen crimen hæresis, & læsæ Maiestatis in primo capite, vt in *cap. 14. d. Regis Ferdinandi, fol. 41. àt.* & in *Pragm. 3. de immunit. Neap.* repetuntq; *Affl. decis. 385. n. 4. Reg. de Curte in diuers. feud. cap. incip. nunc de altera n. 76. fol. 62. R. Ronit. super Pragm. 1. de immun. Neap. n. 12. Præs. S. C. Vrsinus de success. feud. p. 1. q. 7. art. 8. n. 18. vers. Postmodùm Reg. Tapia decis. S. C. 50. num. 6.*

T   *Danza*

Danza de pugna DD.tom.2. tit.de immun.Neap.cap.1.n.3.

4 Illud verò in dubium reuocatur, an confiscatio, & bonorum publicatio procedat etiam quoad bona fideicommisso subiecta?

Quam quæstionem fuisse agitatam in Regia Camera in causa *Io. Francisci de Aloys* Ciuitatis Casertæ, testatur noster *Author hic*, & iudicatum refert in Collat. Consilio sub die 28. Octobris 1567. bona omnia esse restituenda fideicommissario, qui de iure debet præferri Fisco, sicut alij creditores præferuntur in pœnis: *tot. tit.C.pœnis fisc.Cred.præf.* ex quo fideicommissarius quodammodò Creditor dicitur, quia non est successor defuncti, sed primi testatoris, *l. cohæredi, §.cum filia, D.de vulg.& pupil.* In qua causa suas quoque decisiones compilauere, *Reg.Reuert. in dec.336. & Reg.Salernitan. decis.* 50. licet nullam de reo mentionem fecerint; Et

5 hanc *Authoris* decisionem typis demandari curauit *Reg.de Marin.in lib. 1.resolut.cap.*148.*n.* 18. & 19. eamque recensent, & confirmant *Franc. Censal.ad Peregrin.de fideic. art. 31.vers.Et non tantùm fol.*202.*Conf.Franc.Maria Prat.discept.for.t.4.cap.5. n.86.& seq. Conf.de Rosa consult.4.n.37.lib.2.*

6 Et sic etiam per R. Cameram sub die 8.Iunij 1657.decisum testatur *R. de Marin.lib.1.resol.cap.166.num.12.* ipsomet referente in causa fideicommissi D. *Alexandri de Montibus Marchionis Achaiæ*, qui vltrà expressam prohibitionem alienationis bonorum fideicommissi, disposuit, vt nullo vnquàm tempore fisco ius aliquod acquiri possit, vbi fideicommissi possessor in perduellionis crimen, adhuc in primo capite inciderit, sed quod eo casu in bonis fideicommisso suppositis alij vocati ex propria persona succedere deberent; & habetur in *Arrest.696.* ex recollectis per *eundem.*

7 Et licet asserant DD. aliqui, expressam prohibitionem testatoris, quod in casu delicti bona in fiscum non transeant, in fraudem fisci factam intelligi debere, per *text.in l.filiusfam.*114.*§. Diui*, ibi: *Neque Fisco fraudi esse, D.de leg.2.* & ibi *Ripa n.2.* quia delinquendi causam præbet, vt ex *Bald.* ait *Molina de primog. lib.4. cap.11.n.27.*

8 In eo tamen sensu, & casu intelligendi sunt, quando ipsemet disponens, & fideicommittens deliquit, & delictum meditans, vt bonorum suorum publicationem euitaret; eidem fideicommisso bona sua subiecit cum expressa prohibitione, ne in Fiscum in casu commissi criminis transirent, secùs verò est, quando pater, vel testator, qui nihil deliquerit, ità disposuerit: tunc enim non modò non dicitur huiusmodi dispositio in fraudem fisci facta, quia intentio prohibentis ordinata potiùs censetur ad conseruanda sua bona inter descendentes, & ad publicam vtilitatem excogitata, vt scilicet filij ad prædicti fideicõmissi commoda vocati, timore pœnæ à delinquendo retrahantur, vt declarant *Tob. Non. cons.97. n.2. Peregrin. de Iure Fisci lib.5.tit.1.nu.*103. *& seq. Farinac.q.25.nu.23.& seqq. Vermigl. cons.57.n.1. Mastrill. dec.181.per tot. Guazzin.de confiscat.concl.13.limit.17. n.22.& concl.27. nu.7. & seq. Philipp. Knipschilt de fideicomm. famil. nobil. cap.16.num.350.& 368. Aloys.Mansi consult.340.nu.29.& 30. & cons.341. n.2.& 3. Card. de Luca de Regal. disc. 160.num. 10.& seq. M.Anton.Sabell.in summa diuers.tract.t.1.§.confiscatio 37. n.16.*

9 Quæ sanè conclusio probatur, ex *l.eorum 9.D.ad l. Iul. Maiest.* vbi expressè deciditur, quod iura libertorum propter crimen læsæ Maiestatis non confiscantur, sed filijs reseruantur, cuius ratio redditur, quod hæc iura sint personalia, & ad extraneos non transeant, *Alciat. cons.67. lib.6. Peregrin.de iure fisci d.lib.5.tit.1.n.97.* Bona autem fideicommisso subiecta ad extraneos hæredes non transeunt, stante expressa alienandi prohibitione:

ne i Ergò neq; in Fiscum delinquendo, qui vt extraneus hæres in bonis confiscatis succederet, ex dictis *in q. 1. huius §.*

10 Arrident *textus in c. Imperialem §. illud, de prohib. feud. alien. per Feder. cap. si Vasallus, si de feud. controu. fuer.* vbi habetur, ob delictum vasalli non confiscari feuda illa, quæ tantùm iure sanguinis, aut ordine geniture deferuntur, non verò ad hæredes extraneos transeunt. Facit etiam, quod ob delictum perpetratum amittuntur tãtum bona propria, & libera, non autem aliena, quæ quis à maioribus suis habuit, *l. 3. D. de interd. & releg. l. emancipatum §. fin. D. de Senator.*

11 Præterea, qui non potest præiudicare contrahendo in præiudicium alterius, similitèr non potest illi præiudicare delinquendo, *l. si filius 3. C. de bon. proscript.* & publicatio bonorum alienationi æquiualet, *l. Imperator l. rogo D. de fideic. libert.* Imò fideicommissum non habet ab eo, qui delictum commisit, sed ab institutore *ad text. in l. cum patronus D. de leg. 2. et l. si arrogator D. de adopt.*

12 Ex quibus, aliisq; consultò omissis rationibus, huiusmodi sententiam pro veriori amplexi sunt communiter Interpretes, quod in fideicommissis non succedat fiscus ob delictum possessoris, *Molina de Hisp. Primog. lib. 4. cap. 11. n. 5. et seq.* alter *Molina t. 3. de iustit. disp. 656. Peregrin. de Iure Fisci lib. 5. tit. 1. n. 98. et seq. & de fideicom. art. 31. n. 102. ibiq; in add. Censal. vers. tertia conclusio, fol. 201. & seqq. Knipschilt. de fideic. famil. nob. cap. 16. ex nu. 306. ad seqq. Fusar. de substit. qu. 529. Menoch. cons. 805. & 808. vol. 9. Castr. Palao oper. moral. t. 1. tract. 4. disp. 4. punct. 7. n. 8. Mieres de maiorat. par. 4. q. 23. Guttierez 2. practic. q. 66. Castill. tom. 6. contr. cap. 160. n. 8. Sarmient. lib. 3. select. c. 3. Gnazzin. de confiscat. concl. 17. & 26. Gibalin. de negot. vniuers. t. 2. lib. 6. cap. 2. art. 12. R. de Marin. lib. 1. resol. cap. 166. n. 11. & lib. 2. resol. cap. 18. n. 2. et 3. & in obs. ad R. Reuert. dec. 336. t. 1. Cons. Petr. super rit. M. C. 220. n. 32. vers. sed bona, Cons. Altimar. in obs. ad R. Rouit. cons. 1. n. 26. to. 1. Carol. de Rosa ad Consuet. Neap. de success. ab intest. nu. 596. et seq. Sabell. in summa diuers. tract. t. 1. §. confiscatio n. 8. Episc. Fermosin. alleg. fiscal. 15. per tot. et alleg. 33. n. 38. D. Emanuel Gonzalez Tell. in comment. ad lib. 5. Decretal. in c. vergentis n. 11. de hæretic. D. Ioannes Torre in tract. de success. in maiorat. et primogen. Italiæ p. 1. cap. 31. per tot.*

13 Nec obstat argumentum illud de feudo ad maioratum, quia nempè feuda propter læsæ Maiestatis crimen, tàm diuinę, quàm humanæ in præiudicium agnatorum confiscantur, *c. 1. §. deniquè, quæ sit iusta causa benef. amitt. c. 1. §. si Vasallus, si de feudo fuerit controuers. inter Dom. & Agnat.* Ergò &c.

14 Siquidem verum est in feudo ad hæredes transitorio, & redacto ad instar Patrimonialium, quod potest ob delictum confiscari, non verò in antiquo, & familiari, quod confiscari nequit, nisi is, contrà quem hoc facinus commissum fuit, eiusdem feudi sit Dominus; tunc enim propter feloniam in Dominum commissam, ad ipsum directum Dominum feudum reuerti debet in sequentium successorum præiudicium, vt obseruant *Antonell. de loco legal. lib. 3. cap. vlt. qu. 8. ex nu. 56.* aliiq; apud *cit. Torre de maiorat. d. cap. 31. §. 3. n. 56. et seqq.*

15 Sed feudatarius possidens feudum ex pacto, & prouidentia antiquum, si committat delictum directè contrà Dominum, àn illud feudum applicetur Domino, vel potiùs ad agnatos proximiores deferatur? Et *Reg. Lanar.* relatis DD. opinionibus concludit pro Domino, *in repet. feud. cap. 1. si vasall. feud. priuet. cui deferat*; quem sequitur *Falc. nepos in add.* vbi ità decisum refert in causa Aloysii Caietani cum Comite Murconi, & Marchione Gruptularum, de quo articulo latè agunt *Reg. de Curte in diuers. feud. par. 1. fol. 59. ex nu. 37.*

ad seqq. De Medic. cons. 3. & cons. 168. vbi latè Reg. Galeota in add. num. 32. & seqq. Bottilier. de success. ab intest. theor. 107. Pras. Vrsin. de success. feud. par. 1. q. 7. art. 1. & seq. Consil. Altimar. in obs. ad Reg. Rouit. cons. 1. num. 28. & seq. tom. 1.

16 Aduertendum tamen est, quod præfata omnia adaptantur potiùs in fideicommissis Italiæ, quàm maioratibus Hispaniæ; in his enim cum plerumque accedat Regius assensus, & facultas cum declaratione, quod non fiat præiudicium Regio Fisco, ob delicta lęsæ Maiestatis, absque dubio in prædictis casibus confiscatio nequit euitari, *Reg. de Curte par. 1. diuers. feud. fol. 61. num. 63. Fermosin. d. alleg. 15. num. 11. & seq. Gonzalez Tellez in comment. ad lib. 5. Decret. tit. 7. de hęretic. cap. 10. num. 11. vers. qua sententia limitatur, Card. Castaldus in dec. 36. par. 13. recent. num. 75. & seqq. Torre d. cap. 31. num. 7.*

17 An verò saltèm cōmoditas percipiēdi fructùs pertineat ad Fiscum, durāte vita delinquentis? Pro Fisco multū pugnant, ex eo, quia licet vsusfructus formalis ob alienationis prohibitionē sit inalienabilis, non tamen prohibetur alienari quædam facultas fructuum, seù commoditas percipiendi fructus ipsius maioratus, post alios *Torre d. cap. 31. §. 11.* licet dissentiat *Carol. de Rosa ad Consuetud. Neap. in Consuetud. si moriatur num. 590.*

18 Quæ opinio licet sit vera, quatenùs agatur de simplici fideicommisso, adiecta alienationis prohibitione, nō tamen cum clausulis denotantibus priuationem fideicommissi ante delictum, & cū expressè dictū sit, quod neque commoditas percipiendi fructus ad Fiscum possit transire, durante vita, ad tradita per *Fermosin. d. alleg. fisc. 15. num. 24. Mansi consult. 111. num. 38. Torre cap. 31. §. 2. num. 40. & seqq.*

AD QVAEST. VIII.

Si fideicommissum sit factum, *si sine liberis decesserit*, an bona publicentur commisso crimine ab illo, qui liberos procreauit.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Fideicommisso facto, si sine liberis decesserit, an bona publicentur, commisso crimine lęsæ Maiestatis per granatum, liberos habentem? Pro Regio Fisco arguitur, à n. 1. ad 7.

Sed contrarium amplectitur cum Dom. Reg. hìc, quod bona fideicommissarijs restituantur, à n. 8. ad 13.

Hanc decis. *transcripsit* Reg. de Marinis, *n. 9.*

Et quid si filij essent nati ante delictum, n. 14.

1 EAdem in causa, de qua in *præcedenti decisione*, alia euenit non modica difficultas, ex quo fideicommissum erat factum cum hac conditione, vt si grauatus sine filijs decessisset, teneretur restituere fratribus; & commisso crimine læsæ Maiestatis, fuit capite truncatus, eiusque bona publicata, relictis filijs: Quapropter Fiscus opponebat, bona non esse fideicommissarijs restituenda, quia non erat factus casus restitutionis; si nempè sine liberis decesserit; cum in conditionibus merum factum attendatur, an scilicet naturaliter viuant, nec sit quærendum, an possint succedere, *Rota decis. 151. per tot. p. 3. recent.* probaturq; ex *l. qui hæredi*

vedi in princ. & l.Manius, D.de condit. & demonstr.

2 Præterea vrget *text. in l.filius fam. §.cum quis rogatus D.de leg.1.* vbi sufficit, quod grauatus procreauerit filios, ad hoc, vt fideicommissum expiret, licet filij prædicti hæredes non sint, nec bona obtineant; non enim est inconueniens, vt quis faciat deficere conditionem, & tamen non possit succedere, *Salycet.in l.1.C.de condit. incert. Gratian. discept.for.599.n.24. Fusar.cons.88.n.10. Rota decis.151.n.1. et 2.p.3.recentior.*

3 Et sic, vbi etiam ex testatoris iudicio fœminę exclusę essent à successione, adhùc tamen illarum existentia de facto sufficeret ad impediendam purificationem conditionis, sub qua quis vocatus erat, iuxtà celebrem, ac in materia magistralem decisionem in *Romana fideicommissi de Soricijs corā Carillo inter suas decis.266.* repetitam apud *Mansi consult.80. t.1.* ex eadem ratione, quoniā stant benè simùl, aliquem non esse successibilem, & tamen impedire purificationem conditionis, *Card.de Luca de fideicomm.disc.urs.40.*

4 Confirmatur ex *textu in l.quisquis, §.vxores C. ad l. Iul. Maiest.* vbi sola existentia filiorum, licet incapacium, facit, quod mater sit vsufructuaria, quæ aliàs fuisset proprietaria, filijs non existentibus, & omnia demum ipsa mortua ad Fiscum deferuntur, *Farinac.p.5.q.116.nu.121. Ant.Matth. t.3.cap.3.n.22.*

5 Pugnat insuper *text.in l.ex facto, §. ex facto, D.ad Trebell.* vbi si quis est institutus, & grauatus de restituendo hæreditatem Titio, si ipse hæres moriatur sine liberis, filij qui sunt nati, vel concepti, antequàm hæres sit deportatus, faciunt deficere conditionem, secùs si nati, vel concepti sunt post hæredis deportationem: In casu autem, de quo hic, filij erant nati ante crimen hęresis per eum patratū: Ergò faciunt deficere conditionem in fauorem fisci, vt est *glos. in ver. decessisse*, *Surdus cons.90. num.21. et 22. vol.1.*

6 Nec obstare videtur, quod filij rebellis sūt insuccessibiles, incapacesq; & sic pro mortuis habentur; quia ad hoc, vt dicatur euenisse conditio substitutionis, non sufficit, quod pro mortuo habeatur, sed mors naturalis requiritur, *d.§. ex facto, & l.statius §. Cornelio felici D.de iure fisci*, vbi loquitur in deportato, quem volunt omnes pro mortuo reputari, & tamen per deportationem negat *text.* ille, esse locum substitutioni conceptæ, si decesserit sine filijs; Imò estò pro mortuis habeantur, hoc est per fictionem, nàm verè viuunt, quia ambulant, rident, & omnes actus, vt prius, naturalitèr exercent: Conditio autem sub qua fuit cōceptum fideicommissum, debet verificari, non in actu ficto, sed in vero, vt in principio dicebamus, ex *d.l.Manius*, & verbū, *decedere*, importat mortem naturalem, *l.intercedit D. de cond.et demonstr.l. qui duos §.si maritus D.de reb.dub. l.si decesserit D.qui satisd.cog.*

7 Propensiùs dicitur, quod habentur quidem prò mortuis, sed non in omnibus, quia interim potest restitui, & bona reacquiri, vt *in d.l.intercedit, & d. §. Cornelio*, & potest ante eum decedere fideicommissarius: Cum igitur mors ciuilis non producat in omnibus eundem effectum, quem produceret mors naturalis, nō faciet euenire cōditionem fideicommissi, sicut si esset mors naturalis, vt latè fundat *Surd.cons.90. num.23. & seqq. vol.1.*

8 His tamen non obstantibus contrarium concludit noster *Author hic num. 7.* quod nempè bona restituantur fideicōmissario, etiam quod existant filij rebellis, quia cum ipsi sint incapaces, ex *l.quisquis §. filij C.ad l. Iul. Maiest.* habētur pro non natis, & paria sunt non esse, & inutilitèr esse, vt in puncto firmat *Fab. de Anna lib. 1. cons.9. num. 13. & 14.* & sic idem noster *Author* decisum fuisse testatur

die

die 28. Octobris 1567. accedente voto Spect. Regentium, quod fratres *Io. Francisci de Aloys*, qui fuerat decapitatus ob crimen lęsæ Maiestatis diuinæ, venirent ad eius bona ex fideicommisso Patris communis, excluso Fisco, & filijs. Et hanc *Authoris decisionem* typis imprimendam

9 duxit, *Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap.* 148. *num.* 20. *& seqq.* eamque refert, & sequitur *Montan. de Regalib. tit. bona cōmittentium crimen lęsę Maiestatis num.* 10. *fol.* 302. & habetur etiam decisio eiusdem causæ apud *Reg. Reuert. decis.* 336. & *Reg. Salernitan. decis.* 50. *num.* 21. *& seqq.*

10 Nec obstant argumenta adducta, quia quando sunt penitùs incapaces, tunc Fiscus non capit ab ipsis, sed defertur agnatis proximioribus, vel fideicommissarijs hæreditas, ac si ipsi nunquam nati fuissent; Et *text. in d. l. quisquis §. vxores*, procedit, quando proprietas fuerat patris, & ob rebellionem ipsius fuerat deuoluta Fisco, quia ità erat concepta donatio vxori, vt firmat noster *Author hic nu.* 10. *&* 11.

11 *Text.* verò *in l. ex facto §. ex facto D. ad Trebell.* non debet intelligi secundum *Glos.* ibi; quia *Vlpianus in d. §. ex facto*, in primo responso non declarat, cui nàm deferantur bona, fisco nè, an filijs; & quod ibi filij habeantur pro iàm natis ad ipsorum beneficium, quia erant capaces ad succedendum, & per consequens ad excludendum fideicommissarium, quia filius deportari de illo iure capax est ad successionem, *l. 1. & l. fin. D. & C. de bon. damn. Author hic num.* 8. vnde licet *Bart.* alijq; communitèr firment *in d. 1. responso* fideicommissum deficere ad fauorem fisci; re vera tamen ex illo *textu* hoc non probatur, quoniam sensus *Vlpiani* est, vt filij ante deportationem concepti faciant deficere cōditionem fideicommissi contrà fideicommissarium, de quo agebatur ibi, pro intelligentia mentis testatticis, *Andr. Siculus in l. cum acutissimi in 2. arg. partis affirmatiuæ C. de fideicomm. Oddus Perusin. de substit. compendiosa partic. 6. inspect. 2. concl. 3. Ioseph. de Rusticis in tract. an, & quando filij in conditione positi censeantur vocati lib. 1. cap. 2. num. 69. & seqq.* Imò *Vlpianus* in dicto primo responso, non agit contra filios, sed contra fideicommissarium: Ergò hoc supplere contrà filios, qui faciunt deficere coditionem, esset diuinatiuum, *Marta de success. legal. par. 1. q. 8. art. 2. n. 4. 5. & 6.* & latè interpretatur *Amaya in l. 1. C. pæn. fiscal. à num.* 28. *& lib. 1. obseru. cap. 11.* qui *& cap. 12.* insurgit contrà *Anton. Fabrum lib. 17. coniect. cap.* 20. curantem illum *textum* emēdare, & attribuere *Triboniano* magis, quàm *Vlpiano*.

12 Filij autem damnari pro crimine lęsæ Maiestatis, quia omninò incapaces, pro mortuis habentur, ideò grauatus dicitur decessisse fine liberis, & per consequens substituto fit locus, & DD. *in d. l. ex facto §. ex facto*, dicunt, in dànnato ad metallum statim diem fideicommissi extitisse, nec mortem naturalem esse expectandam, itaùt verè fine liberis statim decessisse dicatur, vt concludit post alios *Cons. Fab. de Anna lib. 1. cons. 9. n. 17. &* 18. Nec est in consideratione, quod mors ciuilis non operatur eundem effectum, ac mors naturalis, ex quo posset is, qui fuit damnatus, restitui; tùm quia dependet hæc restitutio à voluntate Principis, & ideò iudicatur impossibilis, *l. apud Iulianū §. fin. D. de leg. 1.* tùm etiā quia est *text.* in contrarium *in l. intercedit in fin. D. de condit. et demonstr.* vbi damnatus ad metalla habetur pro mortuo, & non admittitur, quamuis à Principe possit restitui; Ergo restitutio, quæ fieri posset, non impedit, quominùs habeatur pro mortuo.

13 Sed omnis contentio tollitur, ex quo illa opinio, quod ex delicto paterno filij, & descendentes, confiscationem patiantur in bonis independentèr à patre sibi deuolutis, vt sunt fidei-

fideicommisso, ac maioratui suppo-sita,nō placet *Molina de Hisp.primog: lib.4. cap.11. num.* 51. & latè defendi-tur a *Knipschilt de fideicomm.famil.no-bil.cap.16. num.*318. *et seqq.* ac vti ve-riorem amplectitur *Io: Torre in tract. de success.in maiorat. par.1. cap.*31.§.4. quia cum maioratus successio à pri-mo institutore,non autem à sequenti successore pendeat, ex eo tempore, quo filius natus est, illi acquisitum fuit quoddam ius formatum ex spe firma, & inuariabili, quod ius etiam patre viuente formatum,& conside-rabile, nulla lex de crimine lęsæ Maiestatis loquens, filio auferre va-let, sed solùm potentiam succedendi in ijs, quæ eo tempore acquisita non erant, *Menoch. cons.*808. *n. 9. et seqq.* alijque penès *Molin.vbi suprà nu.* 53. firmantquè *Add. ad Molin. d.l.ex nu.* 50.*ad* 57. *Rox. de incompatibil.par.3. cap.2.num.*33.*Castr.Palao oper. moral: tract.*4.*disp.*5.*punct.*18. *n.*1. *et* 2.

24 Et quatenùs contraria sententia esset sequenda, ea nullatenùs proce-deret in casu, quo filius natus esset ante delictum, vt in specie præsentis *decis.* vbi filij erant nati ante crimen hæresis perpettratum. Nam pœna in-famiæ, & incapacitatis successionis, quæ à iure filijs hæreticorum, aut re-bellium infligitur, ad natos ante cō-missum delictum nō extenditur, *Cal-derin. cons.*3. *de haeretic. per tot.* cum alijs apud *Molinam d.lib.*4.*cap.*11.*n.* 53.vbi dicit,'quod hæc opinio est se-quenda,tametsi multi contrariam te-neant,& multis relatis comprobatnt per *Rox.de incompatib.p.*3.*c.*2.*nu.*24. *Cons. Paschal. de patr. potest. p.*4.*c.*5. *n.*55. *Palao d.tract.*4. *disp.*7. *punct.*2. *n.*15. *Marta vot.* 252.*per tot. et p.*1.*de success.legali q.*7.*art.*1.*num.* 9. *et seqq. Reg.de Marin.lib.*2.*resol.cap.*95.*n.*1.*et seqq.*vbi pro filijs natis ante delictum veriorem censet opinionem, secun-dùm quam iudicatum refert per Re-giam Cameram in causa perduellio-nis olim *Principis Santiæ*, cnius filij ante delictum nati ad fideicommis-sum gentilitium fuerunt admissi; Ad-dit insupèr *Marta d.art.*1.*n.*10. quod *d. l. quisquis*, quoad filios hodiè non seruatur,neque in vsu habetur.

AD QVAEST. IX.

Quando in refutatione fit exclusio fœminarum, an ex hoc reddatur inualida refutatio; vel sit sim-plex, vel conditionalis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Refutatio facta filio pro se, & filijs masculis tantùm, exclusis fœminis, an sit valida,n.*1.*& n.*4.

*Refutationes proximè successuris factæ, conditionalitèr,& non purè,an absq; assensu valeant,n.*2.*&* 3.

*Et quid in contractu obligationis feudi, vel reseruato vsufructu, vel aliqua annua quantitate, à n.*5. *ad* 7.

*Feudatarius, an possit in fauorem masculi de familia disponere, exclusa fœmi-na legitima succeditrice, ac etiam substitutionem facere, à n.*8.*ad* 13.

*Fideicommissa, an institui possint in feu-dis infrà terminos successionis in hoc Regno,n.*14.*et* 15.

HVius decisionis spe-cies eam tangit dubietatem,an re-futatio absque as-sensu, quæ conti-net pacta alteran-tia naturam feudi, aut reseruationes, per quas refutanti reseruatur ius in feudo,sit valida?

1 Qua in quæstione noster *Author hìc num.*29. decisum refert in causa *Ill. Ducis Magdaluni cum D. Ioanna Carafa*,ipso referente in Reg.Collat. Cons. die 19. Ianuarij 1571. quod donatio facta per olim *Ducem Mag-daluni* suo filio primogenito pro se,

&

& filijs masculis tantùm,esset inualida, tanquàm refutatio ex defectu assensus nulla, quia exclusio fęminatũ non potest fieri sine assensu,cum mutet naturam feudi, vti contrà inuestituram, quæ dat legem, & naturam feudo, maximè, quia vocabantur masculi vlteriores in gradu, quo casu oriebatur quodammodò fideicõmissum in personam aliorum masculorum, & feudum de hæreditario efficiebatur feudum ex pacto, & prouidentia.

2 Quæ conclusio confirmatur, quia, licet Iura feudalia, quæ strictissimè feudalium rerum alienationem prohibuerunt, hunc rigorem relaxauerint, vbi feudatarius feudum ipsum à se abdicando, in alium in eadem inuestitura comprehensum,ac proximè successurum transfert, quam nostri *refutationem* vocant, vt *in cap. 1. §. & si libellum, de alien. feud. paterni, in c. 1. §. sed etiam, per quos fiat inuest.* & propriè *in cap. 1. de Vasallo decrepitę ætatis*; Attamen, vt hæc refutatio valeat, requiritur, vt sit pura,& simplex, nullamq; admixtam habeat conditionem, aut reseruationẽ, itaut refutatarius omnem feudi commoditatem consequatur, ex *Baldo in cap. 1. num. 6. de alien. feudi paterni, Præs. de Franch. dec. 71. n. 17. & decis. 591. n. 4. Reg. de Ponte cons. 12. nu. 16. & 17. & de potest. Pror. tit. 2. de refutation. feud. §. 1. R. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 8. Reg. Marcian. disp. 80. n. 19. Præs. Merlin. controu for. cent. 2. c. 57. n. 5. P. Molfes. ad Consuet. Neap. p. 4. tit. de renunc. q. 1. n. 6. Cons. Roccus in tract. de officys rubr. 13. §. Quintus casus est num. 25. Cons. de Rosa lib. 1. consult. 59. n. 4.*

3 Conditiones autem,seù qualitates refutationi adiectę, quę ipsam feudi naturam alterant, dubitari non potest, quin illę totam refutationem corruere faciant, *textus est in Cap. 1. §. profectò. de lege Corradi.* secundum communem intellectum,cuius verba sunt: *Profectò ille, qui suum beneficium alijs dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habet, ut si habeat sibi, suisque hęredibus (quod intelligi debet de solis masculis) non debet alys dare, vt habeat ipse, & sui heredes masculi, & fœmina; vnde quibusdam placet, quod qui talitèr dedit, eo ipso beneficium amittit*: Et licet *textus* alias opiniones referat, nihilominùs hæc ibi communitèr recipitur, *Isernia ibid. sub num. 14.* ibi: *Et hoc videtur verius*, & ante ipsum *Iac. de Beluiso*, qui *textum* illum legit sub *§. similiter*, & ibi *Bald. & Aluarot. nu. 1. Camerar. in cap. Imperialem fol. 32. col. 3 lit. P. Marcell. de Mauro alleg. 28. sub nu. 7.* quem sequitur *Consil. Rosa d. consult. 56. num. 13.* Et hoc maximè procedit in hoc Regno, in quo feudatarij non possunt dare sub alia forma, & natura, quam ipsi habent,sed nec sub eadem lege dare possunt sine Regio assensu, vt ex *Constit. Regni, Constitutionem Diuæ Memoriæ*, rectè obseruat *Reg. Capyc. latro consult. 81. num. 18. lib. 2.*

4 Cum igitur in casu *Authoris* nostri donatio facta fuisset filio primogenito pro se, & filijs masculis tantùm, cum vocatione masculorum vlteriorum in gradu, dubitari proindè nullo modo potest, immutari horum feudorum naturam de feudis hæreditarijs, & in quibus fœminæ, etiam secundùm leges Regni succedunt, in feuda ex pacto, & masculina, perpetuoque fideicommisso subijci, quæ omnia nullatenùs subsistere possunt, nec etiã cum assensu Proregis, ideoq; omninò donationem irritant, vt in terminis habetur apud *R. Capyc. latr. in consul. 81. & 82. lib. 2. Cons. Marcell. Marcian. cons. 52. & 69. vol. 2.* & *Præs. Vrsin. in seq. cons. 70. Cons. Ioseph de Rosa lib. 1. consult. 59. à num. 15.* & ante eos *Marcell. de Mauro d. alleg. 28. sub num. 7.*

5 Vnde contractus obligationis feudi,licet cum proximè successuro initus, tanquàm non continens simplicem refutationem, nullius est roboris, vt iudicatum refert *Camerar. in d. cap.*

d. cap. Imperialem fol. 31. lit. A. & *Reg. Lanar. conf. 18. num. 5.* decisum tradit, obligationis contractum, eò quod refutatio non sit, cum proximè successuro, non valere in causa *Ill. Marchionis S. Lucidi*, quam etiam refert *Praes. de Franch. decis. 71. n. 17.* & *in decis. 591. num. 2.* concludit, non valuisse donationem Terrae *Limatulae* factā à *D. Virginia Gambacurta* eius filio, eo quod aderat pactū, quo feudum remanebat obligatum; Proùt etiam reseruatio non valet, si per illam constituitur ius in feudo, puta, si pro obseruantia promissorum hypothecae subijciatur, vel si alia pacta apponantur, *Loffred. conf. 3.* & *9. Anna alleg. 35. Praes. de Franch. decis. 3. num. 9. Reg. Lanar. conf. 73. num. 3. De Georg. alleg. 17. num. 45. Reg. Marcian. disp. 80. num. 19.* & *seqq.* & sic esse intelligendam decisionem relatā per *Reg. de Ponte decis. 12.* ait *Conf. Altim. in obs. ad R. Reuit. conf. 59 n. 11. lib. 2.*

6 Similitèr si à refutante ad sui commodum est reseruatus vsusfructus, & super eadem reseruatione non fuerit specificè impetratus assensus, ex indiuiduo voluntatis contrahentium, qui vtiq; vnum sine altero non egissent, corruit etiam ipsa feudi refutatio pactionata, proùt egregiè post alios probant *Reg. Marcian. disp. 80. Conf. Rocc. de offic. rubr. 13. §. 5. n. 26.* & *seqq. Card. de Luca de feudis discurs. 76. num. 1. Conf. de Rosa d. consult. 59. num. 12.* & *seqq. Conf. Altimar. in obs. ad Reg. Reuit. d. conf. 59. num. 1.* & *seqq. Episc. Rocca disp. iuris cap. 60. num. 7.* & *8. vol. 1.* & *cit. de Rosa nu. 10.* respondet illi celebri doctrinae *Isernia in c. 1. §. et si libellum num. 4.* & *seq. de alien. feud. paterni*, asserentis, quod *refutatio vaicat*, *caetera pacta non*, quae est intelligenda de pactis extraneis, & separatis ab ipsa refutatione, secùs quando sunt correspectiuè ad refutationem, & refutans non esset aliàs refutaturus, proùt etiam interpretantur *Loffred. d. conf. 3. num. 18. Lanar. conf. 73. num. 3.*

7 Valere autē refutationē, si nō fuit reseruatus vsusfructus, sed adsit aliqua annua reseruatio in pecunia, vel in fructibus, ex quo nullum ius super feudo est constitutum, firmant *Reg. Renerter. decis. 550. tom. 2.* vbi *Reg. de Marin. num. 1.* latè *Conf. Roccus d. rubr. 13. §. quintus casus est* &c. *n. 9.* & *seqq. Conf. Altimar. d. obser. ad Reg. Reuit. conf. 59. num. 9.* & *seq. Pasqualinus in tract. de differentijs inter Sicul. et Neap. differ. disponendi de feudo inter viuos ex num. 65.*

8 Veruntamen aduertendum ducimus, quod ex Gratia huic Regno concessa per Augustiss. Regem *Philippum II.* anno 1595. confirmata anno 1622. in mense Augusti, & posteà exequutoriata in mense Martij 1623. cum expeditione priuilegij, & registrata anno 1624. (ideòq; hodiè de illius validitate disputari non posse, ait *Conf. de Rosa in praelud. feud. lect. 10. n. 17. in tom. 2. consult. posthum.* legiturque *in pragm. 33. de feudis*) feudatarius tam in actu inter viuos, quā in vltima voluntate potest de bonis feudalibus disponere in fauorē masculi de familia, exclusa fęmina, quae immediatè succederet in feudo haereditario, & assensus habetur pro praestito; De cuius gratiae interpretatione peritissima Cōmentaria elucubrauit doctissimus I.C. *Io. Leonard. Rodoer.* quae iam sub praelo extant.

9 Quae gratia fuit pluries obseruata, vt in refutatione facta per *Ill. Principem Collis* in beneficium *Fabritij de Summa* fratris vtrinque coniuncti de Terra, & titulo Marchionis *Circelli*, dum tempore refutationis habebat filias foeminas, & in alijs exemplis relatis per *Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. in repet. cap. 1. num. 2. de success. feud. fol. 242. Montan. de regal. §. fin. num. 7. cum seqq. Reg. Ron. decis. 94. Reg. Sanfel. decis. 262. Conf. Rocc. resp. 44. to. 1. De Luca ad Praes. de Frāch. decis. 1. num. 4. Consil. Altimar. in obs. ad R. Reuit. conf. 1. n. 21. et 22. to. 1.*

10 Sed opportunè hic quaeritur, an

feudatarius habens filios, masculum nempè, & fęminam, instituendo masculum valeat in vim huius gratię disponere, vt eo moriente sine liberis, succedere debeat alius masculus de familia feudatarij in gradu succesibili, itaùt eueniente casu, quo defuncto sine liberis filio, ad eius sororis exclusionē, in vim substitutionis, admittendus veniat masculus substitutus?

11 Reg. *Capyc. latro consult. 76. num. 35.* probat, vigore dictæ gratiæ posse fieri substitutiones, & fideicomissa à feudatarijs, scribendo in causa *Ill. Principis Roccæ Aspidis Marci Antonij Philomarini*, ac *Ducis Perdifumi*, contrà *D. Isabellam Philomarinam Comitissam Conuersani*, quam sententiam tuetur etiam *Cons. Franc. Maria Pratus pract. obs. c. 78. per tot.*

12 Sed huiusmodi dispositionem in vim præfatæ gratiæ nullam habere posse subsistentiam, fundant *Montan. de regalib. §. fin. num. 7. vers. sed num possit feudatarius fol.* 321. & *Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 176. num. 76.* vbi ità diffinitiuo laudo pronunciatum refert in dicta causa successionis *Principis Rocca Aspidis*, vt *in resolut. 189. num. 89. et res. 219. num. 4. lib. 2. Cons. Roccus de offic. d. rubr. 13. §. quartus casus est num. 65. et seqq. Pasqualin. in comment. ad pragm. 34. de feudis nu. 16. fol.* 447. Et *Cons. de Rosa in lect: feud. 10. à num. 22.* post *Reg. de Ponte*, & alios ait, quod possit disponi per quemlibet actum, siuè directum, siuè obliquum, dummodò vnica sit dispositio, & non plures vna alteri successiua per plures dispositionis gradus, quia non permittitur, vt per *Pras. de Franch. decis.* 153. & in eadem causa *Reg. de Ponte cons. 57. lib. 2.* quæ decisio contrà *Pratum* defenditur per *De Luca in obs. ad cit. Pras. à num. 3.*

13 Quæ opinio probatur, quia si admitteretur, valere huiusmodi dispositionem, sequeretur licere feudatario substitutionem in feudis facere, sed hoc expresse prohibetur per *prag. 4. cap. 6. de feud.* deindè quia voluit Rex in gratia prædicta, vt posset feudatarius illum de familia instituere hæredem, qui fęmina non existente dispositionis tempore esset legitimus successor, ibi: *In beneficio di quel mascolo delle loro famiglie, quale nel tempo della dispositione succederà, non essendoci femina in proximiori grado.* Sed in casu posito dispositionis tempore legitimus successor erat ille, qui fuit institutus, non autem substitutus, ergo dispositio inualida est; *Reg. de Marin. et Cons. Rocc. cit. loc.*

14 Cæterum Serenifs. Rex noster *Philippus IV.* expetente nostra Ciuitate eidem concesit, vt Barones, & feudatarij huius Regni Neapolis possint fundare maioratus in suis feudis, infrà terminos tamen feudalis successionis permisæ (quæ ex eadem gratia ampliata fuit in beneficium comprehensorum in quarto gradu, tam virorum, quàm fœminarum) adiectis etiam his verbis, *itaùt restitutionis, seù fideicommissi onus, vlteriùs in detrimentum iuris deuolutionis nobis, & nostra Regia Curia competentis non procedat*, vt habetur in Regalibus literis de anno 1655. in *prag. 34. de feud.*

15 Ex qua *prag.* colligitur, quod non tam è permissione fundandi maioratum, quam è prohibitione, ne fideicommissi onus vlteriùs procedat, conceditur, posse fieri substitutionem vulgarem fideicommissariam, quæuè haberet tractum successiuum, tum quia maioratus, atque substitutionum earum conuenientia est, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. n. 8. vers. earū autem*; tùm etiam quia onus fideicōmissi dum supponitur, habetur fideicommissum pro concesso expressè, *l. ab eo C. de fideicom.*, vt in terminis huius gratiæ breuitèr obseruat *Cons. Altimar. in add. ad Rouit. cons. 83. n. 6. lib. 2.* & fuso calamo *Pasqualinus in commentar. ad cit. pragm. 34. de feud. num. 15. & seqq. à fol. 447.*

AD

AD QVÆST. X.

Bona hæreticorum, à quo die intelligantur confiscata.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Bona hæreticorum, à quo die confiscata intelligantur, an ante abiurationem, vel ipso iure, vel à tempore sententiæ condemnatoriæ, à num. 1. ad 5.
Et quid in Regno, num. 6.
Et an possessio maneat penès reum, num. 7.

1 ARticulus iste, teste nostro *Authore*, examinatus fuit in causa *Io: Berardini Gargani*, qui, dum fuisset cõfessus crimen hæresis, & abiuratus, posteà fuit relapsus, & proindè condemnatus ad mortem, & bonorum confiscationẽ, vnde dubitari contigit, si poterat confiscari quædam domus per eum vendita per sex menses ante primam abiurationem?

2 Et non obstantibus oppositionibus Fisci patroni *Marcelli de Mauro*, quẽ virum doctissimum noster *Author* appellat *hic num.* 4. fuit per Regiam Cameram decisum negatiuè die 17. Martij 1567. referente Præsidente *De Escobar*, ex quo non sufficiebat simplex coniectura ad confiscandam domum, præsumi scilicet sempèr fuisse in eadem damnatione, dum fuerat relapsus, & cum vẽditio domus præcessisset per sex menses tantùm antè abiurationem, & confessionem delicti, prætendebat Fiscus, domum esse confiscandam, ac si post confessionem delicti, vendita fuisset, siquidem debebat probare per veras, & dilucidas probationes, delictum iàm fuisse perfectè patratum tempore venditionis, & præsumptiones illas non sufficere ad relaxationẽ domus, ad *text. in l. fin. C. de probat.* Quam *Authoris* nostri *decisionem* referunt, ac sequuntur *Io: Bapt. Thor. in add. ad Reg. Salernitan. decis. 50. num. 14. & in comp. decis. par. 3. ver. bona hæretici fol. 117. & Cons. Franc. Maria Pratus discept. forens. tom. 4. cap. 5. num. 71. & seqq.*

3 Annotandum verò est, an hæc publicatio bonorum contingat ipso iure, itaùt à tempore patrati criminis, idest lapsus in hæresim, amittat reus verum dominium rerum suarum, an verò à tempore sententiæ condemnatoriæ bona ipsi publicentur? Quo in dubio variæ feruntur opiniones, sed præsciendum est, quod in casibus, vbi de pœna criminis, vel nullitate actus agitur, opponuntur ipso iure, & per sententiam, itaùt pęna dicatur incursa ipso iure, vbi lex ipsa statim admisso crimine sententiam per se fert, & per se pęnam præscribit, & sententiam Iudicis imponentis non exigit; Dicitur autem, pœ-

4 nam ipso iure incurri, vbi repeciuntur hæc verba, *ipso iure, ipso facto*, vel vbi in præteritum, vel præsens *textus* verba concipiuntur, vt si dicatur, *sit priuatus, sint confiscata, amittat, sciant se incurrisse*, vel *amisisse*; secùs si in futurum tempus, ad Iudicem, vel factum hominis referuntur, nempè *incurrat, Iudex priuabit, reuocabit*, vel quid simile, vt varijs exemplis exponunt *Tiraquell. in l. si vnquam verbo reuertatur num. 142. Alphons. à Castro de legib. pęnal. cap. 6. num. 6. Guazzin. de confiscat. conclus. 14.*

5 Quibus suppositis ex *textu in cap. cum secundum de hæretic. in 6.* ibi: *ipso iure decernimus*, bona hæretici in dominio fisci sunt, non verò in dominio rei; Igitur quia aliena sunt, videlicet fisci, vt docuerunt *Repetent. in d. cap. cum secundum, Couarr. de sponsal. 2. p. cap. 6. Clarus §. heresis num. 13.* fit pu-

V 2 blica-

blicatio hæc à die sententiæ, sed retrotrahitur ad diem commissi delicti, itaùt ab hoc die reus in fraudem fisci nihil alienare possit, *l. post* 15. *l.* 31. *D. de donat. l. quæsitum D. qui,& à quib.* Acquirere autem potest, dum non est reus declaratus, *Molina de iustitia t.* 1. *disp.* 154. *& t.* 3. *disp.* 658. *Episc. Fermosin. alleg.* 36. *de confiscat. Muta decis.* 49. *num.* 21. *Fragos. de Regim. Reipub. lib.* 3. *disp.* 5. *n.* 25. *D. Emanuel Gonzalez in commentar. ad lib.* 5. *decret. in cap. vergentis, de hæretic. n.* 12. vbi respondet contrarijs, *Cons. de Rosa consult.* 4. *à num.* 3. *lib.* 2.

6 Et in hoc Regno bona proditorum ipso facto in Fiscum transeunt, ex *cap. Regni bona proditorum* 171. requiritur tamen sententia declaratoria, vt explicant *Montan. de regal. rubr. bona committentium crimen Maiestatis n.* 8. *fol.* 300. *Reg. Tap. in annot. ad cit. cap. in lib.* 5. *iur. Regni tit.* 4. *fol.* 43. *Boler. de decoct. debit. fiscal. tit.* 5. *quæst.* 25. *per tot.*

7 Verùm etsi dominium bonorum hæretici à die perpetrati criminis ad Fiscum spectet; vnde in sententijs, quibus hæretici ipsi declarantur, adijcitur tempus, ex quo rei effecti sunt, vt ad illud tempus confiscatio bonorum referatur, nō verò incipiat à tempore sententiæ declaratoriæ; Tamen possessio ipsorum bonorum manet penès reum, quòusque sententia feratur; Hinc non tenetur hæreticus, etiam publicus, bona sua offerre Fisco, nec etiam Fiscus potest ea occupare ante sententiam declaratoriam per Inquisitores prolatam, vt vt *in d. cap. cum secundum*; Fiscus enim nequit occupare bona alicuius, quādo ea iure possidet: *cap. in litteris de restit. spol.* docuerunt *Couar. d. cap.* 26. §. 8. *num.* 10. *Gomez lib.* 3. *var. cap. vlt. num.* 3. *Sanchez lib.* 2. *summa cap.* 22. *num.* 7. *Suarez de fide disp.* 22. *sect.* 3. *Castr. Palao t.* 1. *tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 18. *num.* 2. *Alphons. à Castro lib.* 2. *de leg. pœnal. cap.* 10. *&* 11. *Vasquez lib.* 2. *disp.* 170. *cap.* 3. *Gibalinus tom.* 2. *de negotiat. vniu. lib.* 6. *cap.* 2. *art.* 3. qui ex his principijs latè exponunt vulgarem quæstionem de nullitate alienationis à reo factæ post crimen admissum ante sententiam declaratoriam.

AD QVAEST. XI.

An Pragmatica edita Thori anno 1505. sit fauorabilis, vel odiosa.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Possessores bonorum habentes causam à Ser. Regibus Alphonso, & Ferdinando I. & II. ac Friderico, an molestari valeant, n. 1.

Pragmatica edita Thori 4. *sub* rubr. de poss. non turb. *an sit fauorabilis, vel odiosa, n.* 2. *&* 3.

An concordet cum alijs statutis, præsertim cum lege Agraria, à num. 5. *ad* 8.

Statuta dicuntur Seminaria litium, n. 4.

L. benè à Zenone, C. de quadr. præscrip. *fauens habentibus causam à Fisco, an sit practicabilis, n.* 7.

1 INuictiss. & Cathol. Rex *Ferdinandus* Regia Sanctione edita in Ciuitate *Thori* die 18. Februar. 1505. quæ est *Pragm.* 4. *sub rubr. de Possessorib. non turbandis*, prudentèr statuit primò, ne quæstio vlla, vel innouatio fieri posset supèr quibuscunq; rebus per Ser. Reges *Alphonsum*, & *Ferdinandum Primos* captis, ereptis, in Fiscum redactis, donatis, venditis, concessis, siuè alio quouis modo dispositis, & ordinatis; Secundò idem quoq; iussit de rebus gestis per Ser. Re-

Reges *Alphonsum*, & *Ferdinandum Secundos*, ac *Fridericum*, inconsulta S. Reg. Maiest. eiusque Excell. Proregge, præuia relatione R. Cam. Summariæ; Ea potissima ratione, quia alitèr tot lites orirentur, vt Regnum totum turbationibus accenderetur, vt in *Proœmio d. Pragm.* legitur.

2 Finis igitur duplex perhibetur: Vnus est bonum publicum, ne scilicet rerum dominia sempèr sint in incerto, *l. 1. D. de vsucap.* Alter est, vt lites, & controuersiæ, quæ ex dominiorum incertitudine nascuntur, sopiantur, *l. vlt. in princ. D. pro suo*; neq; possessores amittendarum rerũ metu propè immortali torqueantur, *l. cum notissimi 7. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Ex dominiorum quippè certitudine tranquillitas, & publica, & priuata oritur, commerciorum vsus augetur, & diligentia in rebus colendis excitatur, quibus ad felicem Reip. Statum constituẽdum, & conseruandum nihil est opportuniùs, meliùs nihil, nihilq; præclariùs; Econtrario verò dominiorum incertitudo materiã turbationũ, sollicitudinem, & periculum litium præbet, commercium tollit, neglectum culturæ, & desidiam parit: Quæ omnia, & singula tanta sunt mala, vt ijs benè constitutæ Respubl. funditùs euertantur, ni salubri Principis remedio ijs occurratur.

3 Quare, licet hæc Pragmat. prohibens, discuti, vtrùm habentes titulũ à præfatis Regibus, *iure*, *vel iniuria* possideant, dura, & à iure communi exorbitans visa fuerit *Loffredo cons. 34. num. 6.* quem sequuntur *Laratha cons. 10. num. 24. Anell. de Amato cons. 99. num. 37. & 38.* Habita tamen consideratione ad personam Principis conditoris, & ad prædictas causas, ob quas edita fuit, iusta, & fauorabilis omnibus videri debet, vt docent *Io. Angelus Pisanellus in commentar. ad cit. Pragm. editam Thori ex n. 12. & nu. 34. Io. Petrus à Mangrellis in alleg. 26. n. 45. et 46.* post *decis. R. Salernit. R. de Ponte cons. 20. à num. 77. vol. 2. Paul. Staiban. senior cons. 65. num. 28. et 29. R. Reuerter. decis. 232. circà princ. Reg. de Curte in diuers. iur. feud. p. 1. fol. 71. n. 47. Reg. Galeota in resp. fisc. 19. n. 6. et 65.* vbi sequitur nostrum *Authorem hic*, atq; huius Pragm. exceptionem *quotidiè practicari* testatur, de qua tot agit quæstiones, idem noster *Au-*
4 *thor*, vt verè statuta ipsa, litium seminaria appellare possimus cum *Alciato in l. filiusfamilias nu. 21. D. de verb. oblig.*

5 Nec absimilia sunt Statuta Seren. Regis *Alphonsi I.* eius patrui, iubentis, quod possessores ex quacunque causa cum Regio titulo non vexarentur, absq; Regia Consultatione, vt ex edicto *Pentimæ* edito in *Pragm. 1. eod. tit.* Et Regis *Caroli I.* qui anno 1278. *in Cap. Regni, et si frequentèr*, coarctauit quadriẽnij tempus in bonis deuolutis ad Curiam, ex crimine læsæ Maiestatis ad annum, ac duos menses in præsentibus in Regno, &
6 in absentibus ad duos annos, quibus elapsis non audirentur; Siquidem de iure communi ex *l. omnes*, *et l. benè à Zenone, C. de quadrienn. præscript. et §. fin. Instit. de Vsucapion.* habentes causam à Fisco, vel Principe nulla actione inquietari possunt, sed tantùm Fiscus, intrà quadriennium.

7 Quæ tamen leges tot limitationes habent, vt nunquàm practicari potuisse testentur *Reg. de Ponte cons. 59. n. 49. lib. 1. et cons. 131. sub nu. 40. lib. 2. R. de Marin. resol. 18. sub nu. 61. lib. 2. R. Tapia decis. Ital. Sen. 5. nu. 22. et 29. Castill. controu. lib. 2. cap. 5. n. 4. Anton. Gobius in tract. var. in repet. l. benè à Zenone q. 1. seù 31. n. 45.* vbi subdit ex *Capiblanco de Baron. pragm. 1. n. 100.* quod tantò faciliùs sunt illæ recipiẽdæ, quantò per eas saltem ad æquitatem reducuntur.

8 Imò ex vetustissimis quoq; institutis id procedere tradunt noster *Auth. hic à nu. 3. et cit. à Mangrellis d. alleg. 26. nu. 42. et 43.* Cum post bella apud Lacedemones, & Athenienses *amnestia*,

ftia, ideft difcordiarum oblinio indicebatur, *Beroal. ad Sueton. in Tiberio c.*4.& meminerunt *Iuftin. lib.*5.*ad fin. Cic. Philip.*1. *Orofius lib.*2. *cap.*12. Et *de lege* Agraria per omnia ferè verba huic *Pragmaticæ* fimili *Cicero in orat.*17. *contrà Rullum* tractat, vbi de datis, donatis, cooceffis, vendiris, quæ tunc pofsidebantur per Conceffionarios *Luculli* in bello *Mitridatico*, quod non pofsent per *Pompeium* deturbari; Et Senatum poft mortem *C. Cæfaris* idem ftatuiffe fcribit *Appian. lib.*2.*in princ.*

AD QVAEST. XII.

Duo Conceffionatij, fi habeant caufam ab ijfdem Regibus, vel diuerfis, an habeat locum exceptio Pragmaticæ editæ Thori.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Pragmatica edita Thori, an procedat, fi vterq; concefsionarius caufam habet ab ijfdem, vel diuerfis Regibus, à n.*1.*ad* 3.

Concefsiones Regis Federici, factæ in Infula Ifchia, vel poft defperationem à Regno, vel poft annum 1500.*an valeant, n.*4.

Ifficultas non modica difcuritur in præfenti, fi vterque tam actor, quàm reus habeāt caufam, & titulum ab ijfdē Regibus, nunquid locū habeat *Pragmaticæ* huius exceptio?

1 Et negatiuè refpondendum videtur, quia quando vterq; caufam habet ab ijfdem Regibus, non intenditur confirmati magis huius, quàm illius priuilegium, feù concefsionem, fed videtur ceffare; eum hoc cafu priuilegiatus non pofsit vti priuilegio cootrà æquè priuilegiatum, vt in fimili Statuto *Mantuæ* tradunt *Curt. iun.conf.*143. *& Roman. conf.*298. *fub n.*1.*Cyriac.controu.*463.*nu.*31. *& feqq. Ant. Gobius in tract. feù repet. l. benè à Zenone q.*33.*n.*43. & in terminis huius *Pragm. Loffred. conf.*34.*n.*11. *Anna alleg.*64.*n.*6. *Amat. conf.*99.*num.*50.*de Medic. conf.*157.*n.*1.*&* 2.*Laratha conf.*10.*n.*36.*Staiban. fen. conf.*38.*n.*1. *&* 2. *de Georg. alleg.*13.*n.*21.

2 Augetur difficultas, fi vna pars haberet conceffionem à Regibus *Alphonfo, & Ferdinando* Primis, cum ifta deberet magis obtinere, quàm altera, quæ habet titulum à fecundis Regibus, quia primum Caput *Pragm.* loquitur de geftis per Reges *Alphonfum*, & *Ferdinandum* primos, qui longa tranquillitate Regoum pacatū tenuere, & maodat, nullatenùs pofse inquietari pofsefsores; In fecūdo verò capite, & fic in geftis per Reges *Alphonfum II. Ferdin. II. & Federicū*, qui proptèr Regni turbulentias non habuerunt tàm fpatium benè cognofcendi res, fatis minor militat ratio, io quibus etiam poteft patere aditus cum certis coodirionibus in *Pragm.* exprefsis, vt confiderant nofter *Author hic n.*3. *& Thor. in comp. dec. ver. Pragmatica edita Thori*, vbi etiam decifum refert, *Pragmaticæ* huius exceptionem locum habere, vbi duæ inueftituræ fuifsent productæ in forma communi Regis *Ferdinandi I.*

3 Verùm his non obftantibus contrarium dicimus, quia *Pragm.* hoc exprefsè ftatuit, dum voluit, quod nō pofsit difceptari, nec lis moueri fupèr validitate titulorum illorum Regum, fiuè iure, fiuè iniuria fit eoncefsum, & fic decifum tradit nofter *Author hic nu.*6. quòd quando ambæ partes habent titulum ab ijfdem Regibus, etiā fi vnus ipforum habeat caufam à primis Regibus, alter verò à fecundis, exceptio prædictæ *Pragmaticæ* nō mi-

militet, nec obstet, nisi quando secunda concessio præualeret, vel esset reuocatoria prioris, vt fuisse iudicatũ ait in causa *Ill. Ducis Seminariæ*, anno 1560. de qua decisione testis quoq; est *Præs. Camill. de Curte in diuers. feud. p. 1. fol. 71. n. 58. vers. nihilominùs*, vbi propterea aduertit hac in re proptèr rerum iudicatarum authoritatem quiescendum esse, & aliàs priùs sic iudicatum fuisse in causa *Thesaurarij*, referunt *Reg. Salernitan. dec. 37. n. 3.* & *Marcus Ant. Floccarus in eius allegationibus pro dicto Ill. Duce Seminariæ*, vt testatur R. *Galeota resp. fisc. 19. n. 58.* vbi etiam meminit *Authoris nostri*, & probat *à n. 24. ad seqq.* quia tunc non potest dici, quod concurrãt duo tituli; Vel in casu contra-
4 rio, quando secunda concessio esset inualida ex iuris dispositione, vt sunt concessiones Regis *Federici* factæ in Insula Ischiæ, vel postquàm fuit desperatus de Regno, *Author hic nu. 8. post Grammat. dec. 65. nu. 36. cum seqq.* addimus *Reg. de Ponte cons. 31. nu. 142. vol. 2. Vrsill. ad Afflict. dec. 396. nu. 8.* vbi meminit dictæ decisionis in causa *Ducis Seminariæ, Io: Bapt. Thor. in compend. dec. verb. Pragmatica edita Thori fol. 403. Nouar. super Pragm. 4. de poss. non turband. collect. 2. num. 8.* cum Ser. *Ferdinandus* Rex Catholicus anno 1505. reuocauerit omnes concessiones per Ser. Regem *Federicum* factas à die 25. Iulij 1500. in anteà, vt *in Prag. 1. de reuoc. & suspens. gratiar.*

AD QVAEST. XIII.

An ad hoc, vt habeat locum supradicta Pragmatica, requiratur, quod eam allegãs fuerit in possessione, tempore, quo fuit edita, vel etiam comprehendat futuros possessores.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pragmatica edita Thori, quot requirat, n. 1.

Et an tueatur etiam possessores futuros, vel tẽpore editę Pragm. à n. 2. ad 4.

1 Certum est, quod ad huius Prag. exceptionẽ probandam, duo requirũtur, primum, quod titulus depẽdeat ab illis Regibus; secundum, quod tempore litis motæ titulum allegantes possideant, vt ex *d. Pragm.* colligitur, & docent *Præs. de Curte in diuers. feud. p. 1. fol. 71. num. 55. Reg. de Ponte cons. 67. nu. 7. lib. 2. Reg. Galeota resp. fisc. 19. n. 7. & 8.*

2 Sed an teneatur possidens verificare possessionem tempore editæ *Pragm.* vel tueatur etiam possessores futuros, qui non possidebant tempore editæ *Pragmaticæ*, sed posteà habuerunt possessionem ex titulis habitis ab illis Regibus? Hanc quæstionem agitatam fuisse in S. C. testatur *Afflict. decis. 396. n. 8.* & licet ipse tenuerit opinionem, quod *Pragmatica* tuetur etiam futuros possessores;
3 Contrariam tamen opinionem defẽdit noster *Author*, quod sit necessarium requisitum, quod tempore editæ *Pragmaticę* possederit eam allegans; ex ratione expressa in *Pragm.*

Cum

Cum iubeat, quod possessores habentes causam ab illis Regibus conseruandi sint in eorum possessione, quam illis Regibus viuentibus, tenebant, & in *Proœmio* dicitur, *ac propterea lites contra præsentes eorundem possessores essent moturi*; Et sic apertè disponit, quod sint possessores tempore editæ *pragmat.*, & ad illos verba *pragm.* diriguntur; illud enim tempus præsens facit, quod requiratur, vt tunc sit, quia qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundùm tempus verbi, *Dec. cons. 222. num. 2. & 3. & cons. 114. num. 5.* maximè, quia adest verbum, *tenebantur*, quod meri facti est, & nedùm ad possessionem, sed etiam ad nudam tenutam referrur, *l. quod dicitur D. de verb. oblig.* vbi *Ias.* post *Aret. num. 11. in 4. not. Afflict. dec. 407. num. 13.* nec secùs importat verbum, obseruare, *l. cum legati D. ex quibus caus. in poss. eatur.*

4 Prætereà in dubio non est credendum, *prag.* conditores, qui pijssimo zelo inducti fuerunt ad illam promulgandam, vt lites tollerentur, & ciuiles discordiæ sedarentur, voluisse aperire viam maioribus dissentionibus; si enim aliqui forsàm reperirentur, qui haberent concessionem ab illis Regibus, sed non possessionem, daretur illis facultas per violentiam inuadendi alienas possessiones, quoniam postcà tuti essent vigore *pragm.* contrà spoliatum, vt fundat noster *Author hic, Pref. de Curte in diuers. feud. par. 1. fol. 71. & 72. num. 64. & 65. Io: Angel. Pisanell. in comment. ad hanc pragm. num. 36. & alleg. 29. n. 1. inter alleg. Iac. Ant. de Mauro, Io: Petrus à Mangrellis in alleg. 26. ex n. 33. & num. 48. 49. & 50.* post *decis. Reg. Salernit. Reg. Reuert. dec. 224. n. 1. Anna alleg. 53. num. 13. & seq. lib. 2. Reg. de Ponte cons. 47. cons. 67. num. 1. & cons. 68. num. 9. lib. 2. Camill. de Laratha cons. 10. num. 16. cum plurib. seqq. & cons. 12. n. 7. & seq. Thor. in comp. decis. ver. Pragmatica edita Thori col. 1. fol. 403. Cons. Marcian. cons. 61. n. 8. Reg. Galeota resp. fisc. 19. num. 17.*

AD QVAEST. XIV.

An sufficiat, quod adsit factum Regis, licet non adsit causa, nec animus Regis, ad hoc, vt vindicet sibi locum Pragmatica.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pragmaticæ editæ Thori exceptio, considerat tantùm, an fuerit factum, num. 1.

Et an requiratur animus Regis, & causa concessionis, à num. 2. ad 6.

1 IVdicatum sempèr fuisse tradit hìc *in princip.* noster *Author*, quod ad hoc, vt habeat locum huius *pragm.* exceptio, est considerandum, an fuerit factum, & non cur fuerit factum, sed in causa Terræ *Latronici* cum *Ill. Principe Bisiniani* fuisse hoc dubitatum, ex quo anno

2 1496. Rex *Ferdinandus II.*, & Rex *Federicus* restituerunt dicto Principi omnes Terras sui Status, & inter alias *Terram Latronici*; in qua restitutione Fiscus opponebat, Reges prædictos fuisse deceptos, nec habuisse animum restituendi dictam Terram, quandoquidem illa non fuerat deuoluta ipsis Regibus per rebellionem prædicti Principis restituti, sed per rebellionem *Nicolai Riccy*, cui Terra prædicta fuerat vendita per Principem cum assensu Regis, & sic deficiebat voluntas Regis respectu *Latronici*, quia consensui nihil tam contrarium, quàm error, *l. si per errorem D. de iurisd. omn. indic.* & qui errat, nihil transfert, *l. si procurator meus*

mens, de acq. rer. dom. nec poteſt dici factum à Principe id, quod Princeps errans, fecit, *l.* 1. ibi: *Si enim docuerint, vel falſa, vel non ità ſe habere, quæ ſcripta ſunt, nihil à nobis videbitur indicatum priùs, quam contrà ſcriptum fuerit, D. de appell.* vt conſidetat noſter *Author hìc à nu.* 2. *ad* 7. & latiſſimè pro fiſco in dicta cauſa *Latronici* ſcribens *Io: Petrus à Mangrellis in ſua alleg.* 26. *per tot.* poſt *dec. R. Salernitan.*

3 Sed his non obſtantibus contrarium in multis cauſis deciſum fuiſse teſtatur *Author* noſter hìc, & ſic etiam definitum tradit in dicta Cauſa *Latronici*, ipſo referente in Coll. Conſ., quod nempè hoc ſolùm ſit attrendendum, quod Rex aliquid fecerit, & non quomodo, nec quo animo fecerit, quem refert, & ſequitur *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 19. *num.* 75. & probant *Reg. Salernitan. deciſ.* 37. *num.* 1. & 2. *Piſanell. in comment. ad hanc pragm. num.* 46. *Camill. de Medic. conſ.* 158. *num.* 27. & *ſeqq. idem Reg. Galeota d. loc. num.* 69. & *ſeqq.*

4 Siquidèm *pragmatica*, in illis verbis, *iure, vel iniuria ſe ſpoliatum prætendunt*, hunc caſum comprehendit expreſsè; iniuria enim dicitur ſpoliatus rei propriæ, ſiuè ſcienter, ſiuè ignorantèr, iniuſtè ſpoliatur, *l.* 1. *in princ. D. de non. oper. nunciat.* & verbum, *ſpoliare*, principalitèr malam fidem, & dolum ex parte ſpoliantis oſtendit, vt latè *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed.* 1. *n.* 184. & proindè *prag.* non requirit diſpoſitionem validam ex dictis verbis, *iure, vel iniuria*, proùt aliàs ſic deciſum fuiſse in Cauſa *Ill. Marchionis Padulæ*, & Theſauratij, teſtatur *Reg. Galeota d. loc. num.* 69. & refert etiam, poſt *R. Salernitan. dec.* 37. *num.* 3. *Nouar. ſuper pragm.* 4. *num.* 2. *de poſſeſſor. non turb.*

5 Prætereà etiam ex illis verbis, *ſeù quouis modo diſpoſita, & ordinata*, perſpicuum id redditur; nã vti vniuerſaliſsima, omnes modos includit, *Corn. conſ.* 69. *col. fin. lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 8. *nu.* 100. *lib.* 3. *Author hìc num.* 11. proùt ex illis verbis, *de iure, vel de facto innouari, Piſanell. ibid. num.* 51. inquit,

6 quod de facto voluit Rex prohibere etiam illud, quod contrà ius, vel prætèr ius prætenderetur; Vnde conſtat, *pragm.* non requirere cauſam, cur fuerit facta conceſſio, ſed nudum, & merum factum conſiderat; vetuit enim, etiam iuſtè diſceptari de cauſa, noluit in iudicio, vel extrà poſse tractari, an iure, vel iniuria conceſsio facta eſset, nec de iure, vel de facto innouari, *De Medic. d. conſ.* 158. *n.* 29. & 30. *Reg. Galeota d. reſp.* 19. *num.* 71. & 72.

AD QVAEST. XV.

An ſola confirmatio Regis ſit ſufficiens, vt poſſit opponi exceptio Pragmaticæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

PRagm. *edita* Thori, *an locum habeat in confirmatione illorum Regum? Diſtinguitur inter confirmationem formalem, ac materialem, num.* 1. & 2.
Quid ex clauſula, & de nouo concedimus, *num.* 3.
Et an ſit vera dicta diſtinctio, num. 4. & 5.

Pragm. *edita* Thori, *an comprehendat aſſenſus præſtitos per illos Reges alienationibus feudorum, num.* 6.

A Criſexaminatur articulus, nunquid dicta *prag.* habeat locum, quando non ſumus in diſpoſitione illorum Regum, ſed in cõfirmatione?

1 Non enĩ loquimur de cõfirmatione formali, ſiuè in forma ſpecifica, quia tunc certum eſt, quod locum habet *pragm.*, vt ſi fiat ex certa ſcientia;

nã illa non ſolùm firmat ius quæſitũ, ſed illud, etiamſi fuiſset nullum, vel non reperiretur amplius, de nouo tamen datum, & conceſſum intelligitur, *l.legata* 19. *D.de leg.*1.*l.adoptio D. de adopt.* adeoùt omnis dubitandi ratio ſublata intelligatur, *Rumelinus ad Bullam Auream Caroli IV. par.*2. *diſſert.*2. *theſ.*a. *Robert. lib.* 3.*rer.iudicat. cap.*17. *Solorzan.tom.*2.*de iure Indiar. lib.*2.*cap.*26. *n.*42. *Reg. Valenz. conſ.* 88. *num.* 54. latè in terminis *Pragm. Reg.de Ponte conſ.*65. *nu.* 1. *lib.*a.*Reg. Rouit. ſuper d.prag.*4. *de poſseſsor. non turb. num.* 17. *& ſeqq. & Camill. de Medic. conſ.*168. ſcribens in eadem cauſa, de qua *cit.Rouit.*

2 Sed quando ſumus in confirmatione materiali, ſiuè in forma communi, videtur dicendum, non habere locum dictam *pragm.*, quia verè intentio confirmantis non fuit diſponere, in qua diſpoſitione applicatur intellectus *pragm.* præſertìm, quia is, qui habuit confirmationem, confirmationis tẽpore iàm alio titulo poſſidere videbatur, & ſic nihil in ipſum diſpoſitũ fuit per Regẽ, arg. *l.habere licere D.de euict. & l.ſi pro fundo C.de tranſact.* Et huiuſmodi confirmatio nihil noui tribuit, nullum ius transfert, ſed ſi quid habet Conceſſionarius, illud quatenùs erat, confirmatur, iuxtà regulam *cap.* 1. *per quos fiat inueſtitur.* vbi *Bald. in princ.* dixit, quod ſi certa priuilegia per Principem confirmentur, non aliter confirmari intelliguntur, vt aliquod ius nouum detur, niſi alitèr de confirmantis intentione conſtet, & tradunt DD. *in cap.*4.*de cõfirmat.vtil. vel inutili*, vt in terminis huius *pragmatica* firmant *Franc.de Amicis in repet.tit.de his qui feud.dar.poſs.fol.* 109.*ver.facit*, *Reg.de Ponte conſ.*65.*n.*9. *& Camill.de Medic.conſ.*84.*num.*3: *& ſeqq.Reg.Reuerter.deciſ.*19.*par.* 1.*& deciſ.*452.*p.*2.

3 Niſi confirmatio eſset facta cum clauſula adiecta, *Et de nouo concedimus*, quia tunc diceretur facta in forma ſpecifica, & ſic locum haberet *pragm.* idem *De Medic.conſil.*158.*n.*7. *& ſeqq.* & deciſum refert *Piſanell. in comment. ad hanc prag. num.* 64.

4 Verùm his non obſtantibus noſter *Author* concludit *num.* 5. habere locum exceptionem *pragm.* tanquàm fauorabilem, & ſic deciſum fuiſse referr inter Regium Fiſcum, & Ciuitatem Salerni, ſuper exhibitione tituli cuiuſdam gabellæ, in qua eſt quoq; *deciſ.*543.*Reg.Reuert.* & meminerunt *Praſ.de Curte in diuerſ. feud. par.*4. *fol.* 71. *num.* 61. *Thor. in comp. deciſ. verb.pragmatica fol.*403. *Reg. de Marin.in obſ.ad Reg. Reuert.deciſ.*452.*nu.* 1. *circa fin.* & probat *Reg Rouit. in cõment. ad cit.prag.*4.*de poſſeſs.non turb. num.* 29. *& ſeqq.* nàm, cum ad fundandam exceptionem huius *pragm.* titulus requiratur ab vno ex illis Regibus, confirmatio adhùc in forma communi, titulus dicitur habilis ad præſcribendum, & ſic ad transferendum dominium.

5 Inſupèr ſi verba prædictæ *pragm.* intueamur, procùl dubio verba ipſa titulum confirmationis amplectuntur, & comprehendunt; ſiquidèm Rex ſapientiſsimus tuetur poſſeſſorem bonorum quouis modo conceſſorum à prædictis Regibus, vt ibi non ſemèl legitur; quo fit, vt verba prædicta ſic genetica comprehendat omnem modum excogitabilem, & viam diſpoſitionis, *Reg. Rouit.d.loc.n.* 35.*de Medic.d.conſ.*158 *num.*23.24. *et* 25. & hoc eſt, quod dicere voluit noſter Authot *hìc num.*5.*&* 6. quod attenta cauſa finali *d. pragm.* vt lites tollerentur, & ſic fauorabili, ſolum factum Regis confirmantis eſt ſufficiens, vt pro diſpoſito habeatur.

6 Sed *cit. Piſanellus in commentàr. ad prag.* apud nos *m.s.*, vltrà tradita in editis de anno 1590. concludit dictã *pragm.* non comprehendere aſſenſus præſtitos per illos Reges alienationibus feudorum per priuatos factis, ex eo quia dicit *Andr.in Conſt.* Regni, *cum circà col. fin.* ibique *Afflict. nu.*9. *in fin.* quod aſsenſus Regis non eſt

no-

noua concessio, & ideò *Bald. in l. si vt proponis C. de seru. pignor.* dicit, quod, qui assentit, non facit, nam quando spectat ad vnum datio, ad alterum verò confirmatio, tunc qui confirmat, non dat, *Alber. in l. 1. vers. circà quod C. de Episc. & Cler.* Ergo Rex præstando assensum in priuatis alienationibus feudorum, non dicitur de nouo concedere, vel facere; neque vim fieri posse, ait in illis *pragm.* verbis: *Siuè alio quouis modo disposita, et ordinata*; quia assensus præstitus alienationi, nō dicitur de per se alienatio, nec dispositio alienatoria, sed mera quędā cōfirmatio, si quid cōfirmabile inuenit, *Bald. in l. fin. in fin. C. de suis, ac legit. hared.* & sic procedere *pragm.* in casu vero, & proprio, quando ipse Rex vendit, vel donat, non autem in casu ficto, & improprio, quando vendenti, vel donanti assentit; pręsertìm quia assensus tollit obstaculū prohibitionis, nō verò dat esse, siuè validitatem actui, qui fortè fuisset nullus *P. de Franch. dec. 302. n. 11.* confert *R. de Ponte in cons. 47. à n. 13. vol. 2.* idemque concludit *Reg. Renerter. dec. 452.* vbi *R. de Marin. n. 1.* obseruat: *Contrarium asserere, truffam esse.*

AD QVAEST. XVI.

An possit supradictæ Pragmaticæ exceptio opponi contrà Ecclesiam.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pragm. edita Thori exceptio, an opponi possit aduersùs Ecclesiam, *num. 1. & quid in feudalibus, n. 2.*

Constitutio Zenoniana, *an procedat in rebus Ecclesiæ, et quid ad eius fauorem, num. 3. & 4.*

Pragm. edita Thori, an comprehendat causam dotis, num. 5. & 6.

Et an possit opponi ab Vniuersitate, num. 7.

1 HÆc pragmatica exceptio cōtrà Ecclesiam, prout in eius fauorem, opponi nō potest, tùm ex defectu potestatis, quia Rex nō potuit disponere in præiudicium Ecclesiæ, tùm etiam ex defectu voluntatis; nō enim credibile est, quod Rex Catholicus voluerit Ecclesijs præiudicare, & sic decisum testatur in fauorem Ecclesiæ *S. Laurentij de Padula*, noster *Author hic*, idq; comprobant, aliasq; decisiones referunt Pisanell. *in comment. ad hanc pragm. num. 69. Præs. de Curte in diuers. feud. par. 1. fol. 72. nu. 69. Fab. de Anna cons. 113. num. 48. Gallupp. in prax. S. C. p. 1. cap. 7. num. 6. Reg. Rouit. in comment. ad hanc pragm. 4. de possess. non turb. n. 11.* ibique etiam *Nouar. num. 13. Thor. in comp. decis. par. 2. verb. exceptio pragm. editæ Thori, & par. 3. verb. eodem, Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap. 74. num. 10. & in obs.* ad Reg. *Reuert. decis. 95. n. 3.* siuè *num. 5. in 2. edit.*

2 Quam conclusionem declarat *Reg. Renerter. in dec. 232.* procedere quoad bona allodialia; secùs verò respectu bonorum feudalium, quia, cum ratione feudi Ecclesiasticus sit laico subditus, ideò *d. pragm.* quoad feudalia illum comprehendit.

3 Rursùs in similibus Statutis, & Cōstitutione *l. benè à Zenone, C. de quadr. pręscript.* vt non procedant in rebus Ecclesiæ, post alios firmant *Afflict. decis. 361. num. 42. & in Const. Regni in prælud. q. 14. in princ. Capyc. in inuestit. feud. fol. 186. in 6. limit. Peregrin. de Iure Fisci tit. 4. sub nu. 18. limit. 11. Castill. contr. lib. 2. cap. 5. num. 5. & seqq. Caldas de empt. & vendit. cap. 12. num. 27.* & de communi testantur *Genuens. in practic. Eccles. q. 157. num. 1. Sperell. decis. 184. num. 9. Anton. Gobius in tractatu, seù comment. ad l. benè à Zenone, ad interpretationem Statuti Mantuæ q.*

3.*num.*1. & 2. *vbi num.*3. post alios ampliat, vt nec procedat in præiudicium Clerici, eiusq; bonorum.

4 Neque procedūt fauore Ecclesiæ in rebus alienis sibi donatis, seù venditis, nec tuta est Ecclesia hac Constitutione *Zenoniana*, vt contrà *Castillũ d.loc.* est communior opinio, quam post alios tuentur *Fabius de Anna cons.*113.*num.*24.& *seqq.Caldas d.cap.*12.*num.*27.& 28. *Cyriac.controu.*463. *nu.*38. *Antonell. de tempore legali cap.*99.*num.*32. & *seq. Sperell. d.dec.*184. *num.*11. *Gobius d.quæst.*3. *num.*7. vbi declarat *num.*11. & 12. nisi fortè ex iure priuati, in quod successisset, se tueri prætenderet; secundò, vt quoad Laicos, & inter ipsos, etiam in Terris Ecclesiæ practicari non prohibeatur.

5 Similitèr Statutum, & Constitutio *Zenoniana* non obstat iuribus dotalibus, quia dotis causa nititur natura pietatis, & ex alijs rationibus firmāt post *Bald. in cons.*359. *lib.*3. aliosq; *Turamin. in l.non puto par.*3. *quæst.*2. *num.*21. *D.de Iure Fisci, Barbosa in l.*1. *sub num.*13.& 14. *D.sol.matr. Antonell. d.cap.*99. *num.*29. *Sperell.d.decis.*184. *num.*24. *Acesta de priuileg.credit.reg.*2. *ampl.*7.*n.*127.& *seq. Ant.Gobius d. q.* 3.*num.*14. vbi *in num. seqq.* agit de minoribus, Vniuersitatibus, & alijs.

6 Et in terminis huius *Pragmaticæ*, quod non comprehendat causam dotis, tradunt post *Loffred. Author hic num.*8. & *Io. Angel. Pisanell. in comment.ad hanc Pragm.n.*56.

7 Itemq; potest opponi dicta exceptio tàm pro, quàm contrà Vniuersitatem, teste *Reg.Salernitan. dec.*37.*n.* 6. ibiq; *Thor.n.*5.

AD. QVAEST. XVII.

An hæc Pragmaticæ exceptio possit opponi contra habentem titulum à Rege Catholico, & an, & quando Rex Catholicus teneatur ad promissa per Regem Federicum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*EXceptio Pragmaticæ editæ Thori, an possit opponi contrà habentem titulum à Rege Catholico, n.*2.

Decis.hanc transcripsit R. de Marinis, *n.*1.

*Rex Catholicus, eiusque successores, an teneantur obseruare dispositiones Regis Federici, eiusq; prædecessorum, n.*3.& 4.

Rex noster Serenis. an teneatur seruare priuilegia Reginæ Ioannæ II. n. 5.

*Priuilegia concessa per Serenis. Reginam Ioannam I. absq; consilio eius viri, an sint valida, n.*6.

1 QVæstionem hanc nostri *Authoris* de verbo ad verbum typis demandādam curauit R. *de Marinis in lib.*2.*resol.cap.*173. *num.* 10.& *seq.* Decisū

2 autem refert noster *Author hic*, quod exceptio *Pragm. editæ Thori* opponi non possit contrà habentem titulum à Rege Catholico, quia cum titulus Regis Cath. esset vltimus, & validus, siuè præcedat, siuè subsequatur *prag.*

3 non obstat; Et quod Rex Catholicus, & successiuè Rex noster Serenis. eius hæres, nō teneatur ad obseruantiam dispositionū factarū per Regem Fe-

Federicum, & eius prædecessores Reges *Ferdinandum I. & II. & Alphonsum II.* nisi in his,quæ ab eodem Rege per hanc *Pragmat. editam Thori* fuerunt confirmata,quamuis diceremus,eos fuisse Regni huius legitimos possessores, & Reges; sed tantùm tenentur habere rata gesta per *Alphonsum I.* legitimum Regem, cui legitimè paritèr successerat Rex Catholicus eius ex fratre nepos, immortalis memoriæ, *Loffred. conf.4. num.17. & conf.21.sub nu.12.* vbi dicit nunquàm vidisse, priuilegia dictorum Regum fuisse exequutioni demandata, nisi prius à Rege Catholico,vel eius successoribus essēt cōfirmata,quē sequitur *Camill.de Medic.conf.60. nu.12. &* 13. quod paritèr aduertunt *R.Reuert. decis.33.n.1.decis.286.n.2. & dec.553. in fine*, & *Franc.de Amicis in repet. c. 1.de his,qui feudum dar.poss. fol.186. in 14.quæst.* Et pro obseruantia priuilegiorum dicti Regis Catholici adsunt *cap.10. & 11. Cæs. Maiest. in libro cap. Ciuit.Neap.fol.149.àt.*

4 Meritò igitur Ser. Rex *Ferdinandus* Cathol. noluit, se nominare *Tertiū*, quia non venit in hoc Regno, vt hæres, nec vti successor Regis *Federici* expulsi,sed ex persona Regis *Alphōsi I.*eius patrui,sicut in alijs Regnis paternis, vti successor patris, ac ex propria inuestitura eidē facta per *Alexandrum VI. Pontificem Max.* anno 1501. & ex alia *Iulij II.* de anno 1510. præsertim cum fuerit Regnum hoc quæsitum ex pecunia illorum Regum Aragonum,ac etiam vnitum cum illis Regnis, & sic iure proprio, & ex propria persona,siuè ex noua etiā recepta inuestitura,& cū Regnū hoc fuerit vnitū cū Regnis Aragonū, ideo non conueniebat, vt se *Tertium* nominaret, *Author hic n.10.& 11.* & latè *Io: Angel.Pisanell. in comment.ad Pragm. editam Thori num.1. & seqq.* qui strenuè tutatur,hoc Regnum,ad Inuictissimos Reges Hispaniarum omni iure spectare; sed nos fusiùs annotabimus infrà *ad §.26.*

Et Authorem nostrum hic referūt, & sequuntur *Tasson. de antefato vers. 4.obser.2. num.66. & vers.14. obser.1. num.33. Reg.Rouit. decis.72. num.62. & 63.Reg.de Marin.lib.2. d.resol.173. num.3. et 4. et in obs. ad Reg.Reuerter. decis.33.num.1. obs.286. num.1. et obs. 553.num.2.Laganar.ad Reg.Rouit. super Pragm. 1. de iurib. et exact. fisc. vers. His etiam addebat, fol.389. Reg. Galeota resp. fisc. 12. n.338. et n.353. Iul.Capon. discept.for.90. num.38. t.2. et discept.313.num.27.in fine t.4. Cons. Petra super Rit.M.C. in Proemio nu.5: t.1. Io. Bapt. Mucci in dilucid. ad Reg. Sanfel.decis.135.n.36.Cons.Altimar.in nouis,siuè secundis obser. ad Reg.Rouit. dec.71.num.5. Abb. Michael Iustinianus in addit.ad comment.Nouar.super Bullar. ad comm.17.par.1.tit. de assasinio vers.cuius pacti, fol.6.*

5 Neque dubitandum est, quin Ser. Rex noster teneatur obseruare priuilegia Reginæ Ioannæ II.vt ex *Afflict. decis.17.n.5. et Præs.de Franchis decis.* 207. probat *Reg. de Marin. in d.cap.* 173. *n.6. et 7.* quidquid aliter scribat *Mucci in cit.dilucid.135.num.37.*

6 Denique sciendum est, quod Serenis. Regina Ioanna I. considerans fragilitatem sexus fœminini, cū matura, & consulta deliberatione Procerum, Comitum, Baronum,Vniuersitatum, & Consiliariorum sanciuit, quod omnia tàm spectantia ad gratias, quàm ad iustitiam, siuè publica, siuè priuata,administrarentur,& fierēt sub vno scriptionis Regiæ (seù Regis Ludouici eius viri) & Reginalis titulo, decernēdo totum irritum, quod per ipsam solam fuisset ordinatum,vt patet ex *Edicto* Neap. expedito anno 1349. die 7. Aug. quod publicari fecit in portis Regij Palatij *Aquensi*, & legitur *in Registro Ludouici, & Ioanna I. sign.1348. lit.A. fol. 156. àt.* quod conseruatur in Archiuo Regiæ Siclę Neap.

AD QVAEST. XVIII.

An hæc Pragmaticæ exceptio possit opponi à Fisco.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pragmat. edita Thori exceptio, an possit opponi à Fisco?

Arguitur negatiuè cum Dom. Reg. hic, *n.1. & 2.*

Sed tàm pro Fisco, quàm contrà Fiscum militare, concluditur, n.3.

1 Negatiuam opinionem, quod scil. ista *Prãgm.* nõ possit opponi à Fisco post *Gramm.* & *Afl.* tuetur noster *Author hic à nu. 1. ad* 8. quia Fiscus est persona repræsentata, & non de illis, quorum beneficio *Pragmatica* fuit edita, quæ cum loquatur de ciuilibus discordijs, ideò voluit Rex declarare, quod illam legem faciebat pro commodo subditorum, vt inter eos cessarent discordiæ, & lites, illa enim dicitur ciuilis discordia, quæ inter Ciues oritur, non autem inter subditum, & dominum, *l.1. C. de caduc. toll.* eò magis quia in generali sermone non venit persona loquentis, *l. inquisitio, C. de solution.* & in dubio omninò censuerunt, Iudices non errare, si quoad hoc contrà Fiscum iudicauerint per *l. non puto, D. de Iure Fisci*, per quem *text. Isernia in c.1. §. sed si filius in fine tit. Imperat. Lothar.* ità ait: *Et semper displicuit mihi talis interpretatio, quia iniqua, & defendentes, seu colorantes, imò offuscantes perperam, & iniustè dicta (vt placeant Fisco) deberent attendere, l. non puto, D. de Iure Fisci*: Consonat *Plinius in Panegyrico ad Traianum*, dum dixit: *Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur Fiscus, cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe*; Cumq; etiã à *Ferdinando* Rege hæc *Pragm.* edita fuerit, qui *Catholici* nomen iustè promeruit, absit de tanto Regę iniustum aliquod præsumere; arg. *l. non omnes 5. §. à barbaris, D. de re milit.*

2 Quibus, alijsque rationibus hanc quoq; firmarunt opinionem *Io. Ang. Pisanell. in comment. ad Pragm. editam Thori n.24. & seqq. et Anell. de Amato cons.99. n.34. et seq.* Quem articulum nunquam voluisse decidere Regium Coll. Consilium, à R. *Hieronymo Colle* se audiuisse testatur *Reg. Reuert. decis. 95. num.2. et in decis.543. num.1. vbi Reg. de Marin. in obs.* sequitur *Pisanell. et Authorem* nostrum, quem ait, omninò legendum.

3 Sed idem noster *Author hic num.9.* dicit, aliquos ex Præsidentibus aliquandò tenuisse contrarium, quia *Pragmatica* disponit, etiam si bona fuerint in Fiscum redacta, & licet nõ sit sequuta dispositio Regis eripientis, vnum contentorum in ea sufficit, & sic conclusum fuisse tradit R. *Salernitan. decis.37. num.5.* haneq; opinionem probat *Minadous in Consil. in aliquibus not.5. num.22. vers. Et ex his, fol.135.* & sic indistinctè militare dictam exceptionem tàm pro Fisco, quàm contrà Fiscum, pluriès decisum refert R. *de Curte in diuers. feud. p.1. fol.71. nu.63. in fine*, & sequuntur *Reg. Rouit. decis.69. nu.9. Nouar. super Pragm.4. de poss. non turb. num.6. Thor. in comp. decis. ver. Pragmatica fol.403. et in add. ad Reg. Salern. d. dec. 37. num.3.* & contrà *cit. Amat.* scribit *Reg. Galeota respons. fisc.19. à num.20. ad 22.*

AD

AD QVAEST. XIX.

An possit supradicta exceptio Pragmaticæ opponi contra agentem hypothecaria, & si non est opposita, an ex hoc possit dici de de nullitate sententiæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pragm. edita Thori, an locum habeat contrà agentem hypothecaria? affirmatiuè aduersùs Loffred. *respondetur, num.1. & 2.*

Et quid in alijs actionibus, num.3.

Exceptione Pragm. edita Thori non opposita, an acta sint nulla, num.4.

Et si est opposita, an per processum ad ulteriora, ea reiecta videatur, n.5.

1 IN hoc dubio semper tenuisse opinionem *Loffredi in cons.34. num.2.* dicit noster *Author hic num.1. & 2.* quod scilicèt *pragm.* non habeat locum contrà agentem hypothecaria, quia non impugnat factum Regis, nec eius concessionem, sempèr namq; Rex intelligitur concedere sine præiudicio tertij; & *Loffr.* sequitur *Reg.de Ponte cõs. 47. num.16. lib.2.*

2 Sed reprobando *Loffred.* contrarium validissimè probat *Io: Angel. Pisanell. in comment. ad hanc prag. editam Thori num.48. & 49.* quod *prag.* comprehendat genericè hunc casum; nam licet inspectis quibusdam *pragm.* verbis, ibi: *Iniungentes etc.* videatur Legislator loqui de eo, qui litem moueret supèr annullatione tituli, attamen alia deindè subnectuntur, quæ omnes comprehendit casus, dùm disponitur, vt super eisdem rebus aliquid in iudicio, vel extrà de iure, vel de facto non innouaretur; Innouaretur autem, si super eisdem rebus lis moueretur hypothecaria; Quid enim aliud importat dictio, *super*, nisi hypothecam, & obligationem? *l.codicillis, §.institutο*, vbi *Bart. D.de leg.2.* in puncto *R.de Põte cõs.20. n.73. vol.2.* & sic nõ cessat ratio cõfusionis, & litiũ euitandarum, & licet quando fit auocatio per hypothecariam, non fit idem, ac si auocaretur titulus, tamen non cessat, quin aliquid innouatum supèr rebus concessis non dicatur, & sic verificantur verba *Pragmat.* & iuxtà hanc opinionem decisum refert *Reg. Reuert. decis.533. t.2.* vbi *Reg. de Marin. in obser. num.1.* post *cit. Pisanell.* & in

3 pluribus causis iudicatum fuisse habere locum *Pragm.* quacunq; actione agatur, ad rem, vel supèr re, testatur *Reg. Camill. de Curte in diuers. Iuris feud. p.1. fol.71. num.56.* quem sequitur *Thor. in comp. decis. ver. Pragmatica edita Thori, fol.403.*

4 Illud autem fuisse semper vniformitèr decisum testatur noster *Author hic num.3. & 4.* quod si non est opposita exceptio huius *Pragm.* non ideò acta sunt nulla, quia quando statutum denegat audiẽtiam per alium defectum non respicientem personam, sed causam, tunc non tollitur actio ipso iure, sed oportet, quod pars excipiat, secùs autem esset, vbi audientia denegaretur propter inhabilitatẽ personæ, vt post *Bald. Imol.* & alios in puncto tradit *Pisanell. in comment. ad hanc Pragm. n.54. & 55.* Sed si est op-

5 posita, Iudex procedendo ad vlteriora eam reiecisse non videtur, & potest quandocunq; opponi, secundùm *Afflict. in Const. dilationes nu.44.* vbi quod quælibet exceptio, quæ remouet actorem, seù reum, siuè Iudicem à limine iudicij, reddit iudiciũ, & processũ retrò nullum; nam quando extat Statutum, quod tollit iurisdictionem, & denegat audientiam, si Iudex de facto audit, non valet sententia, vt in terminis huius *Pragm.* docent *Reg. de Curte d. p.1. diuers. feud. fol.70. num.51. & 52. Reg. Reuit. super pragm.*

pragm.1.de possess.non turb. nu.3. Reg. Galeota resp. fisc. 19. num. 96. & 97. quidquid scripserit *Reg. de Ponte cons. 67.n.17.vol.2.*

AD QVAEST. XX.

An, & quando exceptio Pragmaticæ editæ Thori possit ad merita reseruari.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Exceptio Pragmat. edita Thori, an opponi possit in quacunque parte iudicij, ant valeat illi renunciari, nn.1. & 2.

Et refertur praxis determinandi, illam militare, vel non obstare, vel in dubio capi informationem, n.3. & 7.

Exceptio Pragm. editæ Thori, an possit ad merita causæ reseruari, à nu.4. ad 6.

1 HVius *Pragmaticæ* exceptionem posse opponi in quacunque parte iudicij, & sic tàm ante, quam post litem contestatam, imò compilato processu, docet *Reg.Reuerter. decis.31. nu.5.* cum sit exceptio audientiam denegans, quæ semper clamat, firmantq; *Reg.de Marin.ibid.in obs.num.3. Cons. Arias de Mesa lib.3. var. cap.45.ex n.15.Reg.Galeota resp.fisc. 19. num.95. cum seq.*

2 Quæ exceptio est tantæ potentiæ, eò quod procedit annullando, & nascitur ex ipsa lege prohibitoria, vt pars, cui talis exceptio competit, nõ possit illi renunciare, & sic infertur, quod in quacunq; parte iudicij opponi potest, vt singularitèr ait *Salic. in l.fin.col.6. ver.idem vbicunq; Cod.de edict. Diu.Hadr.toll.* per cuius doctrinam, aliàs fuit decisum in S.C. in causa *Ill. Principissæ Hostiliani* cum *Ill.Comite Altanillæ*, in qua erat iam facta conclusio, exceptionem *Pragm.* opponi posse, teste eodem *Pisanello in qnadam nota marginali cit.commentarij apud Nos manuscripti.*

3 Et quando opponitur hæc exceptio, vel illa absq; termino determinatur, non obstare, quando constat non adesse requisita, vel obstare, cum de ijs constat; vel in dubio, an possit militare, capitur informatio quoad cõcernẽtia exceptionẽ *Pragm.*(prout in *decis.452.Reg.Reuert.*) & instructo Processu, super ea pronunciatur obstare, vel non, vt docet in praxi fuisse receptum *Reg. Camill. de Curte p.1. diuers.feud. fol.70. num.53.* vbi *n.54.*

4 ait, ex prædictis etiam determinari posse hanc quæstionem, an scilicet huiusmodi exceptio reseruari possit ad merita causæ, & veriùs esse tenet post *Grammat. dec.65. num.81.* quod non possit ad merita reseruari, quia *Pragm.* tollit à Iudicibus iurisdictionem, & ex defectu potestatis nõ possunt ipsi cognoscere de meritis causæ, vbicumq; enim per obiectum exceptionis denegatur iurisdictio, debet ante omnia Iudex pronunciare super eo, nec potest, reseruatis exceptionibus ad merita causæ, procedi, vt in *c. si clericus Laicum, de for compet. glos.in c.1.de off.deleg.in 6.* & sic etiam sustinent *R.de Ponte cons.59.nu.5.lib.1. Reg.Galeota d.resp.fisc.19. num.66. & 99.* & ità decisũ fuisse anno 1619. testatur *Nouar. super d.Pragmat.4. de possess. non turb. num.11. vers.limita quintò,* quem sequitur *Thor. in comp. decis.p.2.verb.exceptio Pragm.fol.185. & in supplem. comp.eod.ver.fol.193.*

5 Pluriès tamen iudicatum fuisse testatur noster *Author hic,* quod, quãdo ipsa exceptio est q admodùm dubia, & requirit altiorem indaginem, sit reseruanda, vt vnà cum meritis causæ de ipsa exceptione iudicetur, per notata per *Glos.et DD.in l.cũ quærebatur, D.de iud.solu.*& ex alijs, quos etiã refert *Io.Angel.Pisanell.in comment.ad d.Pragm. num.55.in fine, & num.63.* vbi ait, fuisse exceptionem reseruatam

tam

tam in decis. causæ *Fabij Brancatij*, quia poterat probare de iure Regis, & præsentabatur assensus Regis *Federici*, qui annullabatur per *Pragm.* de rebus gestis in Insula Ischæ (vt supra ad *q.12.*) & sic, quia requirebat altiorem indaginem, ad merita causæ reseruari debebat, *l.3.§.idem, D.de exhib.l.nàm posteà 9. in pr. D.de iure iur. glos. in c.1.de lit.contest.in 6.* sequuntur *Io. Andr.de Georg.alleg.13.n.1.et Cons. Marcian.cons.62.n.6.lib.2.*

6 Prout de Constitutione Zenoniana *in l.benè à Zenone, C.de quadr.prescrip.* & similibus Statutis, quæ agentibus audientiam denegant, intelligendum esse, si huiusmodi exceptio in continenti iustificetur, & per agentes quidquam non replicetur, nàm si contra eam aliquid allegetur, vel saltem altiorem exigat indaginem, ad merita causæ debere reseruari notat, *Praes.de Frāch.dec.377.* vbi *de Luca in obs.n.2.* eoq; in casu Iudici ordinario adēpta iurisdictio non censetur, vt super simili Statuto Florentiæ audientiā denegante dixit *Soccin.sen. cons.46.sub num.4. vers.sed premissis lib.4.* post quem, de Statuto Mantuæ, idē docet *Anton.Gobius in tract.seù repet. l.benè à Zenone q.3.aliàs 33.n.82.& 83.*

7 Annotandum deniq; est, quod exceptio huius *Pragmaticæ*, si esset reseruata ad merita causæ principalis, vel esset opposita post compilatum processum in causa principali, ac etiā super ipsa exceptione, & in decisionē articuli resultabit, exceptionem militare, interponetur decretum, obstare exceptionem oppositam, nec fit aliqua prouisio in causa principali, sed si illa non militabit, tunc simùl, & semel, per actus tamen separatos, respectu exceptionis fit decretum, non obstare, & respectu causæ principalis profertur sententia eodem tempore, vt pluriès obseruatum vidisse testatur *Reg.Rouit.super Pragm.4. nu. 48.de possessor.non turb.*

AD QVÆST. XXI.

Facta concessione feudi duobus fratribus, an habeat locum ius accrescendi.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Consocius, an ex iure accrescendi ad Consortis partem euocetur, in terminis l.vn.C.si liber.Imp.soc.lib.10. *à n.1.ad 3.*

Ius accrescendi, an locum habeat in feudis, n.4.& 5.

Et quid in feudo indiuiduo, vel dato duobus, quorum vnus erat inhabilis, vel insolidum, aut distributiuè, n.6.& 7.

1 Dubitandi ratio nō ineptè eruitur ex *Constantini Imperatoris* sanctione *in l. vnica, C.si liber. Imper.soc.lib.10.* vt si quis fortè ex his, quibus communitèr aliquid donatum sit, nullo hærede relicto decesserit, ad consortem pars decedentis perueniat.

2 Illud verò controuersum est, an huiusmodi successio socij fiat per ius accrescēdi; quidā enim putāt, id pertinere virtute repetitæ concessionis, multi successionis iure, alij deniq; per ius accrescendi, de quibus latè adeundus *D. Reg. Io. Hieron. de Philippo in dissertat.fiscal.35. ex n.23.ad seqq.* licet *Bellon. de Iure accrescend. cap.6. quest.56.num.19.& 20.* opinetur, neque accrescendi iure, neq; repetitæ concessionis vigore, nec successionis virtute superstitem socium admitti, sed ex noua Principis voluntate præferri illum extraneo debere, ex illis

præsertìm *Imperatoris* verbis : *Ad consortis potiùs solatium , quàm ad personam aliam pars decedentis pertineat*; quippè quæ denotare existimet, nequaquam id ad fisci, sed ad tertij exclusionem esse edictum, ac proindè Principis in voluntate esse, defuncti Socij partem, aut sibi retinere, aut si eam alicui donare malit, æquiùs esse, vt magis eam Socio, quàm extraneo largiatur.

3 Et fauendum receptiori sententiæ, ex Iure scilicet accrescendi ad Cōsocij portionem Consortem euocari, arbitratur *Reg. de Philipp. dict. loc. num. 34. et 35.* post *Iacob. Gothofred. in Cod. Theodos. lib. 10. tit. 14. l. 3. si petition. socius sine hæred. defic.* & *Basilicon*, perlectis libris, id ibidem expressè cernitur sancitum *tom. 6. lib. 56. tit. 7. de Delator. pag. 717. sub lit. D.* his verbis : *Si duobus quibusdam Princeps res aliquas donauerit, et alter ex ipsis, absque herede decesserit : pars eius alteri* ACCRESCIT. Quod vltimum sanè verbum, tam in *Iustiniano*, quàm *Theodosiano Codice* expetebatur.

4 In feudis tamen regularitèr Iuri accrescendi locus non aperitur, nisi in inuestitura manifestè scientis Princeps aliud edixerit, quodque speciatim feudorum vsibus constitutum noscitur, probaruntque nostri passim, huius etiam *l. vnica* dispositione perpensa magis communitèr, ex *cap. 1. de duobus fratribus à Capitan. inuestit. circà fin. cap. 1. de fratribus de nouo benefic. inuestit. in princip. cap. 1. §. si duo fratres de feud. Marchiæ*, ibique *Andr. de Isernia*, quem sequitur noster *Author hic num. 8. & seq. Io: de Platea in d. l. vnica num. 3.* ibique *Luc. de Penna vers. sed in feudo, Anton. Perez n. 5. Dionysius Gothofredus in notis ver. donatum, Piscator Valenzuela ex num. 23. D. Franc. de Amaya num. 16. Fachin. controu. iur. lib. 7. controu. 53. vers. Posterioris, Vacon à Vacuna 4. declar. 54. Vult. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 119. Schrader. de feud. par. 7. cap. 1. num. 10. tom. 1. Rosenthal. tom. 1. cap. 6. concl. feud. 73. n. 4. Ioannes Sueuius de iure accrescendi lib. 2. cap. 2. Reg. Constant. in l. 1. & 2. C. de filijs Official. ex num. 82. Reg. Reuert. decis. 479. num. 3. & decis. 536. num. 2. & in vtraque Reg. de Marin. in obseru. tom. 2. Reg. de Philipp. cit. dissert. 35. num. 39.*

5 Quam opinionem attendendam esse in hoc Regno, tùm proptèr authoritatem *Andreæ*, tùm maximè ex *cap. Regni Considerantes* 188. inquit noster *Author hic num. 9.* ità bis decisum tradens *num. 7. & num. 16. in fine*, quem laudat *cit. Reg. de Philipp. cit. loc. num. 40.* vbi *num. 41.* prosequitur, prædictis non obstare *Io: Anton. Bellonum*, qui licet varijs distinstinctionibus in feudis Ius accrescendi vigere, videatur affirmasse, *de Iur. accresc. d. cap. 6. num. 37. à nu.* 171. attamen se ipsum enucleans, vel impropriè id credit accipiēdum, vel pacti saltem taciti, aut inuestituræ efficacia, ortum inquit habere, *d. l. num. 253. ad 256.*

6 Quam conclusionem limitat *Reg. de Marin. in obs. ad cit. decis.* 536. si feudum esset indiuiduum, vel si datum sit duobus, quorum unus erat inhabilis, post *Reg. Reuert. ibid.* vel si adiecta sit dictio, *insolidum*, vel distributiua, *& cuilibet ipsorum* puta *Titio, & Caio, & cuilibet ipsorum concedimus*, &c. deficiente vno, totum alteri superstiti accrescit, *Reg. Reuert. d. decis. 479. in fine*, vbi *Reg. de Marin.* post alios *in obs. n. 3.* sicut etiam in simili de Emphiteusi docent *Grattn. discept. for. cap. 272. ex n. 29.* vbi *de Luca in animaduers. n. 13. & 14. t. 2. Mans. consult. 87. n. 10. & 11. Cesar Panimolle decis. fori Eccl. t. 1. dec. 4. annot. 3. n. 5. & 6.*

7 Sed adhùc veriùs esse tale jus non dari, post *Osuuald. lib. 7. Donell. cap. 17. lit. l.* tenet *Amaya in comm. ad eandem l. vnic. num. 15.* ex quo, aut insolidum aliquibus res relinquitur, aut diuisim; Si insolidum

re-

relinquitur, altero deficiente, qui illam rem habebat, nihil accrescit alteri, neque de nouo quidquam habet per ius non decrescendi, quia pars illa nunquàm fuit eius, qui deficit; Si verò diuisim, non est locus iuri accrescendi in re quam non consequitur, *Duaren. lib. 1. de iure accrescendi cap. 11.* ideò cogitandum relinquimus.

AD QVAEST. XXII.

Concessione facta per Regem de officio aliquo per cessionem, seù renunciationem, an habeat locum, si vacauerit officium per mortem.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Officij resignatio ad fauorem alicuius facta, et præsentata in Curia Regis, sequuta morte resignantis, vel resignatarij, ante acceptationem Regis, an resoluatur, num. 1. et 2.

Assensus in venditione feudi concessi cum potestate vendendi reseruato assensu, potest post mortem venditoris impetrari, num. 3.

Resignans officium, an possit se pœnitere, ante acceptationem Regis, n. 4. Et refertur recens controuersia agitata in Reg. Cam. num. 5.

Princeps, àn possit concedere feuda post mortem alterius vacatura, num. 6. et 7. et quid in officijs, alijsq; concessionibus, à num. 8. ad 13.

Officio vacaturo per mortem alterius concesso, àn concessum censeatur, si vacauerit per remotionem, vel alio modo, num. 14.

1 AGit hìc noster *Author* de resignatione officij in manu domini ad fauorem alterius (hac enim forma officia in alium transferri possunt, non secùs, ac permittitur feudi alienatio cum domini assensu, secundùm *Reg. de Ponte dec. 28. sub num. 19. Amicangel. de Regal. offic. q. 8. num. 1. et 4. Consil. Altimar. in obs. ad cons. 70. Reg. Rouit. num. 1. lib. 3.*) Qua præsentata in Curia Regis, si sequatur mors resignatarij, vel resignantis, ante acceptationem Regis, cuius nàm mors attendi debeat, inquirit *Montan. de Regalib. offic. nu. 68.* vbi contrà *Flamin., Paris., et Io. Andr. de Georg.* probat, mortem resignantis attendi, quia resignatio perficitur ex consensu vtriusque, resignantis scilicèt, & Regis acceptãtis, & sic per mortem resignantis ante acceptationem Regis, extrema non possunt coniungi ob inhabilitatem medij, ex doctrina *Isernia*, quam sequitur *Camer. in rep. l. Imperialem fol. 90. col. 1. ante lit. D.* & elegantèr ex *Pauli* responso confirmat *Reg. Marcell. Marcian. in excerpt. fiscal. exercit. cap. 7. sub num. 21. vers. quod et alio*; Vnde
2 officium renunciatum reseruato assensu, fuisse deuolutum per mortem refutantis ante acceptationem Regis, refert noster *Author hic num. 8. et 15.* quem refert, & sequitur *cit. Montan. d. num. 68. in fin.*
3 At in venditione feudi concessi cũ potestate alienãdi reseruato assẽsu, posse superuenire assẽsũ post mortem venditoris, tuetur *Reg. de Ponte cons. 81. vol. 1.* ac declaratur per *Cons. Staib. resol. 2. à num. 2. cent. 1. R. Marcian. disp. 91. num. 12. Reg. Merlin. controu. 81. à num. 18. lib. 2.* Imò si re-
4 signatio non adhùc cũ voto peruenit in manus Regis, vel eius Vicarij, nec sit præstitus assensus, posse resignãtem se pœnitere, concludere videtur

noster *Author hic num.* 10. ad tradita per *Reg. de Marin. resol.* 103. *lib.* 1. *n.* 7. *& Montan. d. loc. num.* 64. 65. *&* 68.

5 Similis euenit controuersia in Reg. Cam. apud *Constantinum Act.* in causa *Iosepha Papa* filiæ, & hæredis *Anelli Papa*, quæ petijt intestationem officij Actuariatus Cambij pro alterius vitæ spatio, aduersùs *Honofrium de Litio*, agentem vigore cuiusdam venditionis, seù resignationis ei factæ in vita *d. Anelli*: Idque duplici iuris fundamento doctissimè fundauit *Dom. Ambrosius Rosanus*, celebris causarum patronus: vel quia venditio, seù resignatio anno 1685. à dicto *Anello* cum dolo, & enormi læsione facta, ac deindè reuocata, nulla sit, ac omni conualidationis spe destituta ob mortem resignantis; vel pendente decisione articuli denegationis assensus, vel acceptationis, & reuocationis, titulum officij debere confirmari dictę hęredi, causa verò adhuc indecisa pendet.

Annotandum prætereà ducimus, àn possit Princeps cōcedere res post mortem alterius vacaturas?

6 Quæ sanè quæstio in materia feudali est definita, per *text. in cap. moribus, si de feud. fuer. controu. inter Domin. & Agnat. & in cap. 1. qui success. ten. & in cap. si quis inuestiertt, de feud. dato in vim leg. comm.* & ibi *Andr.* alijq; Interpretes, vbi firmant, quod concessio feudi nondùm aperti, nec Regiæ Curiæ deuoluti, valeat, nec subiaceat dispositioni *l. fin. C. de pactis*, quia huiusmodi concessio non dicitur de futura successione viuentis, ob quam inducitur votum captandæ mortis alterius, sed caducitas successionis per delictum, vel per mortem, vocaturque Inuestitura de caducitate successionis, & non de futura successione, secundùm *Bald. in d. cap. moribus*, vbi dicit etiam, quod sic inuestitura in defectum iuris tertij, qui habet in se iuris ordinem, & ità seruatum fuisse per Regem *Robertum*, *Ferdinandum*, & *Federicum*; testatur *Afflict. dec.* 292. sequuntur *Petr. de Gregor. de concess. feud. par.* 1. *q.* 3. *Schrader. de feud. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 18. *Rosenth. de feud. cap.* 4. *concl.* 9. *num.* 2. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 25. *ex num.* 1. *Cons. Roccus de offic. rubr.* 1. *n.* 1. *Cons. Altimar. to.* 2. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 14. *num.* 22. & latè *Io: Torre de pact. futuræ success. lib.* 1. *cap.* 21.

7 Si tamen Rex concesserit Titio feudum *Martini*, quem credebat esse mortuum, & *Martinus* viuit, sed post concessionem decesserit, non debetur feudum, nisi in concessione fuerit quoque dictum, deuolutum, vel deuoluendum, *Author* noster *hic n.* 9. post alios *Mastrill. d. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 2. *Montan. d. loc. num.* 79. *in fine*, *Cons. Roccus d. rubric. num.* 32.

8 In officijs verò, alijsque concessionibus, secùs dicendum est, itaùt, nisi vacata fuerint per mortem, vel alium casum, proptèr votum captādæ mortis alteri concedi prohibeantur, vt vt post alios firmant *Mastrill. d. c.* 25. *à num.* 10. *Fontanella decis.* 212. *Leo decis.* 39. *tom.* 3. *Cutell. ad leg. Sicil. Martini not.* 30. *fol.* 525. *Franc. Salern. cons.* 10. §. 1. *Reg. Capycelatro consult.* 145. *num.* 31. *Bottilier. de success. theor.* 44. *cap.* 2. *num.* 6. *Io: Torre de pactis futur. success. d. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 66. *Solorzan. to.* 2. *de Iure Indiar. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 3. *& lib.* 3. *polit. cap.* 7. *Cons. de Rosa consult.* 64. *to.* 1. *Cons. Roccus de offic. d. rubr.* 1. *n.* 2. *Cons. Altim. d. q.* 14. *n.* 23.

9 Idque fuit etiam obseruatum semper infaustum in Magistratibus, in locum viuentis alium subrogari, siquidèm nemo ex his, qui Magistratum Collegæ abstulit, annum vixit, vt monet *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. iur. lib.* 40. *cap.* 4. *num.* 6. Quod verò Gētiles nequaquam admiserint concessiones dignitatum, præcipuè Sacerdotalium non vacantium, viuente scilicet possessore, constat ex *Dione histor. lib.* 49. ex quo habetur non licuisse Romæ, viuo alicui Pontificatum adimere, & ideò *Octauium Cæsarem* recusasse Summum Pontificatum

Le-

Lepidi, eo viuente sibi à Populo oblatum, *Gregor.ibid.*

Vnde beneficia Ecclesiastica non vacantia, quæ, *Gratias expectatiuas* appellant *Canonistæ*, concedi, aut permitti non debent, vt ex Sacrorum *Can.* & *Conciliorum* dispositione, latè probant *Franc. Salern. d.cons.*10. §. 1. *per tot. Card. Merlin. decis.*194. *Fragoso par.*2. *de Regim.Reipub. disput.*20. §. 5. *Valensis lib.*1. *de benef.tit.*22. *Dartis de benefic.sect.*5. *cap.*1. *Io: Torre de pact.futur.success. d.cap.*20. *num.*1. *cum plurib. seqq. Pereira de manu Regia cap.*56. *& seqq. D.Emanuel Gonzalez in comment. ad lib.* 3. *decret. cap.* 2. *de concess. prabend.*

10 Eòque minùs concessiones huiusmodi fieri possunt ab inferioribus à Principe, quandoquidem in ipsomet Principe cōtrouertitur facultas, *Torre d.cap.*20. *num.*70. vt de Barone dixit *Andr.in d.cap.moribus, si de feud. fuer. controu. &c.* & post *Affl. Mastrill. d.c.* 25. *num.* 12. & de Cardinali à latere *Anna alleg.* 55. *num.*4. Et de Magno Magistro Hierosolymitanæ Religionis, post *Barbat.*, & *Cagnol. Mastrill. d. loc.* posse tamen concedere expectatiuas commendarum, dicit *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 46. & probasse Supremum Consilium Aragon. testatur *Dom. Crespi obseru.* 65. *num.*14.

11 Imò per statuta municipalia nonnullorum locorum, esse prohibitas harum expectatiuarum concessiones apparet, vt de Regno Castellæ tradit *Gregor.Lopez in l.*13. *tit.*6. *par.*5. *glos. vlt.* in Sabaudia testatur *Faber in suo Cod.lib.*1. *tit.*13. *de diuers. rescript.def.* 7. ac *Fontanell. d. dec.*213. *num.*14. & in Regno Siciliæ adesse plures Constitutiones in hac materia, testes sunt *Mastrill. d.cap.* 25. *num.* 21. *Francisc. Salern. d.cons.*10. §. 1. *ex num.*2.

12 Quæ conclusio locum sibi vindicat de potestate ordinaria Principis, qui non potest concedere officia vacatura sine consensu possessoris, sed de potestate absoluta id facere ei non prohibetur, & valet cōcessio, vt post alios tradunt *Mastrill. d. cap.*25. *n.*27. *Fontanell.d.decis.*213. *n.*3. *Dom. Crespi d.obseru.*65. *num.*19. *Cons.Rocc.de offic. d. rub.* 1. *n.* 8. licet contrarium mordicus defendat *Salern. d. cons.*10. §. 3. *per tot.* quod nempè neque de absoluta, neque de ordinaria potestate, officia secularia possint à Principe anticipatè concedi, sed minùs rectè, vt obseruat *Io:Torre d.cap.*20. *n.*68. & sic hodiè obseruari, quod Rex noster concedit officia vacatura, illorumque futuras successiones post mortem possessoris, ex multis comprobat *Reg.Capyc.latro consult.* 145. *ex n.*147. qui scripsit in causa propria, dum propter sua benemerita in munere Regij Consiliarij, & apud Suam Catholicam Maiestatem pro hac fidelissima Vrbe Neap. Legati, obtinuit rescriptum eiusdem S. M. de primo loco vacaturo Regentis Regiam Cancellariam, & sic cepit officij possessionem, quod vacauerat per mortem *Ill.Regentis Marchionis Belmontis.*

13 Er eò magis valet promissio si sit generalis, & de officio incerti hominis, vt si promissum sit primum officium vacaturum in Senatu, *cit. Reg. Capyc.latro dict.consult.*145. *num.*147. *Crespi d.obs.*65. *nu.*8. *Torre d.cap.*20. *num.*69. *Cons.Roccus d. rubr.*1. *num.*7. *Cons.Altimar.de nullit.d.rubr.*10. *q.*14. *num.*29. *Episc. Rocca lib.* 1. *disput.* 90. *num.*8.

14 Quæritur modo, an si Rex concessit Titio officiū vacaturū per mortem Caij, concessum censeatur, si vacauerit per remotionem Caij, vel alio modo, & è contrà? Hanc quæstionem ad partes examinat *Mastrill. de Magistrat. lib.*1. *cap.*26. & affirmatiuè respondit *à num.* 16. *ad seqq.* quia casus mortis, remotionis, seu renunciationis æquiparantur, arg. *text. in l. Gallus §. & quid si tantùm*, ibi: *Vt ad similitudinem mortis, cæteri casus admittendi sint, D.de liber.& posthum.* & idem est remoueri ab officio, quod mori, *glos. in clem.* 1. *ver.mori, vt lite pend.*

pend. similis *glos.in cap. sicut ver. moriatur, de concess. prabend. in 6.* proùt substitutus in casu absentiæ, censetur talis in casu mortis, cũ absentia morti æquiparetur, *cap. ult. §. fin. de Sede vacante*; & ità post alios firmant *Olea de cess.iur.tit.3.q.4.num.*10. *& seqq. Antunez Portugal de donat.* Regys *tom.*1. *cap.*13.*num.*141.*&* 142. *Cons.* Roccus *de offic. d. rubr.* 1. *à num.* 33. *De Luca in obs. ad Pras. de Franch.decis.*255.*n.*4. *Consil. Altimar. in obs. ad* Reg. Rouit. *cons.*105.*lib.*2. *& tom.*2. *de nullitat.rubr.*10. *quæst.*9.*per tot.*

AD QVAEST. XXIII.

Quando fit concessio per Baronem de subfeudo secundum quid, & assensus est difformis concessioni, an & qualitèr teneat concessio.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Assensus à contractu difformis, àn sit nullus, num.*116.*&* 7.

Et quid in assensu prastito, dummodò recognoscat immediatè Reg. *Curiam, & Baro concedit subfeudum, dummodò teneat immediatè ab ipso, num.*2.

*Vel per clausulam ad instrumentum concessionis relatiuam, num.*3.

*Vel neque impetratus sit super pacto de retrouendendo, num.*5.

Clausula, cuius tenor habeatur pro expresso, *quid importet, num.* 4.

*Assensus impetratus surreptitiè, vel obreptitiè, an sit nullus, n.*8.

*Et an supersedeatur in exequendo, n.*9.

1 Concluditur hìc, quod difformitas assensus à contractu vitiat illum; Quam conclusionem comprobant *Andr. in cap. Imperialem num.*5.*&* 6. *& ibi Camerar.fol.*4.*col.*4.*Theodor.alleg.*31. *ex num.*16.*et* 86.*num.*19.*Pras.de Franch.decis.*48.*et* 154.*Amat.cons.*44. *num.* 21. *De Medic. cons.*131.*num.*10. R.*Galeota contr.*53. *n.*43.*lib.*2. *Pras. Merlin.contr.*8.*n.*19. *cent.*2.*Cons.Gizzarell.decis.*3.*nu.*10.*&* 11.R.*Rouit.cons.*68.*vers.tertia nullitas, & cons.*97.*n.*1.*lib.*2. R.*Reuerter. decis.*106.*t.*1. vbi Reg. *de Marin. in obs.n.*2. *Nouar.qq.forens.lib.*2.*q.*7.*per tot.Cons. de Rosa consult.*59.*n.*49. R.*Capyc.latro decis.*170. *n.*13. *lib.*2. & latè R.*Marcian.disp.*7. *à n.*19. *ad fin.* vbi firmat, assensum nihil operari tanquàm difformem, si in contractu renunciationis factæ in beneficium patris, eiusq; hæredum, & successorum quorumcunque tàm vniuersalium, quàm particularium, assensus sit concessus pro hæredibus, & successoribus simpliciter absq; clausula, *quibuscunque*, & absq; mentione hæredum particularium, cum clausula apposita in renunciatione generalior sit, quam illa apposita in assensu, *Cons.*Roccus *resp.*100. *nu.*41. *lib.*1. quem sequitur *Cons. Altimar.in obs.ad* R.Rouit *cons.*12.*nu.*11.*lib.*1.

2 Vnde si Baro concedit subfeudum, dummodò teneat immediatè, & in capite ab ipso, & Rex præstat assensum, dummodò recognoscat Reg. Curiam immediatè, & in capite, non valere concessionem in causa *Metelli de Rogerio* iudicatum fuisse testatur noster *Author hic nu.*1. de qua decisione memor est quoque *Io.Vincent. de Anna in repet. Const.Constitutionem D.M. n.*40. vbi dicit, quod pulchram limitationem tradidit *Fabius Marchesius* illius Aduocatus, de qua se refert ad suam *alleg.*45. vbi de hoc

scrip-

scripsit, ac tradit *Reg. Reuert.dec.* 106. *& dec.*186. & vtrobique *R.de Marin. Reg.de Ponte cons.*72. *n.*5. *&* 19. *lib.*2.

3 Sed si Rex præstaret assensum simpliciter, referens se ad instrumentum concessionis prædictæ factæ per Baronem cum clausula, *cuius tenor habeatur pro expresso, ac si de verbo ad verbum &c.* tunc decisum testatur idem *Reg.hic n.* 4. assensum non esse disformẽ; quẽ refert, & sequitur *Montan.de regal.offic. nu.*18. *verf.clausula*,

4 dicens, prædictam clausulam, aliquando declarare qualitatem expressotũ in priuilegio, itemq; quando post clausulam prædictam, essent specificata quædam simpliciter, absq; dicta clausula, & hæc specificata essent difformia ab his, quæ concessa erant prædecessoribus Baronibus, tunc dicitur restricta concessio in his specificatis ex *Præs.de Franch.dec.*192.*nu.* 9.*& seq.* conferunt P. *Merolla tom.*3. *Theol.mor.disp.*6.*de Priuil. cap.*8. *dub.* 46.*difficult.*11.*à n.*441.R.*Reuert.decis.* 557.

5 Similitèr, si fuerit facta venditio feudi, & simultaneè initum pactum de retrouendendo, si assensus Domini directi sit impetratus super venditione, & non super pacto de retrouẽdendo, ex defectu assensus super pacto prædicto, est etiam nulla ipsa venditio, vt post alios optimè firmant R.*Lanar.cons.*73. R.*de Ponte cons.*21. *à n.*37.*lib.*1.R.*Rouit.cons.* 18.*nu.*11.*et* 12. *lib.*2. vbi *Cons.Altim.in obs.n.*26.*et* 27. R.*Reuert.dec.*133.*Præs.de Franch.dec.* 126.*vbi de Luca in obs. et in decis.*105. *Gizzar.decis.*67. *Epis.* Rocca *disp.iur. lib.*1.*cap.*60.*n.*4.

6 Licet autem difformitas assensus à contractu inualidet illum, tamen quotiescunque talis assensus est difformis à contractu in aliqua qualitate, & restrictione in damnum emptoris, difformitatem illam non potest allegare venditor, cui nullum resultat interesse, quia ex consensu emptoris contractus remanet validus, *Pern.cõs.* 7.*art.*5.*Petr.de Gregor.de concess.feud.* *p.*3.*q.*5.*n.*7.*Surd.cons.*440.*n.*46.*vol.*3. *Præs.de Franch.dec.*105. *n.*4. R.*Rouit. cons.*12.*n.*21. *lib.*1. vbi *Cons.Altimar. in obs.n.*12.

7 Sed *Reg. Marcian. d. disp.* 7. *num.* 26.*& seqq.* fundat, non posse illum, in beneficium cuius fuit facta dicta renunciatio ampla, cum assensu sic restricto, renunciare suo fauori recipiẽdo illam sic ab assensu restrictam, licet posse fundet *Reg.* R*ouit. d.cons.* 12. *num.* 20.*& cons.*26.*lib.*2. nam satis est adesse difformitatem ad hoc, vt vterque ex contrahentibus illa iuuari possit ad æqualitatem seruandam, *l.* 1. *C.de Cupress.lib.*10.*& l.fin.C.de indict. viduit. toll.* cum non deceat, contractum claudicare, vt valeat respectu vnius, & non alterius, *l.Iulianus*, §.*si quis, D.de act.empti, de Franch.dec.*71. *n.*15.*& dec.*154.*n.*5. *& dec.*540. *Cons. Theodor. alleg.n.*13. *&* 14.*Nouar.d.q.* 7. *n.*14. Nec confirmatur contractus in eo quod est minùs, licet adsit assensus in eo, quod est plus, & è contra, ad *text.in c.susceptum, de rescript.in* 6. *de Franch.d.dec.*71.*n.*16.*Georg.alleg.*3. *n.*12.*Gizzarell. d.dec.*3.*num.*10. *&* 11. dicitur enim assensus, quasi simul sensus, vt docuit *Bald.in l.fin.ad Maced.* vnde si Vasallus vno modo alienat, & Rex alio modo assentiat, non dicitur assensus, sed dissensus, *Freccia lib.*3.*de subfeud. q.*34. quem sequitur *cit.R.Marcian.d.loc.n.*31.vbi etiam respondet *R.Rouit.d.loc.*

8 Assensus itidem impetratus surreptitiè, cum verum non asseritur, vel obreptitiè, cum falsum exponitur, est nullus, tùm ex dispositione *c. cum dilecto, & c.super literis, de rescript. in* 6.tùm ex solita clausula in ipso assensu adiecta (*veris existentibus prænarratis*) vt declarat *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.* 8.§.10.*n.*6.*&* 7. *Ricc. collect.*325.*& in praxi Eccl. p.* 3. *resol.* 436.*&* 437. *Nouar. super Pragm. collect.*8. *de off Iud.n.*270. *Tasson.de antef. vers.* 4.*obs.*2. *nu.*56.*Theodor.alleg.* 86.*n.*8.R.*Capyc.latr. consult.*82. *n.*63. *& seq. lib.*2. *Reg.de Marin. alleg.*146. *n.*2.

n.2. in fine t.3. Thor. in comp. dec. ver. assensus p.3.fol.66.Cons.Staib. t.1. res.1.& in resol.164.t.2.Iul.Capon.discept.14.n.2.t.1. Cons. de Rosa consult.59. ex n.53. t.1. Cons.Altimar. in obs.ad Reg. Rouit.cons.53.à n.29. lib.3.

9 Vnde exceptione surreptionis, vel obreptionis opposita, supersedetur in exequendo, ex *text. in l. & sinon cognitio,C.si contra ius, vel vtil.publ.* exponunt *Ep.Ricc.d.p.3.praxis resol.*441. *Staiban.sen.cons.*65. *à nu.*25. *& Cons. Staiban. in obs.ad d.suam resol.* 164. *in fine*, *Reg.*Reuerter. *decis.*16. vbi *Reg.de Maria. num.*1. *Nouar. decis.*156. *Pras. Merlin.contr.cent.*2. *cap.*15. *Cons.Rocc. resp.*100.*t.*2.

QVæstio hæc, estò non legatur inter *decisiones* editas anno 1670. nihilominùs, dum nostro in Codice manuscripto illam reperimus; eam imprimi necessarium existimauimus.

QVAESTIO XXIV.

An vita Militia debita secundogenito, quæratur Fisco, ob rebellionem illius, durante vita eiusdem.

SVMMARIVM.

OB rebellionem confiscantur bona, & credita, n.1.
Mors naturalis, & ciuilis æquiparantur, in expressis tamen casibus, aliàs non, n.2.
Vita militia, an veniat loco legitimæ, seù loco portionis super feudo, seù loco alimentorum, n.3.
Decisio S.C. quod vita militia debeatur etiam in successione transuersalium, n.4.
Vita militia, an sit vt feudum in persona secundogeniti, n.5.
Feudum rebellis, quod tenetur mediatè a Rege, deuoluitur ad Regem, durante vita rebellis, n.6.
Rebellis plenè restitutus, potest repetere vitam militiam, non solutam à fratre primogenito, n.7.
Restitutio, num operetur in præiudicium Iuris tertio quæsiti, n.8.
Bona prohibita alienari, veniunt in confiscatione, durante vita possessoris illorum, n.9.
Vsusfructus non venit in confiscatione, sed reuertitur ad habentem proprietatem, n.10.
Differentia inter vsumfructum, & vitam militiam, n.11.
Vsusfructus, an veniat in confiscatione, saltem vita durante vsufructuarij, n.12.
Decisio Regiæ Cameræ contrà Fiscum in fauorem primogeniti, & ratio, n.13.
Opinio Authoris *contraria, & rationes, n.14.*
Intellectus ad Constitutionem Regni, pæna carcere, *n.15.*

1 FIscus ob rebellionem, Iure quidem, omnia venire confiscanda prætendit, non modò bona, vt in *l. quisquis in princ. C. ad l. Iul. maiest.* sed credita etiam, vt in *l fin. eod.* vbi *Glos.* dicit in *verbo soluere*, id esse in Fisco speciale, & si dicatur, quod ob rebellionem secuta est mors ciuilis, & sicut ob naturalem, nil acquisiuisset Fiscus, ità & nil acquirere de-
2 beat ob ciuilem, cum æquiparentur mortes istæ, *l.si decesserit, D.qui satisd. cog. l.1. §.penult. D. de bon. poss. contr. tabul.* Id intelligendum est in casibus expressis, nam, vbi lex non expressit, nō est ratio similis vtriusque mortis, secundum *Glos. in c. placuit 16. q. 1. & Alex.* multos alios allegantem *in cons.139.incip.viso themate 2.vol.* vnde interim, dum viuit iste rebellis, Fiscus Iure etiā dicit, hanc temporalem commoditatem, sibi applicandam, *l.Statius Florus, §. Cornelio Falici, D.de Iure fisci.*

3 Adducuntur etiam prò fisco quatuor alia fundamenta, & rationes, ob quas videtur, vitam istam militiam sibi deberi: & primo, aut ista vita militia consideratur, vt legitima secundogeniti super feudo, aut vt pretium, seù loco portionis, quæ illi in feudo competijsset secundùm *Andr. in Const. Comitibus, & Afflict. in dec.*251. aut loco alimentorum, quæ secundogenito debentur, iuxtà *Frec.de subfeud.in 2.lib.n.19.differ.inter feud. ex pact.& prouident. & feud. hæreditarium*,
4 quod saltem prò hac parte videtur esse veriùs, quia vita militia debetur etiam in successione transuersalium (inter quos non datur Ius legitimæ) vti decisum fuisse in causa Principis Hostiliani restatur *Capyc. decis. vlt.* & sic, siuè hoc, siuè illud sit, commoditas est, quæ non extinguitur, & sic ad Fiscum venire debet, *l.necessario, § fin. D.de peric.& comm. rei vend.*

5 Se-

5 Secundò, ista vita militia residet in secundogenito, & in eius persona, tanquam feudum, vt videtur tenere *Camer. in c.Imperialem car.102. lit.N.* & tunc habet Fiscus specialem decisionem *Speculatoris in tit. de feud.§ quoniam super homagijs vers.4. quaeritur*, affirmantis, quod feudum rebellis, quod 6 ab alio Domino mediatè tenetur, ad Regem deuoluitur, contrà quem est commissa rebellio, vita durante rebellis illius, quod & tenet etiam *Bal. in c.nulla in fin. per quos fiat inuest.*

7 Notatur pro tertio id, quod dicit *Afflict. in Const.Comitibus q.5.* scilicet, quod si secundogenitus sit Regis rebellis, & inde plenam restitutionem obtineat, poterit à fratre primogenito, totum id, quod sibi debeatur, ratione vitæ militiæ, si non fuerat rebellis, recuperare; & sic infertur, vitam militiam non quæri fratri primogenito, ob rebellionem secundogeniti, ex quo iste recuperat debitum sibi prò præterito, nàm aliàs resti- 8 tutio non potuisset, quicquam efficere in præiudicium Iuris aliorum iam quæsiti isto medio tempore, maximè ex legis dispositione, vt per omnes notatur in *l.gallus, §.& quid si tantùm, D. de liber. & posth.* vnde si verè hæc vita militia remanet semper in secundogenito vita sua durante, certè ob rebellionem acquiret Fiscus portionem illam, dum ille viuit, vel & cætera bona acquirit.

Adde pro quarto, & vltimo id, quod asserit *Oldrad.cons.17. & Roman.in l.si Constanti, §. fin.D.sol.matrim.* & *Aciat.cons.783. incip. in testamento Magnifici*(& si aliter dixerit *Alex. cons.27.vol.1.*) vz. quod alienare prohibitus, bona sibi in testamento relicta, itaùt 9 eius in morte perueniant ad aliquem tertiũ nominatum, si incurrerit in crimen, ob quod illa bona confiscarentur, quod similiter intelligentur confiscata huiusmodi bona alienati prohibita, dum ipse vixerit; Vndè, & eadem ratione id dicendum erit in nostro casu, & tantò maiori ratione, quantò maius est Ius, quod habet secundogenitus supèr hac vita militia, quàm ille hæres alienare prohibitus supèr re alienari vetita.

10 Nec obstant dicta per *Loffred.in cons.5. in quaest 3.* ad *tex.in d.l Status Florus*, scilicet, quod vsusfructus, quem habet rebellis, cum proprietate consolidatur, & non confiscatur ob rebellionem, nàm vita militia differt 11 ab vsufructu in multis. Primò enim vsufructuarius capit fructus manu propria, secundogenitus verò non vitam militiam, nisi à fratre; Secundò, si fructus omnes pereunt, vsusfructus similiter peribit, at vita militia permanet, & etiam percipies secundogenitus à primogenito, & si fructus primogenitus non perciperet; Tertiò vsufructus vti feudum de per se alienari non potest sine assensu, etiam in ipsum feudi dominum, secùs vita militia, quam potest secundogenitus sine assensu, remittere non modo primogenito, sed cuicunque extraneo, vita sua durante, & si multi *in l. si finita, §. si de vectigal. D.de damno infecto*, dixerint etiam 12 vsumfructum sub confiscatione venire vita durante vsufructuarij, vt sit quatenus aliquã habeat cum vsufructu similitudinem vita militia, etiam prò hac parte possimus affirmare, vitam militiam esse confiscandam ob rebellionem; Addas relata per *Gigantem in tract.de crimin.læsæ Maiest. lib.2. q.3.& 5.*

13 His tamen non obstantibus, Fiscus non obtinuit die 20. Martij anni 1578. nam fuit contra ipsum decisum, ea ratione, quia hæc vita, & militia erant alimenta, quæ rebelli non debentur. Itèm quia erat Ius supèr feudo, quod resolui deberet in beneficium feudi ob mortem ciuilem secundogeniti, vti ob naturalem, alijsque varijs de rationibus; 14 Licet ego ex aduerso considerassem, quod hæc vita militia erat Ius illud, quod cuilibet filio debetur in bonis patris, & quo priuari non poterat, nisi per exhæredationem, causa legitima præcedente uti refert *Molin. in tract. de primogen.* cum ait, quod omninò alimenta debentur secundogenito, & sic, quod debeatur vita militia, eo Iure, quò legitima debetur cuicumque filio, ad *tex.in l. curatio, D.de bonis damn. & simil.* Imò quod vita militia non debeatur solummodo Iure naturali, prout debentur alimenta, quæ filio diuiti non dantur, sed etiam Iure ciuili, & Iure actionis, ne dum personalis, quæ oritur condictione ex illa lege, & *Constit.Regni Comitibus*, sed etiam realis, quam introduxit *Cap. Regni incip. alienationis actus*, quæ actio personalis, & realis est iam formata; & sic iam in bonis illius secundogeniti; ergo ob eius rebellionem deuoluetur, sicut cætera bona, & licet rebelli non debeantur alimenta per *Constit.Regni incip. pœna carere*, 15 (quæ potissima fuit ratiò decisionis huius) illam tamẽ dispositionem, ego intelligebam exortam in odium contumacis, & rebellis illius, vt ibi *d.Andr.* non in beneficium debitoris; His accedat *Constit.Regni, sequens*, vbi si filius delinquit in vita patris, fiscus cõfiscat, portionem suam, secuta morte patris.

ANNOTATIO.

1 HAne nostri *Autoris decis.* recensent, & sequuntur *Montan. in tract. de Regalib. tit. bona contrahentium*

tium incestas nuptias in fine, vers. refert quoq; Reg. Moles, Bottilier. de success. ab intest. cap. 3. theor. 110. *num.* 30. *vers. secūdo verò casu*; Et in hac causa, pro Fisco scripsit *Praes. Marcellus de Mauro*, tunc Fisci patronus, vt in sua *allegat.* 76. vbi affert omnia fundamenta, ab *Authore* nostro hic pro Fisco adducta; sed contrà Fiscum decisum fuisse testatur noster *Author hic*, & suam paritèr compilauit decisionem Reg. *Reuerter. in sua decis.* 80. *t.* 1. secundùm ordinem R. *de Marin.* quæ impressa etiam reperitur, lōgè tamen vberior, post *tract. de vita, & militia Capani fol.* 199. & memorāt, ac sequitur *Laratha in Theatro feud. dilucid.* 76. *per tot. Thor. in suplement. comp. dec. ver. vita, & militia*, Reg. *de Marin. in obs.* ad Reg. *Reuerts. cit. decis.* 80. *num.* 1. *ad* 4.

2 An verò vita, & militia debeatur secundogenitis à Fisco, etiam post deuolutionem super feudo paterno, ad ipsum Fiscum deuoluto, ob rebellionem primogeniti, qui possidebat feudum? & reiecta *Franc. de Amicis* sententia, in fauorem secundogeniti respondet *Capan. de vita, & militia q.* 29. & vide *Arrest.* 170. apud Reg. *de Marin.*

AD §. XXIV.

De Demanio Vniuersitatum.

AD QVAEST. I.

Qualitèr competat ius Prælationis in Regium Demanium alicui Vniuersitati, quæ venditur ab eius Barone.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Domanij, ac demanij notatio, ac significatio traditur, à n. 1. ad 4.

Huius §. quæstiones, vti notabiles transcripsit R. Tapia, d. n. 1.

Demanialia bona, seù Castra, an possint à Rege alienari, n. 5.

Et quid in demanio concesso? In dubium reuocatur decretum anni 1638. relatum per R. Galeot. n. 6.

Et memorantur quæstiones cum Ciuitatibus Caua, Lanciani, Status Amalfiæ, ac recens reintegratio demanij Ciuitatis Luceriæ, à n. 7. ad 9.

Demanium, siuè prælatio pro eodem pretio in venditione Vniuersitatum, an ipsis de iure competat, à n. 10. ad 13.

Et an sit vera distinctio inter venditionem Ciuitatis Regiæ, vel Baronalis, à n. 14. ad 16.

Seruitus, an sit viuere sub Baronibus, n. 17. & 18.

Iurisdictio criminalis, an rectè Baronibus concedatur, n. 19.

Vniuersitates ad Regium Demanium admitti, quare expediat Regi; & quot ad id requirantur, à n. 20. ad 23.

Demaniorum causæ tractari debent in R. Camera, n. 24. & cur non requirant Regium assensum, n. 25.

Quo ordine sint expedienda, n. 26.

Demanium, an etiam competat particularibus, ipsa Vniuersitate contradicente, vel paruis Vniuersitatibus, vel vni sub aliqua Baronia, à num. 27. ad 29.

Et quid in locatione, in cōtractu ad gaudendum, vel permutationis, num. 30. & 31.

Et an Clerici, vel Ciues alibi habitantes contribuere teneantur, n. 32.

1 MAteriam scitu dignam de Demanio, magisq; frequentem in foro exornandā aggredimur; Nonnulla verò de Iure Demanij breui quidem, sed non insulso calamo elucidauimus in nostra *Fori feudalis Epitome cum suis assertionib. in tit. Breuis, de*

de Iure Demanij notitia; Modò alia annotabimus ad hasce nostri *Authoris* quæstiones, quas ferè omnes, vti notabiles typis imprimendas quoque curauit *Reg. Tapia in lib. 6. Iur. Regni Neap. tit. 10. de Demanio à fol. 86. ad seqq.*

2 Domanium itàq; in genere sumptum pro *Dominio* accipi constat, ex quo ethymon, id notat *Renatus Chopp. de Domanio Franciæ lib. 1. tit. 2. num. 1.* Quod sanè verbum omnia Curiæ bona significare patet ex *Imp. Federici Constit. Regni, Dignum*, idest non solum Domanialia, verùm etiam cætera bona, atq; Iura ad Regis Curiam spectantia, quasi quod cum omnia Curiæ bona in Regis Dominio sint, eadem de Domanio quoq; dicantur; ità tamen à Dominio differt, vt genus à sua specie; Genus namq; dominium est, & quidquid in Regis Domanio est, in Regis dominio est, non verò è cõtra, *Isernia in §. nec Dominus nu. 49. de prohib. feud. alien. per Feder.* dicens id colligi ex *d. Constit. dignum*, quem sequuntur *Reg. de Ponte lect. feud. 8. nu. 12. Reg. Rouit. in comment. ad Pragm. 63. nu. 1. de Offic. Proc.*

3 *Cesar.* Demanium in huius Regni *Constitution.* appellatur, prout etiam in priuilegio eiusdem *Federici II.* apud *Petrum de Vineis lib. 6. cap. 25.* meminit *Gerard. Ioann. Vossius de vitys sermon. lib. 3. cap. 8.*

4 Ex domanialibus verò bonis, quædam Regis esse dicuntur, quædam Baronum, quædam Vniuersitatum; Regis primò domanialia sunt, quæ ad ipsum vti Principem, & Regni Dominum spectant, quæq; in Regis Patrimonio esse dicuntur, vt sunt Ciuitates, Castra, functiones fiscales, gabellæ, & similia, vt tradit *Isernia in c. Imperialem, §. prætereà nu. 48. de prohib. feud. alien. per Feder.* Sed est satis

5 controuersa quæstio, an Rex possit etiam inuitis Vasallis alienare, seù infeudare bona, seù Castra demanialia? Et communior, veriorq; resolutio est, vt Rex liberè valeat donare, & alienare non solùm quælibet bona Coronæ, sed etiam Ciuitatem, vel Oppidum Regni, dummodò magnũ, & notabile, Regno, in diminutionem Regiæ Coronæ, damnũ nõ inferatur, vt per *Menoch. cons. 1003. d. m. Arnis. de Iur. Maiest. lib. 3. cap. 1. num. 11. & seq. Castill. de tertys cap. 17. Cabed. 2. p. decis. 17.* & alibi, *Larrea alleg. 80. nu. 40. Reg. de Curte in diuers. feud. fol. 6. num. 9. & seqq. p. 1. Præs. Lanar. in add. ad R. Lanar. in repet. c. 1. de his qui feud. dare poss. nu. 10. & seqq. à fol. 105. Cyriac. contr. 402. à num. 41. D. Christoph. Crespi de Valdaura obs. 14. à n. 1. par. 1. Antunez Portugal de Donat. Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 4.*

6 Prætereà non modica est controuersia, nùm liceat Regi demanium concessum reuocare, & alienare demanialia Castra, quam latè examinant *Fulu. Lanar. supracit. loc. à nu. 18. Laratha in suo cons. 86.* edito pro demanio Terræ *Molæ*, de quo etiam nos in d. nostra *Fori feud. epit. d. tit. Reg. Tapia decis. supr. Ital. Sen. 5. per tot. Reg. Capyc. latr. decis. 199. Reg. de Marin. in obs. ad R. Reuert. dec. 409.* Et anno 1638. fuit interpositum decretum per Regiam Cameram, quod procedatur ad venditionem plurium Terrarum, & locorum demanialium Regni, tàm ex gratia retrò Regum, quàm ex titulo oneroso, quod decretum transcripserunt *Reg. Sanfelic. decis. 301. p. 2. num. 3. Reg. Galeota resp. fisc. 23 in fine, Cons. Pratus in annot. ad Paschal. de patria potest. par. 1. cap. 1. fol.* 21. Ad cuius decreti comprobationem, pleno calamo, in septem conclusionibus scripsit *cit. Reg. Galeota ibid.* Contrà quem ex pluribus insurgit *Franc. Salernus I. C. Siculus* in pleno *cons. 19.* vbi scripsit, *Mistrectam*, aliasque Siciliæ Ciuitates demaniales iure alienari non posse, & alienatas, si se redimere velint, esse audiendas, sicq; tradit in Supremo Italiæ Consilio obtinuisse, vnde eueniente casu perdistiùs esse cogitandum inquit *cit. Pratus d. loc. vers. sed contrà fol. 22.* &

Z 2 sic

sic non procedere in priuilegio Regij Demanij, ex causa onerosa, ostendit R. *de Marin. in obs. ad* R. *Reuert. decis.* 160. *à n.* 6. *in* 2. *edit.* Et pro
7 Demanio Ciuitatis *Cauæ* firmo calamo probat *Dom. Cons. Ioseph de Rosa consult.* 71. 72. *&* 73. *t.* 2. Et pro Demanio Ciuitatis *Lanciani* neruosè, ac latè respondet *constantin. Cæsar. peregrin qq. lib.* 1. *q.* 33. *&* 34. *per tot.* licet pro Ill. Marchione Vasti, prædictæ Ciuitatis emptore ab Ill. Duce Castri, scripserit *carolus Vergara*, primarius Aduocatus, & Præceptor meus, dignissimus posteà Reg. Conf. & R. C. Præsid., ideò die 21. Iunij 1667. referente *Dom. R. C. Præsid. Hortensio Pepe* in Reg. Coll. Conf. coràm *Excell. Domino D. Petro de Aragona Proregé*, fuit per Reg. Cam. accedente voto Spectabilium Reg. Cancellariam Regentium, cum Reg. Consiliarijs *D. Thoma Carauita, & D. Ferdinando Moscoso* adiunctis, decretum, *quod fiat consultatio Suę Catholicæ* Maiestati, *quod non ratificet contractum venditionis Ciuitatis Lanciani, sed eam admittat ad Regium Domanium : Verùm non amoueatur à tenuta dictę Ciuitatis Ill.* Marchio *Vasti emptor illius, nisi restituto ei pretio, in qua restitutione habeatur ratio de duc. viginti octo mille oblatis per dictam Ciuitatem, iuxtà instantiam Fiscalem, vt in actis*, apud *Constantinum Act.*

8 Itemq; protenso digito pro demanio Status Amalfię eruditissimè scripsit D. *Io. Baptista Confalonus*, deinde meritissimus R. Cam. Præsidens, cuius allegationem imprimendam curauit *Gizzius in obs. ad* R. *Capyc. latr. decis.* 168. *lib.* 2. patrocinante quoq; *Dom. D. Antonio de Ponte*, Duce Calęmaximæ, tunc facundissimo inter primarios Aduocatos nemini secundo, nunc in Supremo Sanctæ Claræ Consilio meritissimo, & integerrimo Consiliario, principalitèr reintegrandi gratia, nedum Vrbem *Maiori*, suam, suorumq; Maiorum Patriam, sed totum d. Statum Amalfiæ ad suū antiquum demanium; à qua Vrbe ipse originem trahit, ex Nobili Familia q. *Nicolai de Ponte*, & *Rogerij de Ponte* eius filij, ex quorum genere tot, tantiquè floruerunt Viri, continuatis tēporibus clarissimi, & nil prorsùs à Maiorum fama degenerando, eorum vestigia prosequutus est.

9 Et nupèr in causa reintegrationis demanij Ciuitatis *Luceriæ*, aduersùs *Ill. Comitem Galassum*, cui anno 1642. ob eius merita in Germanico bello d. Ciuitas assignata fuit, vt memorat quoq; R. *Sanfelic. in praxi iudic. sect.* 24. in mense Decembris 1691. per decretum Reg. Cam. Summ. fuit illa reintegrata in possessione demanij, saluis iuribus d. Ill. Comiti, tàm respectu gratiæ, quàm expensarum; Quod fuit in gradu nullitatum confirmatum sub die 23. Febr. 1692. ad relationem *Dom. Præsid. Francisci Anton. Andreasso*, cum interuentu *Dom. Reg. Consil. D. Blasij Altimari*, vt ex actis apud *Act. Cardamomum*, patrocinantibus pro d. Ciuitate, *Dom. Petro Fusco*, de nostra legali scientia optimè merito, primi nominis Aduocato, omniq; Magistratu dignissimo; ac pro d. Ill. Comite, *Dom. Honofrio Parrillo*, peritissimo I.C. ac celebri quoque Aduocato; Nec absimiles acciderunt controuersiæ, inter Vniuersitatem *Ciuitæ Regalis*, cum D. *Io. Diaquez*, vt per R. *Tap. decis.* 5. *Supr. Ital. Sen.* & inter *Ill. Ducem Ielsi* cum Terra *Guardiæ Campiclarę*, apud R. *Capyc. latro decis.* 199. *lib.* 2.

10 De alio tamen Demanij genere, quod ab isto originem ducit, noster *Author hic* agit, hoc est, quando aliqua Ciuitas, vel Oppidum alicuius Domini venditur, & illa petit se præferri pro eodem prætio, & viuere in Regis Dominio, & sub eius immediata iurisdictione, quod nostri Regnicolæ dicunt, peti admitti ad Demanium.

11 Sed an iure hæc prælatio competat, acritèr pugnant DD. Alij enim pro negatiua resoluunt, quia seruus

semel

semèl venditus non potest se redimere, nisi ab initio hoc actum fuerit cũ futuro emptore, *l.is qui, §.si ab ignoto. D.de manumiss.* Imò & si dominus promiserit libertatem seruo, id seruare non cogitur, quamuis ab eo pretium receperit, *l.eum affirmes, C.de liberal.caus.l.si liber, C.de condict.ob caus.* & etiam Fisco petente, non cogitur Dominus pretio recepto seruum manumittere, *l.post legatum, §.si pater, vers.si seruum, D.de his, quibus vt indign.* & ex alijs rationibus talem prælationem Vasallis negant *Gallia cons. 46.lib.1. R. Camill. de Curte in diuers. Iur.feud.p.1.n.38.fol.8.ac num.47.54. & 74.* latè *Mastrill. in cons. vnico post tom.1. suar. decis. à num.30. ad seqq.* vbi omnibus contrarijs respondet, & quod Iuris termini huic prælationi non assistãt, sed ꝙ tãtùm in Regno, ex quadam consuetudine, & vsu Tribunalium fuerit tolerata, tradunt *Præs. de Franch.decis.17.* vbi *de Luca in obs. num.1. vers.è contrà, Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.de diuers.prouis.§.1.& cons.158.num.3. n.15.& seqq. de Medic.cons.164.num.2.& 3.Cons.de Georgio alleg.7.num.1. Reg. Reuerter.decis. 22.* vbi *Reg.de Marin.in obs.num.1.& in decis.488.num.1. & lib.2. resol.cap. 117.nu.8.& seq. Reg.Capyc.latro decis. 168 ex n. 31. & 199. num.3. & decis. 200.lib.2. Cons.Pratus discept.for. t.2. cap.50. nu.23.Card.de Luca de Regal. disc.148.n.32.& 33.*

12 Pro affirmatiua alij concludunt: Primò ex *text.in l.2.D.si libertus ingenuus esse dicatur,* ibi: *Sed interdum ità contendendum permisit, si pretium reddidisset,* & *in l.2. C.de patrib. qui filios distr.ax.* ibi: *ad ingenuitatem eũ propriã repetere,* & ex *§.nec Dominus, instit. de noxal.action.* vbi *Io.Faber* notat, quod ad conseruandam libertatem Vasalli, & Subditi, qui à Principe alienantur, possint oblato pretio, antequàm id Princeps faciat, se liberare: Facit *text. in l.domino à familia, D. ad S.C. Syllan.* ibi: *Fauore libertatis, liber quidem fieri debet, pretij autem partem contingentẽ sociũ consequi oportet.* Insupèr cõfert *tex.in c.1.§.ex eadem lege, de lege Corradi,* vbi Dominus sine voluntate Vasalli feudum alienare non potest; Sic etiam *text. in c.1. §.præterea, de prohib.feud.alien.per Feder.* Ex quibus ità prælationem dantes Ciuitati, & subditis, firmant *Author* noster in *quæst.1.à n.12. ad seqq.* impressa quaq; apud *R.Tap.in Iure Regni Neap.lib.6. tit.de Demanio fol.86. uers. sed his non obstantibus, & seqq. Vincent. de Anna alleg.27. n. 19. Oter. de pascuis cap.30. n. 3. Sessè decis. Arag. 36. Camill. de Larathia cons. 86. n.48. & seq. & in Theatr. feud. p. ii. dilucid. 28.per tot. Reg.Rouit.super.Pragm.63.de off.Proc. Cæs.à n.23.R.Galeota in decis.ad contr. 53.1.artic.a n.10.ad seq.post lib.1.contr. Reg. Sanfelic. decis. 107. ex n. 2. ubi Mucci in dilucid.n.4.& 5.& decis. 326. n.9.Iul.Capon.discept.for.102.t.2.à n.1. usque ad 10.*

13 Quod etiam de Iure Regni est cautum, ex Regia Sanctione de anno 1588. emanata, concedente petitionem Demanij quibuscunq; Vniuersitatibus Regni infrà annum à die possessionis, quę est *Pragm.63.§.5.de Off. Proc. Cæsar,* & dum post illam scripserunt prędicti DD. eam allegare debebant, & non asserere, nulla lege caueri, Vniuesitates ad Regiũ Demanium admitti, sed ex Consuetudine tantùm.

14 In tanta autem contentione, probatam à pluribus illam distinctionem dedimus in nostra *For. feud. Epitome cum suis assertion. tit. de Doman.vers. ad primum,* quod.s. quando Rex venderet Terram, quæ immediatè sẽper fuit sub eius dominio, & tantùm ipsum Regem recognoscebat, eo casu, quia fieret deterior vasallorum conditio ꝓcedat opinio dans Vniuersitati pro eodem pretio prælationem: Quando verò Ciuitas iàm subdita Baroni, ab eodem venditur, tunc negari huiusmodi prælationem, quia vasallorũ conditio deterior non fit; quam distinctionem post alios latè, & do-

doctè comprobant *Antunez Portugal de Donat.Reg.to.1.lib.2.cap.4. à n.29. ad 34. Corradinus in tract. de Iure Prelation.q.47. a num.13. vsq; ad 31.*

15 Adhùc tamèn subditi, qui passi sunt anteà vendi, possunt præferri cæteris in noua venditione, saltèm fauore pristinæ libertatis, vt prælatio detur semper quo quis de vno in alium transfertur, ex *textu in l. cum & postliminij, C.de postlim.reuers.* (qui *captos ab hostibus redemerint, accepto pretio redemptos sua ingenuitati restituant*)alijsq; iurib; quæ eum loquantur fauore libertatis,&ne quis seruus efficiatur, soluendō pretiū redimi licet,eum nihil deterius,ac duriùs seruitute, *l. quod actiones D. de reg. iur.* & extremum malorum omnium, non solùm bello,sed morte repellendum, *Tull. ad Philipp. 2.* rectè applicarī possunt ad Demanium, quia vasalli dicuntur serui, & viuere sub seruitute, quando non viuunt immediatè sub Dominio Regis, ex *text. in §.1. Auth.de hered. & falcid. in princ.* ibi: *Antiquam recipientes habent libertatem.* Et ex *Constit.Regni, personas lib. 3.tit. 4.* vbi Imperator, postquàm vocauit *pretiosiores* personas, quæ ad Domanium suum pertinent, subdit: *In hoc enim non tam nobis prospicimus, quàm libertatis fauori fauemus, cum omnes meritò liberi censeātur, qui nullo medio ad Imperialem Celsitudinem,et Regiam pertinent potestatem.*

16 Quod eò fortiùs in hoc nostro Regno procedit, vbi omnes vasalli Baronum verè serui possunt appellari, quia, vt plurimùm angatij sunt, & perangarij, vt *in Constit. Regni quisquis de Burgensibus*, & ideò ad multa tenentur onera, quæ latè tradidit *Frecc. lib. 2.de subfeud.in tit.de authorit.& potest. Baron.* vnde nedùm ratione conseruandæ libertatis ad Demanium Terras admitti debere, sed etiam ad Baronū oppressiones euitādas, rectè probant noster *Author hìc à num.21. Laratha d.consf.86.ex num. 46. Capon.d.discept.102.num.10. to.2. Corradin. de Iure Prelat.d.q.47.n.46. Mucci ad Reg.Sanfel.decis.107.num.6.* alijque passim.

17 Et quod sit seruitus viuere sub Barone, notant *Isernia in cap.1.§.praterea Ducatus num. 45. de prohib. feud. alien.per Fed. De Medic.consf.164.n.11. Reg. Capyc. latro decis. 168. num. 34. Pras. Lanarius in add. ad patruum n. 16.fol.322.Franc. Salern.d.consf.19.n. 82.*Hinc *Tasson. de antef.vers. 12.obs. 1. nu.106.* ex hoc vniuersos vasallos

18 *miseros* vocat, & in Regno Barones esse ob populi peccata,*vers.3. obs.4. num.31. fol. 195. & Laganar. ad Reg. Rouit. super rubr. pragm.de Baron. in princip.* sumendo ethymologiam Baronis à verbo barbaro, nonnullos *barbaros* appellat: sed meliùs *Neuiz. consf.12.* inter *Consf. Bruni* ex *num.93.* quod vasalli fiunt serui, & peius, ac mancipia, *vsque ad num.108.*

Et omnium acriùs, reclamitant *Constant. Casar.peregr. quast.33. nu. 12. & 13. & Carol.Rota in annot. ad Reg. Rouit. consf. 46. lib. 3.* vbi aiunt, omnia grauamina, & onera, quæ *Isernia*, quæ *Io: Ant. de Nigris*, quæ *Taffonus*, quæ *Capiblancus*, quæ *Nouarius in tribus libris de grauam. vasallor.* excogitarunt,esse verissima,& quotidiè infelices vasallos illa perpati, & peiora, negari nullo modo posse, cum mancipia laborent quidem tota die,sed à patronis nutriuntur, ac vestiuntur; vasalli verò laborant quidem tota die pro Barone,sed vespere,de suo comedere,si habent, sin autem, ieiunare coguntur;Patronos,personal. seruitio,contentos,quę pauca,mancipia acquirerent,eis non auferre, Dn̄s vasallorum triticum, serica,fructus omnes,quos suis sudoribus vasalli acquirūt,absq; vlla pietate, absque causa tollere, vt suis luxibus, & inutilibus expensis consumāt,vel suis creditorib⁹ in partē dēt; Sin autem Barones boni sint,quis vasallos eo ū pręferat his,qui sub pijss. Dn̄i nostri Regis Domanio viuunt?

19 Si tamèn Oppida, & Vniuersitates non

non sint insignes, cum Maiestas Regia vix consistere possit sine Magnatum assistentia, istæ benè infeudatæ sunt, sed sine criminali iurisdictione, ex qua cuncta mala proueniunt, & pro subditorum bono, & pro Regni vtilitate, pro Regis interesse esset supèr hoc inuigilandum, cum miserè subditi premantur, Regnum destruatur, & exindè functiones fiscales solui non possint, vt prudentèr aduertunt *Cafar.cit.q.33.n.21.& 22.et Rota in annot.ad d.conf.46.num.4.& 5.* Imò, quod ex hoc iurisdictio cōcessa posset à Rege reuocari, ex *Rol.a Valle cons.1. num. 114. vol.2.*

20 Quapropter Potentissimus, Inuictissimusque *Carolus V.* Imperator, Principum exemplar, cum hoc Regnum peragraret, perspiciens non adesse Ciuitates Demaniales in Regno, nisi paucas, ac prudentèr animaduertens id suo Regali seruitio minimè expedire, mandauit Protegi, Regijsque Tribunalibus, vt quoad fieri posset, Oppida, & Ciuitates Regni ad Regium Demanium reducerentur, vt ore ex *Dom.Regentis Reuerterij* se pluries audiuisse testatur *Dominus Regens noster hic num.42. & 43.*

21 Imò in eo Cęsareæ Maiestatis aduentu, fuisse constitutos duos Regios Consiliarios supèr grauaminibus Baronum, & compilatos processus in *Banca Bozzanotra,* testatur *Io. Vinc. de Anna in singul.155.* vbi ait, quod Baro malè tractans vasallos, priuatur, & Rex mittit Visitatorem per Regnum, cum Rex sit Dominus personarum, & non Baro, ex *Const. quia frequenter,* cum in hoc maxima Re-
22 gis, & Coronæ versetur vtilitas, interest namq; Reipublicæ plures habere vasallos, iurisdictionesque conseruare, ne minuantur Iura Regni, quæ potiùs conseruare Rex debet, *Petr.Gregor.de Republ.cap.20. num.61. vers.haud ratio, Peregrin. de iure fisci lib.1.tit.2.num.74. Antunez de Donat. Reg. t.1. lib.2. cap. 4. num. 32.* Eòque magis ad Regis nostri tranquillum, ac suaue Demanij licet proclamare, & potiùs nūc sub Supremo Dominio Clemētiss.Regis nostri,ac Potentissimi Hispaniarum Monarchæ *Caroli II.* Austriaci, dicente *Claudiano lib.3.*

——*Nunquàm libertas gratior extat,*
Quam sub Rege pio.

23 Et ità successiuis temporibus id obseruatum fuit, adeòut, nullus remaneat dubitandi locus in hoc, quod iuri,& ęquitati consonum est,idq;tot sęculorum serie consuetudo comprobauit, longeuus Tribunalium vsus admisit, ac Regia Sanctio confirmauit in *prag. 63. §.5. de offic. proc. Cæs.* & sic incōcussè ad hanc prælationē, & Regium Demanium admitti, docet noster *Author hic num.* 40. tribus tamen concurrentibus. Primò, quod adsit voluntas ipsius Vniuersitatis intrà annum explicata. Secundò, quod vires ipsius Vniuersitatis suppetant. Tertiò, quod expediens sit Regiæ Maiestati eam in Demanio retinere, & post *Auth.* nostrum *Regens Reuit. in d.pragm.63. de offic. proc.Cæsar. num.11. & 22. Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 3. verb. Vniuersitas fol.423. Reg.Galeota in fine controuers. lib.1. in decis. ad controu. 53. num. 28. Cōs.Prat. to.2.discep.50.n.83.circa fin.*

24 Quæ Demaniorum causæ tractari debent in Tribunali R. Cam. cōsentiēte,& defēdēte Dño Fisci Patrono, cuius interest, vt Vniuersitates sint potiùs Demaniales, quàm Baronales, vt cautum est ex *Reg. Pragm. 62. §.3. de offic. proc. Cæs.* notantque *Reg. De Ponte de potest. Proreg. tit. 10. de diuers.prouis.§.1. num.14. Bilott.concl. feud. 28. num. 12. Cons. Prat. discept. for. to.2. cap.50. num. 12. Reg.de Marinis in obs. ad Reg. Reuert.decis. 358.*
25 *n.3.in 2.edit.* vbi etiam notat debere per R.C. fieri relationē in R.Collat. Cons. quæ vim habet Regij assensus, teste quoq; nostro *Authore* infrà *q.6. n.5.17.& 18.*

26 Sunt autem ipsi vasalli requirendi, & citandi, *Reg. Sanfelic.decis.326.* & iuris ordine seruato, & compilato pro-

processu tractandas esse, fundat *Cons. de Rosa consult. 71. lib. 2.* proindè si non sint requisiti, & ignorauerint, se vendi, etiam post perfectam venditionem admittuntur, secùs si sciuerint, & sine vlla declaratione, aut protestatione passi fuerint se vendi, quia tunc non admittuntur ampliùs, ex traditis per nostrum *Auth. hic à n. 14. ad 19.* & per *Reg. Tap. d. lib. 6. Iur. Regn. tit. de Deman. col. 3. in fin. fol. 87. Reg. Sanfel. d. decis. 326. num. 9. vers. 2. sunt citandi, Corradin. de Iure Prælat. q. 47. num. 33.* vbi *num. 34.* post alios notat, quod si subditi, antequā nouus dominus capiat possessionem, vel in actu ipsius captæ possessionis protestentur, & declarent, se velle præferri, tunc tale ius ipsis competit, quod si nouum dominum absque tali protestatione recipiant, quinimò etiamsi tali exsistente protestatione eum recipiant, tunc ampliùs ipsis prælationis ius non competat.

27 Insupèr etiam ipsa Vniuersitate contradicente particulares ad hanc prælationem admittuntur, & non solùm maior pars, verùm etiam minor, imò vnus circà hoc præualeat, cum agatur de conseruatione libertatis, *Anna cons. 53. lib. 1. Reg. de Curt. in diuers. feud. p. 1. fol. 40. num. 79. Nouar. qq. forens. 120. p. 1. & de grauam. vasall. p. 3. prælud. 6. num. 4. Laratha in Theatro feud. p. 11. dilucid. 28. n. 22. & 23. & cons. 84. per tot. Bilotta conclus. feud. 28. num. 9. Camill. de Medic.* scribens pro Vniuersitate *Atinæ cons. 50. & in cons. 164. Reg. de Marin. ad Reu. decis. 432. De Luca ad Franch. dec. 17. num. 7. vers. minor pars, Corradin. d. q. 47. num. 36.*

28 Quæ facultas tam magnis, quàm paruis Vniuersitatibus competit, *Nouar. ad d. pragm. 63. num. 4. de offic. proc. Cas. Thor. in comp. to. 1. ver. Demanium fol. 145. Capon. d. discept. 102. n. 12.* & venditis duabus Terris, vel

29 Ciuitatibus vnico pretio, potest vti prælationis iure vna Terra, etiam non facta reemptione alterius Terræ, nisi ambæ essent sub vnica Baronia, quia tunc ambæ Terræ sunt reemendæ, *cit. Reg. de Curte d. l. n. 69. Præs. de Franch. d. decis. 17. in fin.* vbi *De Luca num. 6. Nouar. super d. pragm. 63. num. 5. Reg. de Marin. ad Reuert. decis. 278. Capon. d. loc. num. 13.*

30 Competit quoq; huiusmodi prælatio Vniuersitatibus in locatione, vt decisum refert *Reg. Ronit. in d. pragm. 63. num. 31. Reg. Sanfel. decis. 106. n. 4. & 5. & dec. 107. num. 5. Laratha cons. 41. Cons. Marcian. cons. 44. à n. 12. De Luca ad Franch. d. decis. 17. nu. 5.* sed videndus est *Corradin. de iure prælat. in quæst. 16. ex nu. 123.* & in contractu ad gaudendum, *Nouar. quæst. for. 106.*

31 *lib. 1.* An etiam locum habeat in contractu permutationis, latè discurrit *Cons. Anna cons. 55.* qui scripsit pro Vniuersitate *Atripaldæ* contrà *Illust. Principem Abellinatis*, pro quo cōcludit *Cons. de Georgio alleg. 7.* qui *in fine* refert decreta lata contrà Vniuersi-

32 tatem. Et àn teneantur Clerici contribuere in Demanio à Ciuitate petito? affirmatiuè declarat *Iul. Capon. discept. 102. to. 2.* vel etiam Ciues alibi habitantes? pro Vniuersitate *Afragolæ* scripsit *De Medic. cons. 80.*

AD QVAEST. II.

An hoc ius prælationis competat Vniuersitati pro aliqua parte Iurisdictionis, quæ vendatur, ipsa permanente sub dominio Baronis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

D*Emanium, sinè ius prælationis, an competat Vniuersitati in venditione Iurisd. secund. rū causarū ponderum, & mēsurarū, vel Portulaniæ per terram, vel iurisdictionis criminalis, n. 2. & 3.*

Ea

Et declaratur Corradin. *à n.4. ad 6.*
Et quid in locatione, n.7.
Hanc decis. transcripsit R.Tapia, *n.1.*

1 IN decisione ista (quæ est etiam impressa apud R.*Tap. lib.6. Iur. Regni tit. de Deman.fol.*87.) noster *Author* concludit affirmatiuè, quod scilicet, si Rex venderet secundas causas Baroni habenti primas
2 causas, vel alteri, vel Rex venderet iura ponderum, & mensurarum, vel Portulaniæ per Terram, aut iurisdictionem criminalem, competat ius prælationis ipsi Vniuersitati, pro ea parte, sicut competeret pro toto, & ità decisum refert in causa Vniuersitatis *Iungani*, cum Comite R*occa Aspidis* eius Barone, ipso existente Commissario, & in gradu reclamationis confirmatum in R.Coll.Consi.adiunctis tribus Regijs Consiliarijs; Et pro dicta Vniuersitate in iure scripsit *Lutius de Vecchio alleg.5. post decis. R.Salernit.* vbi dicta decisio refertur, & votum in dicta causa *Reg.Salernitani* recenset *Thor. in comp.decis. p.3.sect.3. verb. Vniuersitas fol.*425. cuius decisionis meminit *Io.Vinc.Anna in repet. c.1.de Vasall.decrep.ætat.n.*153.*&* 154. vbi inquit, quod ipse fuit aduocatus in causa, & hodiè omnes Vniuersitates currunt ad brauium; memorantq; etiam *Præs. de Franch. decis.*17.*num.*3. vbi *de Luca n.*4.*Reg.de Curte in diuers. feud.p.*1.*fol.*10.*num.*65.*Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.*10.*de diuers.prouis.tit. de donis Vniuersit. n.*17. *Reg.Sanfelic. decis.* 322. *& decis.* 339. *num.*2. *&* 3. vbi *Add. R.Galeota* post *lib.*1. *controu. in decis. ad controu.* 53. 2. *artic. nu.*17. idem *Thor. in compend. dec.par.*1.*verb. Praeferri vtr. Pralatio, & ver. Vniuersitas, & p.*3. *sect.* 3. *ver. Vniuersitas, & in add.ad d.alleg.*5. post *decis.Reg. Salern. Bilotta concl.feud.* 28. *num.*6. *R. de Marin.lib.*2.*resol.cap.*117. *num.*8. *& in obs.* ad *Reg. Reuerter.decis.*488.*n.*1. & apud *Pratum discept.*2.*n.*8. *tom.*2.
3 Idemque decisum fuisse cum Vniuersitate *Seminariæ* in sequenti anno 1576. dicit noster *Author hic n.*22. in qua causa pro *Illust. Duce Seminariæ* scripsit *Fabius Marchesius*, vt in *alleg.*4. *diu.* apud *R.de Marin.*3.*tom.* facit *Reg. Reuert.in dec.* 160. *&* 409. & suam edidit *decis.*17. *Præs.de Franch.* vbi negotio discusso cum adiunctis in Coll. Consi. refert determinatum pro *Duce* contrà Vniuersitatē *Seminariæ*, denegando Vniuersitati prælationem in emptione secundarum causarum; Verumtamen cum ibi concurrissent lapsus anni, & acquiescentia Vniuersitatis sine protestatione, & alia in facto considerata, ideò circumscripta illa *decis.* hodiè in Reg. Cam. passim iudicari, prælationem concedi Vniuersitatibus, etiam in venditione dictarū particularium iurisdictionum, aduertunt *Reg. de Curte d. loc. fol.*10. *num.* 66. *cit. Reg.Galeota in supracit.loc.num.* 19. *&* 20.
4 Sed *corradin. in tract. de Iure Prælation. q.*47.*num.*44.*et* 45. tuetur, nullam cōpetere hoc in casu vasallis de iure prælationem, quia Princeps vendendo iurisdictionem criminalem alteri, qui habebat ciuilem, & Baroniam, non transfert in eum vasallorum dominium, sed tantùm Baroni potestatem quandam maiorem illa, quam habebat, concedit, & vendit; ideò cessare prælationem, quæ est introducta, vt vasalli sub Rege se conseruent in illa libertate, non autem, vt iàm existentes in seruitute incrementum ipsius euitare possint.
5 Contrarium tamèn cum Authore nostro concludendum est, nam *cit. Corradin.* se fundat ex eo, quia quando Vniuersitas iam erat sub dominio Baronis, & posteà venditur, non cōpetit illi prælatio, cū non fuerit deterioris conditionis; Quod sanè fundamentum ex dictis in *praced.annot.* omninò corruit; imò in hoc casu Vniuersitas iàm est in possessione libertatis quoad hæc iura, quæ in manu Regis erant, eoque potiùs, quia vasalli magis grauantur sub iugo secundarum causarum, & sub augmento maioris

iurisdictionis in personam Baronis, & cum addatur alius Dominus, dicitur quis redigi in seruitium, *cap.2. §.1. de reb. Eccles. non alien.*

6 Verùm idem *Corradin. d.q.47. nu. 45.* fatetur, quod prædictæ decisiones procedunt iuxtà stylum Trib. Neap., in quibus sicut conceditur prælatio, quando venditur à Barone Vniuersitas, ità etiam multò fortiùs conceditur, quando Vniuersitas aderat in seruitute quoad certas tantùm iurisdictiones, & in alijs erat in libertate, citans *Reg. Tapiam in lib.6. Iur. Regn. fol.88. vers. Sed pro contraria*, vbi adest impressa hæc *decisio* nostri *Author.* & hic est à *num.11.* vnde *cit. Reg. de Ponte d. loc.* dicit, ex his, alijsque iustissimis causis sic passim, & indistinctè Reg. Cam. iudicasse.

7 Idemque, & fortiùs procedere in locatione, post alios subdit *Reg. Sanfel. d. decis.334. num.4. & 5.* vbi *Add.* nisi concurrat cum Barone; *Reg. Capyc. latr. decis.168. num.29.*

AD QVAEST. III.

Si venditur iurisdictio criminalis à Domino iurisdictionis prędictę, àn hoc ius prælationis competat Vniuersitati supèr iurisdictione criminali vendita.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vniuersitas, àn ad prælationem admittatur, si quis Baro vendat iurisdictionem criminalem, & ciuilem retineat alter, à num.1. ad 4.

Marin. Freccia, *cur suspectus in causis demaniorum, num.3.*

Baro ciuilis iurisdictionis, an preferatur in venditione iurisdictionis criminalis, alteriusuè iuris, num.5.

1 A Præcedenti *Decisione*, non longè admodùm distat, hæc nostri *Authoris decisio*, quæ eam dubieratem resoluit, nùm Vniuersitas admittatur ad prælationem, quādo duo sunt Barones, quorum vnus habet iurisdictionem criminalem, alter ciuilem, & ille, qui habet iurisdictionem criminalem procedit ad venditionem ipsius.

2 Et quidē, vt superiùs diximus, licet videatur esse deneganda prælatio Vniuersitati, quia cum iam reperiatur sub dominio, & vassallagio Baronis, qui est Dominus iurisdictionis ciuilis, ex *Capyc. decis.27.* cessat ratio, & fauor libertatis; præsertim ratione vnionis iurisdictionum, & sic iudicatum fuisse in causa Vniuersitatis *Afragolæ* exclusæ à prælatione iurisdictionis criminalis, ex attestatione *Io: Vincentij de Anna* dicit *Camill. Salern. in add. ad Proœm. ad Consuet. Neap. fol. 45.* aliàs *fol. 34. in editione nouiss. Caroli de Rosa*, & videri potest ex *alleg.: 7. & sing. 150. Io. Vinc. de Anna*, qui scripsit pro dicta *Vniuersitate Afragolæ*, ex authoritate *Mari-*
3 *ni Freccia* (acerrimi Demaniorum oppugnatoris, & suspecti, tanquàm actualis Baronis Ciuitatis *Litterarum*, vt aduertit *Cæsar. peregr. quæst.33. n. 15.*) *in lib.3. de subfeud. in 2. auth. Baron. num.26. vers. si dominus fol. 173.* quem sequuntur *Præs. de Franch. dec. 17. num.14. Bilotta concl. feud.28. n.7. Mucci in dilucid. ad Reg. Sanfelic. decis. 107. num.11.*

4 Attamen contrà *Frecc.* pluriès decisum fuit, & sic probat, & iudicatum refert noster *Author* per Reg. Cam. in Casali *Afragolæ, Ciceralis, Tramutolæ*, & in alijs, quod admittatur Vniuersitas ad prælationem; nàm licet verum sit, quod dominus iurisdictionis ciuilis dicatur dominus vassallorum, tamen habens iurisdictionem criminalem plura alia iura habet, quorum respectu dici potest dominus, & potest

teſt cōſiderari fauor libertatis, vt aduertit noſter *Author in hac dec. à nu. 5. ad ſeqq.* quæ eſt etiã typis edita per R. *Tap. lib. 6. Iur.* Regn. *tit. de Domanio fol.* 88. 2. *col.* & ſequuntur *Reg. Camill. de Curte in diuerſ. feud. par. 1. fol.* 10. *n.* 67. *Thor. in compend. deciſ. par. 3. ſect.* 4. *verſ. Vniuerſitas fol.* 423. *Reg. Galeot. in deciſ. ad contr.* 53. 2. *art. n.* 22. *&* 23. poſt *lib. 1. controu.* Reg. *Capyc. latro deciſ.* 168. *num.* 39. Reg. *de Marin. lib.* 2. *reſol.* 117. *num.* 21. *De Luca ad Præſ. de Franch. d. deciſ.* 17. *nu.* 4. *verſ. oppoſitum.* Pro dicta Vniuerſitate *Tramutolæ* ſcripſit *Marcell. de Mauro alleg.* 51.

5 Alter caſus eſt, vbi non prætenditur prælatio per Vniuerſitatem, ſed Baro iuriſdictionis ciuilis inſtat ſeipſum præferri in venditione iuriſdictionis criminalis, vel alterius iuris, quod venditur, ſiuè à Regia Curia, ſiuè à condomino Barone, & tunc adhùc fuit deciſum affirmatiuè, vt pro vniendo, ſiuè ampliando dominio vtili, Baro iuriſdictionis ciuilis præferatur in emptione iuriſdictionis criminalis omnibus alijs, *Anna alleg.* 27. *num.* 12. *Reg. Galeota in cit. deciſ. ad controu.* 53. *num.* 25. *&* 26. *& reſp. fiſc.* 28. *Montan. controu.* 21. Reg. *Capyc. Latro d. deciſ.* 168. *lib.* 2. vbi ità iudicatum referr in Coll. Conſ. in fauorem *Capituli S. Nicolai Barenſis*, petentis præferri in locatione iuriſdictionis criminalis Terræ *S. Nicandri*; in qua cauſa adeſt etiam *deciſ.* 322. *Reg. Sanfel.* ſcripſerunt *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſolut. cap.* 117. *& Conſ.* P*rat. diſcept. for. to.* 2. *cap.* 1. vbi *in cap.* 2. tranſcribit *R. de Marin. reſponſum*; Et pro *D. Carolo Carafa Ill. Duce Noia* contrà dictum *Capitulum* fundat, & deciſum tradit *Conſ. de Roſa conſult.* 16. *tom.* 1.

AD QVAEST. IV.

An Vniuerſitati volenti admitti ad prælationem, poſſit præfigi tempus ad faciendum depoſitum, quo elapſo præcludatur via.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Tempus, an præfigi poſſit Vniuerſitati petenti admitti ad demanium, num. 2.

Deciſ. *hanc tranſcripſerunt* R. Tapia, & Reg. de Marin. *num.* 1.

Et an requiratur iuſta cauſa, & quæ ſit, à num. 3. *ad* 5.

Demanium, cur vocari ſoleat Demonium, *num.* 6.

1 Celebris ob articuli dubietatẽ ſeſe offert deciſio, quam integram tranſcripſere Reg. *Tap. in lib.* 6. *Iur.* Regn. *tit. de Deman. fol.* 89. *& Reg. de Marinis in lib.* 2. *reſol. cap.* 224 *à num.* 7. Tra-
2 dit enim noſter A*uthor hic*, quod cum Vniuerſitas vendita peteret admitti ad domanium, fuit per emptorem ipſius dictum ſe contentari, dummodò intrà tot dies faceret depoſitum, & ità feciſse *Fabium Marcheſium*, eximium Aduocatum, cum emiſset Ciuitatem *Litterarum*, idemq; aliàs fuiſse ordinatum per Reg. Cameram, quod Vniuerſitas *Lauriæ* infrà tot dies faceret depoſitum, aliàs non audiretur, aliaque exempla affert *Io: Vinc. Anna, in demanio Maidæ, Paulæ, & Afragolæ*, in quibus terminus petendi demanium, fuit reſtrictus ad vnum menſem, vel duos, cõ-

ſiderata locorum diſtantia, *in repet. Conſt. Coſtitutionem Diuę memoriæ n. 261.* quem terminum Vniuerſitati *Afragolæ* impertitum fuiſse per *Reg. Albertinum*, notat Camill. *Salern. in add. ad Proam. Conſuet. Neap. fol. 34. lit. D.* docentque etiam *Reg. de Curte in diuerſ. feud. par. 1. fol. 10. num. 62. & 63. Reg. Reuit. ſuper prag. 63. num. 6. de offic. Proc. Cęſ. Biloċta concl. feud. 28. num. 2. Thor. in comp. dec. par. 3. ſect. 3. ver. Vniuerſitas 3. col. 1. fol. 423. & t. 1. ver. Demanium, & in add. ad alleg. 35.* poſt *dec. Reg. Salernit. Conſ. Pratus diſcept. for. t. 2. cap. 50. n. 19.*

3 Annotandum verò eſt, quod quando ſimplicitèr alicui ius prælationis à lege, vel Statuto datur, regularitèr Iudex non poteſt tempus datum ad deliberandum minuere, vel immutare ſine iuſta cauſa, quod ſi vrgens; & iuſta cauſa concurrat, poterit Iudex ad inſtantiam intereſſe habentium præfigere breuiorem terminum prælationem habenti, vt declaret infrà illum, an velit emere, iuxtà Theoricam *Bart. in l. 2. D. de re iudic.* P. *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. t. 3. tit. de Iure congrui qu. 44. Marta Digeſt. tom. 3. tit. de retract. cap. 8. Praſ. de Franch. dec. 588.* vbi latè *in obſ. de Luca à num 1. Reg. Sanfel. deciſ. 268. num. 10. 11. & 13. Corradin. de Iure Pralation. q. 25. n. 3. & ſeq.*

4 Sed quænàm ſit iſta vrgens, & iuſta cauſa, arbitrio prudentis Iudicis remiſſa videtur; debet enim ipſe circumſtantias facti, & tempus à iure datum conſiderare; nàm ſi tempus à iure, vel Statuto conceſſum eſſet paucorum dierum, vel vnius menſis, non ſatis eſſet iuſta cauſa ad illud abbreuiandum, ſed præciſè neceſſaria requireretur, *Corradin. d. q. 25. nu. 5.* Si verò tempus longiùs vno anno, aut ſimile à lege, vel Statuto datum ſit, quælibet iuſta cauſa ſufficeret, *de Luca in cit. obſ. 588. nu. 5. Corradin. ibid. nu. 6.* Vel ſi volens admitti ad prælationem extraiudicialiter ſaltem declarauerit, velle vti tali iure, tunc enim, vt emptor à moleſtia per illum ſibi inferenda quantocitiùs liberetur, poterit inſtare apud competentem Iudicem, vt anni tempus à lege municipali præſcriptum reſtringat, &. in hoc ſenſu intelligit hanc *deciſ. R de Marin. d. cap. 224. num. 6.*

5 Iuſta quoq; eſt cauſa, quando Vniuerſitas non poteſt permanere in demanio, nã tũc ipſa excluditur, vel ordinatur, quod intrà certũ tẽpus pecuniam inueniat, quo termino elapſo imponitur perpetuum ſilentium, quia multotiès Vniuerſitates ſemel ad domanium admiſſas, iterum ad nihilum redactas oportuit venire in poteſtatem Baronum, eòq; magis quod nullum videtur conſiderari poſſe Regis intereſſe, cum Fiſcus amittat ſpem deuolutionis, & prouentus non in beneficium Regis applicantur, ſed lucro Gubernatoris cedunt, vt prudentèr conſiderat noſter *Author hic à n. 4. ad*

6 *7.* qua de re in Reg. Camera *Demanium* vocari ſolere *Dęmonium* inquit *Praſ. R. C. Ganauerr. in deciſ. 21. nu. 31.* Quæ omnia aduertunt pariter poſt *Frecc. R. de Curte, & noſtrum Authorem, R. Rouit. in d. Pragm. 63. de offic. Proc. Cæſ. num. 19. & 20. Reg. Galeota in deciſ. ad contr. 53. in artic. 1. nu. 24. & ſeqq.* poſt *lib. 1. controu. & reſp. fiſc. 23. num. 349. Conſ. Fratus d. cap. 50. à n. 79. ad n. 83.* ſed vide *Caſar. in ſpec. peregr. qq. lib. 1. q. 33. à n. 17.*

AD

AD QVÆST. V.

An Vniuersitas admissa ad demaniũ, teneatur soluere pretium solutum per emptorem, & amplius interesse ipsius pretij.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vniuersitas ad demanium admissa, an teneatur pretium soluere emptori cũ interesse, compensatis fructibus per ipsum perceptis, n. 1.

Declaratur, n. 3. & 4.

Decis. *istam typis edidit* R. Tapia, n. 2.

CVm Vniuersitas ad Demanium admittitur, pretium esse soluẽdum emptori cum interesse, compẽsatis tamen fructibus per ipsũ medio tempore perceptis, sempèr consueuisse Reg. Cam. iudicare testatur noster *Author hic*, ea ratione, quia postquàm emptor inuitus cogitur recedere à suo contractu, debet indemnis seruari, ne duplici onere grauetur, nempè, quod compellatur inuitus recedere, & de proprio sentiat interesse, & hanc nostri *Auth. decisionem*
2 imprimendam curauit Reg. *Tapia lib. 6. Iur. Regn. tit. de Demanio fol.* 89. quã recensent *Thor. in comp. dec. p. 3. sect. 3. verb. Vniuersitas fol.* 423. & 425. *& in add. ad alleg.* 35. post *dec. Reg. Salernit. Corradin. de Iure Prælation. q. 27. n.* 42. docentq; etiam Reg. *de Curte in diuers. feud. par. 1. fol. 10. num. 71. Iul. Capon. t. 2. discept. 102. num. 16. Card. de Luca de seruitut. disc. 84. nu. 4. & seqq. Cons. Petra in comment. ad Rit. M. C. 273. à n. 109. tom. 3.*

3 Contrarium veriùs esse defendit idem *Corrad. d. q. 27. n. 43.* quia cum emptor acquirat fructus rei pro rata temporis, quo possedit vsq; ad tempus, quo fuit eidem pretium restitutum, vel depositatum, non debet quoq; habere interesse pretij, quod in emptione erogauit, & proinde nõ remanere in damno, vbi *nu.* 44. ampliat, quamuis emptor interesse prætenderet ratione damni passi; Concedit tamen, quod si prælationem petens intẽderet acquirere omnes fructus, nec partem pro rata temporis relinquere emptori, quia fortè aut statutum, aut lex id præcipiat, aut circumstantiæ casus ità exigant, teneatur ergà emptorem ad legitimas vsuras pretij, nàm dum eo casu ipse fructus percepisse dicitur, æquum nõ est, quod fruatur re, & pretio post *Tiraquell. cit. Corradin. d. loc. n.* 45. Sed
4 idem noster *Author hic num.* 18. iudicatum fuisse dicit in causa Vniuersitatis *Policastri*, non deberi interesse, quia per Vniuersitatem fuerat factum depositum integrum, & liberum, & per emptorem steterat, quò minùs illud ei liberaretur.

AD QVAEST. VI.

Baro si vendat Vniuersitatem in demanium Curiæ, an possit se pœnitere ante impetratum assensum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

BAro, conuentione facta de vendendo Vniuersitatem in demanium Curiæ, an possit se pænitere ante impetrationem assensus, n. 1. & 2.

Et quid post latam, aut exequutam sententiam prælationis, n. 3. & 6.

Vel si fuerit solutum pretium, n. 4. & 5.

IN

1 IN specie huius quęstionis *Ill. Comes Altauilla* conuenit cum Ciuitate *Troiæ*, de illam vendendo in demaniū Curiæ, qua conuentione perfecta, præfatus venditor ante impetrationem assensus reuocauit venditionem vigore *Const. Regni, Constitutionem Diuæ memoriæ*, & facta relatione in Coll. Cons. contrà Ciuitatem, decisum fuisse ipso referente, testatur noster *Author hic*, ea ratione, quia quando feudum habet seruitiū ordinatum, vt est in Regno, Vasallus non potest se ab illo eximere sine consensu Regis, & hanc *decisionem* memorant *Thor. in add. ad alleg. 35. post dec. Reg. Salernit. & in comp. decis. p. 3. sect. 3. ver. Vniuersitas fol. 425. Rodoer. in add. ad Reg. de Marin. resol. cap. 124. nu. 3. & 4.* vbi transcribit nostri *Authoris* verba *num. 6. & 7.* & probat,
2 omni iure concedendam esse reuocationem, nō obstante memorialis porrectione pro impetrando assensu, post alios *ibid.* & in eademmet causa decisionem compilauit *Reg. Reuert. dec. 358.* vbi *Reg. de Marin. in obseru.* hanc *decis.* refert *n. 1. & 2.*

3 Annotandum verò non omittimus, quod quis non solùm post intentatā actionem, verùm etiam post latam sententiam pro prælatione, potest à petitione resilire, & posteà pænitere, etiam exequuta sententia, vt concludunt *Præs. de Franch. decis. 346.* vbi *de Luca in obseru. à num. 4. & in animaduers. ad Gratian. t. 3. cap. 572. num. 7. Reg. Sanfel. decis. 108. à nu. 15. Tondut. quest. ciu. lib. 1. cap. 66. R. Rouit. dec. 24. n. 15. & 18. Donad. de renunc. cap. 26. à n. 56. Card. de Luca de fruit. disc. 81. n. 8. & seq. Corradin. de Iure Prælation. q. 21. à n. 6. ad seq. & in animaduers. ad Gratian. t. 4. cap. 572. n. 7.*

4 Si tamen fuit solutum pretium pro prælatione obtinenda, tunc non licere recedere etiam re perempta; cum res non sit ampliùs integra, & contractus tūc est perfectus, & absolutus; vt fundat idem *Corradin. d. tract. q. 4.*
5 *num. 38.* Et licet in casu præsentis *decisionis* iàm fuisset solutum pretium, vt dicit noster *Author hic num. 1.* id non obstat, dùm contractus tanquam de re feudali non erat perfectus ob defectum assensus, vt suprà.

6 Vicinus verò retrahens, pœnitendo post sententiam, debet condemnari in expensis factis in lite, *Scaccia de re iudic. glos. 14. q. 32. num. 56. De Luca in obs. 346. in fine.*

AD QVAEST. VII.

Actio ad demanium, an competat vendito feudo cum pacto de retrouendendo, si contractus fuit simulatus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Actio pro demanio, an detur Vniuersitati, stante pacto de retrouendendo, num. 1.

Distinguitur in contractu simulato, ac vero, num. 2. & 3.

Et quid in venditione cum pacto, quod dominium non transeat, nisi pretio soluto, num. 4.

1 ILlud hìc tangitur dubium, an detur actio pro demanio Vniuersitati, stante pacto de retrouendendo? & noster *Author hic*, stante simulatione, ac læsione decisum refert contrà Vniuersitatem *del Giro*, cum *Petro Antonio Abenante*, meminitque *Thorus in add. ad alleg. 35. post decis. Reg. Salern.*

In

2 In hoc tamen puncto distinguit *Corradin. de Iure Prelation. quaest. 16. num.* 80. *&* 81. quod aut contractus habet praesumptiones validas pro simulatione, itaùt potiùs ex communibus regulis contractus sit pignoratitius, & praelatio locum non habebit, iuxtà *dec.* 339. *Afflicti*, quam sequuntur *Berlich. par. 2. concl. 39. de iure prothemis. num. 76. Marta Digest. nouiss. tom. 3. tit. retractus cap. 6. per tot.* & noster *Author hìc num.* 17. Aut con-
3 tractus est verus, & eo casu praelatio concedenda est, & eam petens habebit eandem commoditatem, quam habet emptor, itaùt durante tempore pacti fruatur re, habeatque omnes accessiones, quas habuisset ipse emtor, & redemptionis casu non eueniente absolutus Dominus remaneat, eoque eueniente teneatur rem restituere, adeoùt si simùl concurrant, venditor volens redimere, & consanguineus; venditor praeferendus sit, ex *Reg. Salernit. alleg. 35. num. 2. & seqq.* post suas *decis. Reg. Capyc. latro consult. 109. nu. 24. Cirocch. discept. 29. n. 42. & seq.* & alijs.
4 An verò praelatio locum habeat facta venditione cum pacto, quod dominium non transeat, nisi pretio soluto, latè declarat idem *Corradin. d. quaest. 16. à num.* 83. *vsq; ad* 97.

AD QVAEST. VIII.

Vniuersitatibus an competat in integrum restitutio aduersùs demanium non petitum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

R*Estitutio in integrum, an competat Vniuersitatibus pro demanio, nu. 1. & 2. Et quid ex* Reg. Pragm. *n. 3.*
Tempus vnius anni in pragm. *praefinitum Vniuersitati ad petendum demanium absque spe restit. in integrum, an militet in remedio nullitatum, alijsque casibus recensitis, num. 4. Vel in priuilegio demanij concessi, num. 5.*
Et an ob hunc terminum, indistinctè Vniuersitas ad demanium admittatur, absque alia consideratione, n. 6.

1 VAldè controuersum fuit antiquis tẽporibus, àn & intrà quãtum tempus in integrum restitutio competeret Vniuersitatibus pro demanio? & iudicatum fuisse, dicit noster *Author hìc à num. 1. ad 7.* non esse admittendas ad petitam in integrum restitutionẽ, nisi causa cognita, ex quo licet Vniuersitas restituatur in integrũ, sicut minor; ex *textu* expresso *in cap. constitutus, extr. de in integr. restit. cum concord.* tamen iura praedicta dicit procedere, quando adest dolus partis, vel deceptio Vniuersitatis, & laesio, docentq; etiam *Reg. de Ponte cons.* 104. *lib.* 2. qui consuluit contrà Vniuersitatem *Salae*, & succubuit, & pro indubitato admittit *in lect. feud. 8. nu.* 37 *Praes. de Franch. decis.* 17. *num.* 17. *Reg. de Marin. lib. 2. resol. cap. 116. n. 25. & seq. Reg. Capyc. latro decis. 168. n. 65. lib. 2. Io. Dexart. decis.* 99. & latè declarat *Corradin. de Iure Prelation. q. 24. à num. 26.* vbi *num.* 29. refert quoque nostrum *Authorem hic*, & *num. 31. & seq.* defendit, competere minori re-
2 stitutionem, etiam non concurrente laesione, cum satis laesus dicatur minor in hoc casu, amittens priuilegium sibi à iure concessum, & vide *Camill. de Medic. cons.* 103. scribentẽ pro Vniuersitate *Paula*, & *in cons.* 164. pro Terra *Marsiliani*; & non esse admittendam purgationem morae post sententiam, tradit *Anna sing.* 350. quem sequitur *Gizz. ad Reg. Capyc. latro decis. 30. sub num.* 15.
3 Verùm hodiè sublatam esse hanc quaestionem per *Regiam pragmaticam* edi-

editam die 13. Ianuarij 1588. dicit noster *Author hic n.8.* quæ est *pragm.* 63. §. 1. *& 5. de offic. Proc. Caf.* qua præfinitus est terminus Vniuersitati vnius anni à die captæ posseſsionis ad petendum demanium, quo elapso non admittitur etiam per viam restitutionis in integrum, siuè vẽdita fuerit ab eadem Reg. Curia, siuè à quolibet alio, idq; rectè, vt finis imponeretur litibus, & dominia rerum non essent sub incerto, *Reg. Rouit.in comment. ad cit. Pragm. à num.* 5. vbi *num.* 9. *in fin.* refert nostrum *Authorem hic, Reg. de Curte in diuerſ. feud. par.* 1. *fol.* 9. *num.* 57. *&* 58. *Reg.Tap. lib.6. Iur. Regni tit. de Deman. fol.*85. *verſ.Sic etiam, Bilotta concl. feud.* 28. *num.* 3. *Capiblanc.de Baron. Pragm.* 81 *par.*3. *à num.* 142. *Seuerin. in add. ad Reg. Sanfelic.deciſ.*339. *verſ.hoc demanium, Iul. Capon.diſcept.*102.*num.* 11. *tom.* 2. *Conſ. Pratus in annot. ad Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 1. *verſ. De tempore fol.* 22. & latè scribens contrà *Vniuerſitatem Oſtuni,in tom.*2. *diſcept.for. cap.*50. *n.*3. *& ſeqq. Dom. D. Hieronymus Calà Dux Diani* in eleganti *tract.dereſtit.in integrum q.*7. *num.*13.

4 Sed *Caſar. in ſpecul. peregr. q.lib.* 1 *q.*34. *à num.*36. *ad* 42. probat, primò dictam *pragm.* non tollere remedium nullitatum, & intelligendam esse, vt quantominùs fieri poteſt, lædat ius commune, itemquè non procedere, si ante traditionem poſseſsionis Vniuersitas petijsset iàm in integrum restitutionem, & super illa non fuisset interlocutum, vel in actu poſseſsionis captæ, solemnitèr protestata esset, referuans sibi in integrum restitutionem, vel ob timorem Baronis, vel si non fuit audita, aut defensa, aut vbi lęsio est continua, quæ nouam causam quotidiè prębet in integrum restitutioni.

5 Prætereà loqui videtur *d. pragm.* quando Vniuersitas per viam prælationis demanium petit pro venditione facta à Rege, aut à Barone, soluendo pretium; non verò de illa Ciuitate, aut Terra, quæ priuilegium demanij habet cum prohibitione vendendi; quia tunc non poteſt vendi, & consequentèr nequeunt adaptari termini prælationis, qui supponunt validitatem venditionis, nec possunt applicari ad infeudationes, & venditiones nullas, *Anna alleg.* 87. *n.*6. *&* 7. & ità cum inter alias nullitates pro parte *Ill. Comitis Galaſii* propositas aduersùs decretum R. C. reintegrationis ad Regium Demanium Ciuitatis *Luceriæ*, adesset decimatertia ex lapsu dicti anni, die 23. Februarij 1692. prouisum fuit, *nullitates non obſtare*, vt ex *Actis* apud *Act. Cardamonum.*

6 Notandum denique eſt, quod ob præfixum hunc terminum, non eſt indiſtinctè admittenda Vniuerſitas ad Demanium, sed remanere præcedentes cõſiderationes, vt aduertit noster *Author hic num.* 9. & in hac Demanij materia consuetudo non omninò probauit seruare *tit.de Iuſtitia,& Iure*, sed potiùs exemplum Iuris *Longobardi*, quo receditur à recto iuris communis tramite, vt dixit *Camerar.* qui fuit M.C.L. *in cap. Imperialem* §.*prætereà ducatus car.* 108. *& in fin. lit. L.* Vnde rectè notat *Camill. Salern. ad Proœm. Conſuetud. Neap. fol.*34.*lit.D.* attentis qualitatibus Vniuersitatum diuersimodè iudicatum vidiſse, eum fit toties decisum, vt alias decisiones non requirat, *Reg. de Curte d. p.* 1. *diuerſ. feud. fol.* 9. *num.* 68. *in fin. Reg. Galeota in deciſ. ad controu.* 53. *art.* 1. *num.*27. *& art.*2. *num.* 23. post *lib.*1. *controu. Reg. Capyc.latr. deciſ.*168. *nu.* 40. & alij.

AD

Ad materiam Cap. Regni, Ex Præsumptuosæ.

AD §. XXV.

An, & quando mortuo feudatario competat Fisco sequestratio feudi, pendente lite de legitimo successore iuxtà formam dicti Capituli.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

SEquestrum, *cur fiat per Fiscum, mortuo feudatario sine legitima prole*, ex Cap. Regni, ex Præsumptuosæ, *siuè* Dudùm, *num.* 1. *&* 2.

Cap. ex Præsumptuosæ *dispositio, an sit correctoria iuris communis, & quibus rationibus fundetur, à n.* 3. *ad* 8.

An procedat in allodialibus, Regalibus officijs, & subfeudis, à num. 9. *ad* 13.

Inuestituræ petendæ praxis traditur, n. 14. *& recensetur causa prætensa deuolutionis Prata, num.* 15.

Articulus iuris dubius, an determinari possit absque termino, num. 16. 17. *&* 22.

Paritate votorum sequuta in Reg. Camera, sententia publicatur pro Reo, etiam si talis esset Fiscus, n. 18.

Reus in iudicio deuolutionis, quis sit, n. 19.

Cap. ex Præsumptuosæ, *an locum habeat, si adesset aliqualis dubitatio de successore, num.* 20.

Et quid si successor habeat aliquale ius coloratum? Declaratur Dominus Reg. Moles, *ex* Reg. Rouit. *nu.* 21.

Successor, quando dicatur venire claro iure ratione inuestituræ, Constit. & gratiarum Regni, à num. 22. *ad* 25.

Et quid in extraneo possessore, cui fuerat feudum alienatum à feudatario defuncto, ex facultate disponendi in concessione feudi tributa, num. 26. *& declaratur, n.* 27.

Fructus percepti à Fisco ex feudo sequestrato, an sint restituendi legitimo successori declarato, num. 28.

1 EA est bonorum feudalium natura, vt non omnibus eorũ successio deferatur, sed certis tãtùm, quibus, vel non existentibus, vel deficientibus, bona feudalia ad directum dominum, hoc est Inuictissimum Regem nostrum deuoluuntur, cuius iuribus, ne præiudicium aliquod fieret, Fiscales, ex illa iuris præsumptione, possessionem statim sequuta morte præoccupabant, ex quo etiam vasalli ius deteriùs efficiebatur, quia aliquandò ius clarum, & apertum litibus inuoluebatur; vnde processit illa solemnis Prouisio Inclyti *Regis Caroli II.* vt in suo *Capitu-*
2 *lo* incip. *Ex præsumptuosæ*; At quoniam eodem Rege è viuis sublato, promulgatum non fuit, à *Carolo* demùm *III.* eius Nepote, Regis *Roberti* primogenito, Regnique Vicario, fuit prolatum, & cum illius insertione confirmatum, in suo *Capitulo*, incip. *Dudum*, 225. iuxtà ordinem *Io. Ant. de Nigris*, sub *rub. de feudo sequestrando feudatario decedente sine prole legitima*, vbi statuitur, quod feudatario sine legitimo successore decedente, qui claro, apertoq; iure ad feudi successionem vocatus esset, Fiscus feudi valeat possessionem naneisci, illudque sequestri loco retinere, donec summariè lis terminetur, idque infrà annum à die mortis feudatarij computãdum, quo elapso possessor tutus sit, & iudicium proprietatis per legitimos iuris tramites agatur; Ità notarunt *Reg. Camill. de Curte resol. feud. cap.* 3. *nu.* 101. *Cons. de Georg. in repet. feud. c.* 52. *num.* 28. *Reg. de Philippo dissert. fisc.* 1. *num.* 69. *&* 73.

3 Cuius *Capituli* dispositio, licet correctoria videatur, quia iure com-

muni sequestratio in dubio est prohibita, *l. 1. C. de prohib. sequestr. pecun. clem. 1. de sequestr. poss.* noster *Author hic num.* 17. & 18. quem ad hoc refert Reg. *Rouit. consf.99. lib.* 2. & estò *Andreas in cap. Imperialem §. illud ante num. 70. vers. istis rationibus de prohib. feud. alien. per Federic.* dicat hoc *cap.* esse contra ius, sed validum propter ordinationem Regis, qui potest de nouo legem condere; quem recenset *Reg. de Ponte cons. 15. num. 1. lib. 1. & de potest. Prorcg. tit. 4. §. 7. num.* 30.

4 Vnde, & illud *Vlpiani* obtineret, *Quod quidèm per quàm durum est, sed ità lex scripta est, in l. prospexit D. qui, & à quib. manum.* cuius meminit *Ant. Faber lib. 1. de error. pragm. decad. 6. error. 2. num. 6.*

5 Attamen idem *Reg. Rouit. ibid.* aduertit, non esse simpliciter admittendum, quod dispositio dicti *cap.* sit correctoria iuris communis, & sic restringenda, imò potiùs, quod sit iuri communi conformis, & magis, secūdū iuris æquitatē, quàm rigorē cōtrà hæredem extraneum, non quidem ex capite sequestri, quod de iure cōmuni est prohibitum, sed ex capite deuolutionis ob lineam finitam, cum iura feudatarij sint dubia, iura verò Regis certa, quoad directum dominium, & cum in hac dubietate sit faciendum sequestrum, meritò sit penès digniorem, ex *textu in l. res quæ 22. D. de iure fisci*, & ex ciuili quoq; possessione, quæ in feudis penès Principem residet, etiam feudatario viuente, quo mortuo ad se naturalem etiam attrahit possessionem, & vtile dominium cum directo consolidatur, *Author* noster *hic num. 2. & 3. Reg. de Curte d. cap. 3. num. 101. Reg. Rouit. cons. 98. num. 9. & seq. lib. 2. P. Affl. controu. iur. cap. 9. ex num. 3. Reg. de Philippo differt. fisc. 3. a num. 63. ad 69.* aliasq; rationes assignat *Io: Ant. de Nigris in d. cap. num. 20.*

6 Siuè, quia hoc est speciale Fisci priuilegium inter alia priuilegia illi à iure tributa, cum ius ipsi assistat, ac nunquàm in his sine possessione litiget spoliatus, *Sacca cons. 1. num. 39. et cons. 5. num. 104. Larrea alleg. fisc. 5. nu. 15. lib. 1. & alleg. 109. num. 29. lib. 2. Cesar Carena res. 112. n. 15. Exc. Crespi de Valdaura obs. 93. num. 4. lib. 2.* pro quo ponderantur verba prædicti *cap. in fine*, ibi: *Et fisci nostri priuilegium temperato moderamine conseruamus*; noster *Author hic num. 5. & 6.* siuè ex iuris communis dispositione in *l. apud Iulianum, de iure fisci*, vt dixit *Afflict. dec. 196. in fin. & in cap. Imperialem §. illud sub nu. 14. de prohib. feud. alien. per Fed.* vel ex *l. vlt. C. ad l. Iul. Maiest.* idem noster *Author hic num. 7. vsq; ad 13.* quem referunt, & sequuntur *Reg. Tapia lib. 6. iur. Regni tit. 11. in annot. ad d. cap. fol. 159. Reg. Galeota resp. fisc. 12. num. 388. & 389.* Et ideò non

7 prodest quælibet præoccupatio possessionis in præiudicium Regij fisci, ac Regiæ Curiæ, *Reg. Rouit. cons. 198. num. 11.* cum feudum dicatur vacare, si sit finita linea, etiam quod extraneus hęres reperiatur in possessione, *num. 10. & seqq.* vbi *Consil. Altimar. in obser.*

8 Cæterùm quidquid de illius *Capituli* ratione sit, de eius viridi obseruantia ambigi quidem non valet; Imò ex iusta etiam ratione fundata ab eiusdem *cap.* auctore, eximio scilicet, ac felicissimo I.C. magno *Bartholomęo de Capua*, vt inquit noster *Author hic num. 14. et 15.* proùt sub varijs iuris quæstionibus, factiq; speciebus, tùm prisco, tùm nouissimo æuo perspicere libet, penès *Sebast. de Neap. Io. Ant. de Nigr. Io. Angel. Pisanell. M. Ant. Puluer. Consil. de Bottis, & Reg. Tap. in annot. ad cit. cap. Afflict. decis. 197. Io. Vinc. de Anna alleg. 1. n. 1. 15. et 25. cum seq. et alleg. 144. et sing. 19. Minad. dec. 35. et ibid. Flamin. Monac. Reg. Reuert. decis. 103. 280. 299. et 315. et decis. 405. 407. 519. 539. 562. 563. et 571.* & alibi, *Reg. de Curte res. feud. cap. 3. num. 101. Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dare poss. n. 17. Cons. de Georg. in repet. feud. d. c. 52. num.*

num.37. Reg.de Ponte de potest.Proreg. tit.4. §. 6. num.39. & 40. & cons. 15. Octauius Bammacar. in repet. tit. si de feud. def. q.48. & seq. fol. 11. Episcop. Ricc.collect.decis.368. par.2. & collect. dec. 2319. par.6. Ludou. Sacca d. cons. 5.num.53. & seq. & nu.110. Montan. de Regal. Offic. num. 10. *Camill. Borrell.in summa decis.tom.2. tit.37. de sequestr. num. 72. Thor. in comp. decis. par.1. ver. sequestrum, Bilocta conclus. feud.36. Reg.Rouit.cons.1. nu.14.lib.1. cons.98. 99.& 100. lib. 2. & decis.72. num.73. & 74. Reg.Galeota lib.1. contron.24. ex num.44. & resp.fisc.12. nu. 387.cum seqq. Reg.Capyc.latro consult. 75. num. 8. lib.2. P.Afflict. controu.9. num.8. Reg. de Philipp. d.dissert.fisc.1. num.71. & 72. & dissert.3. à num.59. D.Didac. Bolero de decoct. deb. fisc. tit. 6. quæst. 31. num. 4. Cons. Pratus discept.forens.tom.4.cap.5.num.19. Cons. Altimar. in obs.ad Reg.Rouit. cons. 1. ex num. 51. lib.1. et ad cons. 98. lib.2. De Luca lib.1. de linea legal. artic.7. nu.4. et lib.2. art.93.num.10.*

9 Sed an huius *cap.* dispositio procedat etiam in allodialibus, si nempè mortuus aliquis sit sine hærede, quo casu bona tanquàm vacantia Fisco quæruntur, & quis prætendat, se esse hæredē, & occupet bona, possit nè infrà annū Fiscus facere sequestrū? & nonnulli affirmatiuè responderunt, ex eiusdem *cap.* verbis, ibi: *Post anni verò spatium possessor huiusmodi sine aliqua immutatione possideat, et de proprietate rei per legitimos iuris tramites recto iuris ordine terminetur.* Quasi quod cum adsit verbum proprietatis, non possit referri ad feudalia, in quibus consideratur vtile dominium tantùm, eoquè magis, cum *cap.* de bonis generalitèr loquatur, vt ibi: *Eadem bona tanquàm vacantia*; Verùm habere locum tantùm in feudalibus ex cessatione rationis directi dominij, & ex rubrica, *quod feudatario decedente*, tenent *Reg.de Curte cit.cap.3. num.103. De Nigris in d. cap. num.11. Reg. Rouit. decis.72. num.73. Cons.Prat.d.cap. 5.num.20. tom.4.*

10 Sed *Marc.Anton.Puluer.in vlt.add. in fin.d.rubr.* dicit, quod illa *rubrica* non est authentica, cum dubitando, vtrùm dispositio dicti *capituli* locum habeat in bonis feudalibus tantùm, an etiam in burgēsaticis vacantibus, his verbis prosequatur: *Licet verba rubricæ videantur restringi ad feudalia tantùm, aduerte, quod hæc rubrica non habetur in omnibus libris antiquis, quia aliqui non habent, alij habent alterius tenoris, vt est in libro d.Iacobi de Gello*, quem sequitur Reg. *Galeota d. resp.fisc.12. num. 399.* vbi *in seq. num.* id confirmat ex authoritate *D.Regentis* nostri, dùm *hic num.* 30. de alio loquens casu, dicit, quod cum nigrum illius *capituli* sit generaliùs rubro, standum est nigro, ex *Ias. Instit. de action. num.17. et 18.*

11 Fiscales tamèn curant sequestrari etiam bona burgensatica, vt ex illorū etiā venditione creditoribus hæreditarijs satisfieri possit, & fisco ità sit cautum, teste *Reg. de Marinis in obs. ad Reg.* Reuerter. *decis.302. in 2. edit.*

12 Et procedere etiam in Regalibus officijs ex identitate rationis, docuere *Reg. Reuerter.decis.364. Montan. de Regal. offic.num.* 10. præsertim *vers. quod si creditores, Reg. de Philipp. dissert.fisc.1. num.77. et seq.* & clariùs *in dissert.3.num.59. et 60.* latè *R.Galeota cit. resp.12. ex num.416.* ac *Thor. in suppl. comp. dec.verb.sequestrum, Cons. Altimar.in obs.ad Reg.Rouit.d.cons.98. num.6.* & *Dom: Cons. Francisc.de Andrea* in doctiss. *Fiscali responso* per Nos trascripto *in §.16.q.5. num.48.*

13 Itidemque locum habere in feudis retentis in capite à Rege tantùm, & non in feudis à Barone, post *Frec.* tradunt *Reg.de Ponte tit.4.de regal.impos.§.6.num.43. Reg.Sanfelic.dec.372. num.12. lib.3 Cons.Altimar.in d. obser. ad d. cons. Rou. 98. num. 4.* sed esse cogitandum in hoc dicit Reg. *Tap.in annot.ad d. cap. vers.sed redeundo in fine fol. 159. lib.6. Iur. Regn.Neap.*

14 Praxis autem inuestituræ petendæ

per

per mortem vltimi possessoris, tradit *Reg. de Ponte cons. 62. vol. 1.* vbi etiam ait, quod tunc iudicium inuestituræ est summarijssimum, & explicari solet sine libello, quando petens inuestituram est legitimus, & certus successor, nec dominus impedire potest, si prętendat inualiditatem titulorum; At quando plures cōcurrunt ad successionem, inter se opponentes, tunc fit iudicium inter eos, & fiscum, vt liquidetur verus successor, & in hoc iudicio cadit propriè plena causæ cognitio, quæ tanquàm habens admixtam causam proprietatis, concernit possessorium simùl, & petitorium, & sic non procedere *d. capitulum*, docet *Reg. Rouit. cons. 5. num. 14. lib. 1.*

15 Et notandum est, quod in causa prætensæ deuolutionis Baroniæ *Prata* ob mortem *Ill. D. Fabij Carafa Principis Colubrarij*, die 15. Ian. 1671. per R. C. ad relationem integerrimi *Dom. Reg. D. Nicolai Gascon*, R. C. Præs. cum declaratum fuisset, esse ea feuda Regiæ Curiæ deuoluta, oppositis non obstantibus pro parte *Ill. D. Faustinæ Carafa Marchionissa Layni*, amitæ: Aduersùs tale decretum fuerunt propositæ nullitates, inter quas, prima fuit, quia processum ad decisionem dictæ causæ, & Aduocato dictæ *Ill. Marchionissa* denegatus fuerat terminus competens ad allegandum in iure, ac tempus ad informandum: Secunda, quia vel erat articulus certus ad eius fauorem, & erat pro illa

16 decidendus; vel dubius, & non poterat procedi ad causæ decisionem absque termino, cum in comperto sit, quod iuris articulus dubius, & intricatus, censetur, ac si dubius esset de facto; & ità in deuolutione feudi Ferrandinæ prętensa per Fiscum, fuit impartitus terminus per Reg. Cam., vt in *pragm. 11. de feudis*; & in illa quæstione, *an legato feudo debeatur æstimatio*, fuit decisum, esse impartiendum terminum, apud *Annam sing. 470. & Reg. Sarfil. decis. 17.*

17 Quæ nullitates, per aliam instantiam confirmatæ fuere, ex eo, quia decretum erat cōtrà *d. cap. ex præsumptuosa*, in modo procedendi, quia Fiscus in similibus causis tali argumēto vsus fuerat, quod si amita esset legitima succeditrix, tunc posset benè prętendere, *d. cap.* non habere locum; Quādo autē illa non venit iure aperto, sed ex interpretatione *Constit. & Gratiarum*, debet confirmari sequestrum, & audienda erit amita in iudicio ordinario, petitorij, vt tradit *Reg. Galeota*, scribens in causa *Massafra, resp. fisc. 4. num. 36. & 37.*

8 Quibus discussis, sequuta fuit paritas in Regia Camera, vbi cum seruetur *text. in l. inter pares D. de re iudic. & cap. fin. de sent. & re iud.* vt sententia proferatur pro reo; etiam si fiscus sit reus, vt testantur *Reg. Reuert. decis. 531. in fin. Reg. Rouit. cons. 102. num. 18. lib. 2. Præs. de Ganauerro decis. Reg. Cam. 3. nu. 25. & dec. 4. n. 119.*

19 Vtraque pars prætendebat sustinere partes rei conuenti, & non actoris; vnde facta relatione per Reg. Cam. in Reg. Coll. Conf. accedente voto Spect. Regentium, die 25. Septemb. 1671. fuit prouisum, quod *publicetur decretum in beneficium Ill. Marchionissa Layni, tanquàm in hoc iudicio rea conuenta à Regio Fisco, & proindè primam, & secundam nullitatem obstare, verùm infrà mensem pro omni termino, nominatione, & beneficijs Fiscus, & pars producāt eorū incūbentia.* Verū me patrocinante, deindè dicta causa transactione sopita fuit, vt in Actis, penès *Act. de Flore.*

20 Proptereà certū est, q; etiā si adesset aliqualis dubitatio de successione, adhùc esse locū dispositioni *d. c.* vt post *R. Galeota d. l.* sustinet *P. Affl. d. contron. 9. num. 8.* Idquè etiam ex eiusdem *cap.* verbis: *Sed possessione præfata penès ipsum fiscum cuiusdam sequestri specie in dubio existente*: deducit *Reg. Rouit. d. cons. 98. num. 8.* ponderando particulam illam, *in dubio*, quæ hoc manifestè determinat.

21 Si tamèn prætensus successor feudata-

datarius habeat aliquale ius coloratum, & in promptu doceat de illo, non admitti fiscum absque sententia, post *Afflict.* tradit noster *Author hic num.* 20. quem referunt, & sequuntur *Reg. Tap. in annot. ad cit. cap. vers. Sed redeundo circà fin. De Luca lib. 1. de linea leg. art. 7. num.* 16. & *Auctoris* nostri verba transcribit *Reg. Rouit. cons.* 99. *num.* 3. *lib.* 2. vbi *num.* 4. ait, quod vtique libentèt deferret eius authoritati, si hoc ipse affirmaret, sed quia mouetur, ex authoritate *Afflicti*, intelligendus est, iuxtà illius dictum, quod *ibid. num.* 5. expendit, & tunc dici ius coloratum, quando possessor tuetur se longa possessione, non autem recenti, & modico tempore, prout exemplificat *Afflict.* & declarat etiam *Reg. Galeota d. resp. fisc.* 12. *num.* 433. & 434. idemq; *Reg. Rouit. num.* 6. & 7. concludit, tantùm abesse, vt in terminis *d. capituli* admittatur aliquale ius coloratum, ex doctrina *Afflicti*, vt potiùs resultet manifesta conclusio in contrarium, vt agnato denegetur omne remedium possessorium, remanente sibi iure super petitorio, possessione interim apud Fiscum existente.

22 Proùt è contrà, quando successor venit claro iure, quia est de comprehensis in inuestitura, & in gradu successibili, & Fiscus opponit de inhabilitate, tunc non admitti sequestrum vigore *d. cap.* docet noster *Author hic num.* 22. vbi *in seq. num.* quia illa exceptio non erat notoria, & requirebat altiorem indaginem, & causa sequestri virtute *d. cap.* est summaria, ibi: *Summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, libelli oblatione solemni, & contestatione litis.* Et ex *eod. cap.* apparet, non posse tractari de articulis proprietatem respicientibus, *Reg. Reuert. decis.* 103. *num.* 2. Et si dubia essent intra possessoris in petitorio continente difficiles, aut inuolutos iuris articulos, interim debere possessorē manuteneri, vt ex probatis in simili per *Capyc. decis.* 10. *num.* 20. & *Post. de manuten. obseru.* 42. *à num.* 175. cum articuli iuris intricati assimilentur quæstioni facti, *Gratian. discept.* 536. *num.* 19. *Reg. Sanfel. decis.* 17. *num.* 1. *Paschal. de Patr. pot. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. *De Luca de linea legal. lib.* 1. *d. art.* 7. *num.* 16. *vers. Etsi.*

23 Licet autem *dictum cap. ex præsumptuosa*, loquatur, feudatario decedente sine legitima prole, & sic filijs, vel descendentibus nō extantibus, & videatur dicēdū, esse rūc locū sequestro indistinctè. Resoluit tamen contrarium noster *Author hic à num.* 28. *ad fin.* cessare nempè dispositionem illius *cap.* aliquo decedente, relictis etiam agnatis, qui ipsi decedenti in feudis claro, & aperto iure succedere possint, & sic iudicatum fuisse per Reg. Cam. in causa Status *Pedimontis*, cum *Ill. Duce Traiecti*, & in alijs sæpè testatur, in qua causa compilauit *d. decis.* 103. *Reg. Reuert.*, & sequuntur *Reg. de Curte d. cap.* 3. *resol. feud. n.* 102. & *Reg. Galeota d. resp.* 12. *num.* 400. & *seq. Montan. de Regal. offic. num.* 10. nisi opponatur rebellio, *Reg. Reuert. decis.* 157.

24 Tunc verò agnatus dicitur venire iure aperto, quando non solùm est comprehensus in *Const. Regni, Vt de successionibus*, vt ait *Montan. cit. loc.* sed in omnibus alijs comprehensis in Inuestituris, Pragmaticis, & Gratijs huic Regno concessis, vt docet *Reg. de Curte d. cap.* 3. *num.* 102. quem sequitur *Cons. Altimar. in obseru. ad Reg. Rouit. cons.* 1. *num.* 53. *lib.* 1. & *ad cons.* 98. *num.* 7. *lib.* 2. latè *Reg. Galeota d. resp.* 12. *ex num.* 402. vbi *num.* 404. ait, clarum, & apertum ius dici, de quo est casus legis, qui coniecturis locum non relinquit, ex *Lud. Sacca d. cons.* 5. *num.* 70.

25 Vnde licet in *d. c.* dicatur, esse locū sequestro, moriēte feudatario sine legitima prole, & sic intelligatur de descēdentibus, itaùt soror in casu *dec.* 196. *Affl.*, & neptis ex fratre in casu *Cons. de Georg. rep. feud. d. cap.* 52. *n.* 34. sint penitùs extranei, vt ait *Biloct.* con-

concl.feud. 36. n. 3. attamen ex supradictis id verum non est, cum hi sint comprehensi in gratijs, vt ex *Reg. Reuert. d. decis.* 103. tradunt *Consf. Altimar. in obs. ad cit. cons. 1. num. 56. De Luca d. lib. 2. de linea legali art. 93. num. 10. vers. Cauendum.*

26 Idemque procedere arbitramur in eo, qui licet sit extraneus, & non agnatus, habet tamen causam à feudatario habente inuestituram cum facultate alienandi, etiam in extraneos, cum non veniat, vti extraneus, sed aperto iure, vti comprehensus in inuestitura, dummodò ea facultate vsus fuerit tempore, quo habebat legitimos successores, *Reg. Reuert. dec.* 407. idq; admittere videtur *Reg. Rou. d. cons. 98. n. 2. lib. 2.*

27 Sed si alienatum esset feudum in vita, an decedente sine liberis venditore, possit emptor priuari possessione, & retineri sub sequestro? Et distinguitur, quod si emptor confiteretur habere feudum absque assensu, & tunc proceditur ad sequestrum, iuxtà *dec.* 197. *Affl.* Aut nō fatetur, sed tantū Fiscus prætendat, esse cōtractū nullū, quia fortè carebat successore, & tūc, quia potest exhibere assensum in petitorio, non proceditur ad sequestrum, & fiscus iuris ordine seruato agere debet, *Anna alleg. 1. et* 144. quem sequuntur *Reg. Tap. d. lib. 6. iur. Regni in annot. ad hoc cap. vers. sed redeundo fol.* 159. *Gallup. in method. feud. par. 3. cap. 6. num. 7. Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. decis.* 315. nisi in casu, quo alienatio in vita, esset facta in fraudem, *Cosil. Altimar. in obs. ad Rou. d. cons. 98. num. 3. De Luca lib. 2. de linea leg. art. 7. num. 5.*

28 Demùm quæritur, nùm declarato legitimo successore, sint ei restituendi fructus percepti à Fisco ex feudo, cuius possessionē cępit mortuo feudatario, ex dispositione præfati *Capituli*? Et quamuis non deberi concludendum videatur, ex dispositione alterius *Cap.* incip. *apud Fogiam*, aliàs *In Nomine Domini*, 256. Rectiùs tamen *Montan. controu.* 17. distinguit, vt si agnatus intrà annum, & diem ab obitu feudatarij comparuerit, petens inuestituram, pollicendo fidelitatem, & alia contenta *in d. cap. Apud Fogiam*; fructus medio tempore percepti per Fiscum, sunt restituendi agnato, quia Rex declarauit in *d. Cap. Ex Præsumptuosa*, se tenere feudum sub sequestri specie, non autem iure dominij; Si verò agnatus aduenerit post annum, & diem, quia de iure est perditum feudum, & Fiscus possidet iure dominij, ideò facit fructus suos, & licet agnatus probauerit impedimentum, inuestiatur de feudo, non tamen Fiscus restituet fructus, quos fecit suos ratione dominij; sequitur *Consf. Altimar. in obs. ad Reg. Rouit. dict. cons. 1. num. 5.*

Ad maiorem Dei, ac Sanctissimæ semper Immaculatæ Deiparæ gloriam.

TERTIÆ PARTIS FINIS.

ANNO-